Sacro-ſanctum Novum Teſtamentum Domini Servatoris noſtri IESV CHRISTI, *in Hexametros verſus ad verbum & genuinum ſenſum fideliter in Latinam linguam tranſlatum,* per Iohannem Epiſcopum Oxonienſem.

N 2°.20

John Bridges

Λοιπὸν ... sabe

LONDINI
Excudebat Valentinus Simſius.
CIↃ IↃC IIII.

Ad Deum Optimum Maximum, *Vnam Sanctam, et Indivi*duam, Beatissimam Trinitatem Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum; *Precatio.*

O Pater *vne* Devs, *Cœli Terraq; Creator;*
Filii *ab æternô Geniti* Pater *Ingenerate:*
O Immense, Incomprehendende, sed omnia prendens:
O Existens existentibus, entibus O Ens:
O Liberrime agens, qui dirigis omnia nutû.
Lucis inaccessæ qui in Maiestate tremendâ
Cœli habitas, Inconspicue, Author gloriæ, honoris,
Vitæ, omnisq; boni Fons, O Supreme, Perennis,
Caste, Pudice, Verende, Timende, Colende, Beate;
Omnipotens, Invicte, Valens super omnia, Fortis,
Omnia qui, Penetrans, Præsens vbicunque Locorum,
Cui nil præteritum, [illegible] præsens nilq; futurum:
O Æterne Devs, *Sapiens, Bone, Vere, Benigne,*
Mitis, Amans, Clemens, Patiens, Pie, Commiserator:
Zelotes cultûs, sed ad iræ Tarde furorem:
Lente, sed ad pœnam; Vindex, (sed Iuste,) Severe;
Immutabilis, Inscrutabilis, Inviolande;
Immortalis, semper Constans, Optime, Summe,
Maxime, sole Deus, sine quo nihil omnia prorsus
Existunt, in quo sunt existentia quæq;
In quo vivimus, atque movemur, & insumus omnes.

Providus cuius agit manus, & mens illa gubernat,
O FILI, DEVS *une* DEI, *cum* PATRE *Coaeque,*
Aeterno Aeterni, Genite Ingeniti, unius une,
Qui Sapientia verè Aeterna, expresse Character,
Et Substantiae es eius Imago, Forma, Figura,
Gloriae & ipsius Splendor, simul omnia portans
Sermonis virtute tui, velut illa creasti:
Per te namq; PATER fecit, reparavit & orbem,
Humani generis Servator, quiq; Redemptor,
Et Mediator, & Intercessor es Unicus inter
Nos & PATREM, *cui datur Uni summa potestas*
In caelo, terraq; à PATRE; *sedes & eidem*
A dextris. Cuius sunt nomine quaeq; petenda. (tus,
Qui Fons Gratiae, & es Thronus Unicus, adq; voca-
Rex Regum, dominantibus, O Domine omnibus une,
Unâ in Personâ DEVS *atque* HOMO, *verus uterque,*
Nobiscum Deus, EMANVEL; *Antique dierum,*
Sermo, Principium, Finisq; Alpha, Omega; Princeps
Pacis; Consilij Magne Angele; Foederis Author;
Fili Davidis, Secli Pater usque futuri;
IESV CHRISTE DEI MESSIAS, *Unctus & Ungens.*
SPIRITVS *& tu* SANCTE DEI, DEVS *omnia fotu*
Vivificans, Sacer Electorum Sanctificator;
Nobis pupillis qui Consolator es Almus,
Doctor, Defensor, Ductor, Paracletus, & Arrha,
Unctio Laetificans, spirans, Dans Lumen, Adoptans,
Cordaq; saxea dura in carnea mollia mutans,
Inq; novos veteres homines & Spirituales,
Convertens, ducens, inflammans, robore firmans;
A PATRE *procedens, &* FILIO, *utroq; peraequè.*

O Trine-vne Devs,*te tu velut ipse revelas,*
In verbi Sermone tui cœlestis apertè:
Une & Tres Elohim,Shaddai,Adonia,Iehova;
Quem satis explicitè nec nomine personat ecquis;
Qui sis, nec mentis conceptu percipit ullus:
Te,Sanctam Triademq́, *tuam quum scire nequibit:*
Omnia nam superat mysteria : Tu nisi solus
Quòd sic te patefeceris in sermone Sacratô;
Sic agnoscendum te iusseris,atque colendum;
Sic profitemur,& ore,& corde agnoscimus Vnum
Esse Devm *te, Tres Personas; Sic ego credo,*
Invoco, sic Nomen veneror, sic Numen adoro;
O Pater, *O* Fili, Alme *O* Spiritvs;*Vnice Trine.*
Oro Pater;Fili *peto;*Spiritvs *obsecro* Sancte,
Numinis afflatum, conanti vertere verbum
In versus cœleste tuum,de Fœdere Sacrô:
Quod generi humano pepigisti in Filio;*ut ille*
Naturâ indutâ nostrâ, descenderit usque
Ad nostras omnes infirmas conditiones,
Tantùm peccati modò sit contagio dempta;)
Quomodò vixit,quæ docuit,quæ passus obivit;
Ut crucis ad mortem dimisit semet atrocem.
Quomodò devicit mortem, de morte resurgens;
In cœlos summos ascendens; Quomodò demùm
E cœlo sua dona dedit,confirmet ut ista,
Quæ in terris fecit,docuit,passusq́ peregit.
Utq́ Evangelium de cœlo,temet ab ipso
Patre, *Sinúq́ tuô, Mysteria scrinio inimi*
Pectoris alta tui, prius abdita quæ latuêre,
Illa voluntatemq́ tuam patefecit,ab ore

Ipsius, per Apostolicos, per Evangelicosq́,
His quos vulgandis sibi legerat esse ministros:
Per quos terrarum latè diffudit in orbem,
SPIRITV *&* ALMIFLVO *scriptis dictando sacravit.*
Quod verbũ manet vsq́; potens, semperq́; manebit,
Contra omnes hostes, adversus denique portas
Inferni; mortem, peccatum, dæmona pellens.
Contra quod minùs vlla potest humana potestas
Demere quid, (si materiale;) vel addere quicquam,
Debet nemo, nemo potest, sine crimine grandi.
Vertere per linguas, convertere carmine, prosâ,
Hoc licet, immò iuvat, sincerè si modò tantùm,
Atque fideliter istud agetur; agetur at istud,
In sensû & sententiâ, in omnibus vsque morantes;
Si verbum sequimur. Tum si mutiverit ecquis;
Siccine, vis Christum vinc'lis involvere rursùs?
Fasciolis involvebantur membra tenella
Infantis Christi, corpus præsepe tenebat;
Et loris constrictus erat, deductus ad Hostes,
Qui nos à Sathanæ vinclis exolvit & orci:
Sic voluit liberrimus is, tenet ille pugillo
Qui totum mundum, nec totus eum tenet orbis.
Et nunc vis illum, doctrinam denique totam,
Fasciolis iterum, vitamq́; astringere vinc'lis?
Parce (precor) Iesu, non vincula, fasciolæq́;
Sunt hæc; vel si sint; liberrima sunt ea certè.
Per te namq́; PATER *numerò omnia, pondere, fecit,*
Ordine, mensurâ: si collibremus & ista,
Sic, vt & hæc servent; sunt libera vt ante fuerunt.
Da IESV *veniam: venias, peto; gratia detur;*

Fasciolæ faciles, & vincula mollia sic te,
Et verbum stringant, digitis pedibusq; ligatum;
Vt melius teneamus te, Verbumq; retentum,
Molliter vt currens, in nostras influat aures:
Dulciter inq; pectus descendens corda focillet:
Suaviter vt fructus velut in tellure feraci
Proferat; & tecum Verbum retinere queamus;
A nobis sic vt neque tu discesseris vnquam;
Nec Verbum, neque nos à te, Verbóq; soluti,
Simus at vniti, constricti glutine verbi.
Gloriæ vt omne Dei tendat, nostræq; saluti.
Hæc peto supplicibus contendo, postulo, votis,
Summe PATER, FILI-VNICE IESV, SPIRITVS ALME,
Et voti compos, tibi primùm consecro, quicquid
Præstiti in hâc operâ: Tibi quum debetur id omne,
Ad quem pertinet; vt qui Verbi solus es author.
Namq; tuum Verbum (PATER) *est, quod detulit altò*
FILIVS *è cœlis;* FILI *qui* SERMO PATRISQ;
Diceris, esq;; simul tuus est hic SERMO *tuumq;*
Est Evangelium, Verbum vitæq; perennis:
SPIRITVS *& tu* SANCTE DEVS, *dictator es eius.*
Trinæ vos Diæ Personæ, Tu DEVS *vne:*
Est opus hoc vestrum: vestrum dicámne? tuúmve?
Vtrumq; est verum. Nec Apostoli erant nisi scribæ,
Huic Evangelio tu Doctor, & Author es vne.
Textum vertentes in linguas post alienas,
Seu prosâ versent, munerent seu versibus; hi sunt
Organa sola, quibus tua sancta Oracula mundo
Fusiùs expandant: Tibi gloria tota ferenda.
Namq; ego quod feci tantillum, nil ego feci,

Quam

Quam quod debui, & expetij. Dignabere, saltem,
Mi Domine, ah Deus; hoc satis est. Ego memet, & istud
Offero Divinæ Maiestatiq; Supremæ
Omne tuæ. Placeat; dic verbum: Cætera salva.
Te colo, te recolo, te prædico, temet adoro,
Ornans laude tuam bonitatem; me quòd in istô
Exaudiveris, vsus me fuerisq; ministrô.
Transeo nunc ad eum, Regali in sede locatum,
Quemq; vices gestare tuas, nobisq; praeesse
Feceris. A nobis tibi plurima gratia detur,
Tam præcellenti nostrô pro Rege IACOBO*:*
In multos annos quem conservato, tuetor,
Atq; tuum per eum Verbum stabilito, propaga.

Amen.

Ad Serenissimum & Summe *Heroicum regem* Iacobum, *per* Dei gratiam Angliæ, Franciæ, Scotiæ, & Hiberniæ Regem, fidei defensorem, &c.

Dominum suum (post vnum Deum omnipotentem) supremum, & clementissimum; gratiam, gloriam, & augustam Dei Benedictionem.

Rex Invicte, Monarcha Potens Avguste Iacobe, Maxime Svb Christo Svpremo Rege: Salvtem.

Qvum Divus Lucas Evangelio-graphus orsus
Historiam Iesu Christi conscribere sacram,
Esset Apostolicos itidem scripturus in Actus;
Quamvis nil scripsit, cuius non Spiritus author
Sanctus erat, Patronum non ambivit & vllum:
Attamen aggressus, paucis præfatus in istas
Historias sacras; Præstantem seligit vnum,
Nobilitate virum, cui dictat, dedicat, offert.
Nomine quumq; Theophilvs *ille vocetur ab ipso;*
Aut erat eiusdem proprium, vel nomen amore
Quòd fervente Dei *flagrarit, vel quòd oportet*
Tales esse, vel insigniri nomine tali,
Omnes in Christi Politiâ qui bene præsunt.
A Dominô siquidem datur his Divina potestas,
Omnibus in Regnis quæ committuntur eorum

Tutela,

Tutelæ, rebus sacris etiámque tuendis:
Vt quod ad officium Regale ministeriumq́;
Attinet, hi Regi Regum servire parati,
Sancirent Leges populis ipsius honori,
Sincerâ cultusq́; Dei pro relligione;
Quam plenè verbum Divinum continet omnem.
Hoc autem verbum Lex est Evangeliumq́;
Quæ duo deberent ita curæ Regibus esse,
Vt Moses Reges moneat deponere nunquam
E manibus Legem; secum gestare sed vnà,
Vt poterint in eâ meditari nocte dieq́;.
Et Lucas Evangelium dictavit eisdem,
Historiam Primevæ Ecclesiæ eisq́; dicavit;
Nempe, propagabatur vt hæc ab origine primâ,
Postmodo venturæ sic linquant posteritati.
Si laudatur Alexander, vel Cæsar ob istud,
Hic Xenophontis, & ille quod esset amator Homeri;
Hoc Evangelium quantô magis immò decebit
Christi, Christicolis quòd promptum Regibus esset?
Ergò, quùm Moses Legem commendet habendam,
Quum Lucas Evangelium scribátque, Regenti,
Nomine & historiam sacram componat in eius:
Quin ego nunc etiam de re scripturus eâdem,
Ad quem me vertam (Dominum post scilicet ipsum,
Cuius res agitur) cui vel sua sacra sacrarem,
Quàm tibi (Princeps Illustrissime) sacra tuenti?
Qui Princeps, Rex, esq́; Monarcha, suprema pote-
Cui datur à Christo, sacris nostrisq́; regendis? (stas
Qui nobis regionibus his Ecclesiæ es Heros,
Esq́; THEOPHILVS *inter Reges temporis huius,*

Prædi-

Prædilecte Deo; qui sic redamando Deumq́;
Excolis, inservis, quem sic profiteris, honoras;
Vt Deus in te te compleverit illud abundè,
Quod repromisit cultoribus omnibus eius; 1. Sam. 2.
Memet honorantes (dicens) ego glorificabo.
Cuius es expertus (Rex Fœlicissime) dicti
Eventum lætum; quem conservavit ab annis
Divinus favor infantilibus, inq́; iuventâ
Tempus ad hoc instans, per magna pericula tutum,
Hostibus à multis; Regni perduxit ad usq;
Nobilis istius fastigia summa; locavit
In Regniq́; Throno; Capitis Diademate cinxit
Tempora sacra tibi; manui Sceptrumq́;, Globumq́;,
Regalem Chlamydemq́; dedit. Quæ Insignia Regni
Phœnix illa tibi soli concessit habenda.
Phœnix illa (inquam) Phœnix ea totius orbis,
Βυλλήνη quæ nata fuit, Falcone volante,
Matris ab insigni, Phœnice Heroïde, Regis
Henrici Octavi de Coniuge, Filia fœlix
Elisabetha, tibi Commater, & altera Mater
Virgo licet, licet atq; soror, sed matris amore
Verè affecta tibi, ceu vero Filio amato,
Proximo ut Hæredi, tibi Phœnix unica terræ
Hunc orbem nostrum, terrarum quando relinquens,
Non Iovis instar avis, verùm velut ales Iovæ,
Ad Paradysiacos campos & cœlica Regna,
Promissâ mercede frui, festina volavit,
Immarcessibilis dandæ post fata coronæ,
Istius Regni te Successore relicto,
Et delecto ab ea, proprioq; superstite iure.

Esto

Esto igitur Phœnix iam tu, Phœnicis vt heres,
Ex cinere illius, virtutis ab igne resurgens.
Regibus ex Atavis oriunde, Aviâ tibi grandi
Henrici Octavi, natû seniore sorore,
Henrici quæ Septimi erat prior edita proles:
Quæ gemmas inter primas candore nitenti
Olim pranituit. Cui nomen subdidit omen:
Margarreta vocatur enim quod & Vnio nobis.
Et verè Sapiens Henricus Septimus ille
Laudandus numquam satis est, hôc (scilicet) ipsô,
Quando Rosam rubram iungens vniverat albæ.
Sic Eboracenses cum Lancastrensibus vnô
Connubiô iunxit stabili, stabilivit & huius
Inde statum regni, prudens vnivit in vnam
Regalem, solidámque domum, per & Elisabetham,
Edwardô Quarto prognatam, Primigenamq.
Cuius item nomen Dei vt est Perfectio plena,
Et iuramentum, quod lites dirimit omnes,
Et plenè stabilit, Deô idem complente profectum:
Sic Rex Henricus præsagus Filiâ in eius,
Vnio quæ dicta est, prævidit vt Vnio tandem
Regnorum fieri posset coniuncta duorum,
Hanc Margarretam quarto iungendo Iacobo,
Vestro Abavo: Cur non dicam, Præsagijs, ergo?
Immo propheta velut certò prædixit aperte
Illud venturum, quod & evenisse videmus,
Optatum toties, prius at per inania vota:
Sed nunc reverà per te completur in illâ.
Longius hinc & eum tum prospexisse videtur
Multa & magna arcana, Dei providerat olim

Quæ

Quæ fierent contra venienda peric'la futura.
Anglorum siquidem Regum quum linea recta
Defecit morte Eduardi qui Divus habetur,
Cognatique sui Gulielmi viribus, eius
Qui dictus Conquestor erat, quando aufugiebat
Æthlingusq; hæres, qui Ædmundi proximus esset
Ferrati lateris, Scotiæ implorantis Asylum:
Æthlingi hæredem Malcolmus Rexque Scotorum
Tunc Margarretam fœlici nomine gemmæ
Connubio sibi coniungebat: Filius huius
Guilhelmi Henricus Sapiens (qui Clericus idem
Dictus erat Pulcher) dubia omnia vt eximerentur,
Tum sibi Normanni, Scoti, & Angli Regia iura
(Ducta hærede) vnit. Bis sic, & nuper, & olim,
*Ius tibi ad hoc Regnum duplici stat iure (*IACOBE;*)*
Tertio & ecce magis ius constabilitur vtrumque:
Quippe quòd, à cultu civili primitus, vnum
Insula erat Regnum, plus quàm ter mille per annos
Divisum; rursus te nunc regnante fit vnum.
Quũ siquidẽ Brutus, BritonũmRex prim⁹ (vt aiunt)
Brutus in hoc non dico fuit, male providus autem,
Insula tota Britanna sibi pareret & vni
Induperatori, triplicem sobolemq; reliquit,
Locrinum, Albanactum, Cambrum; quùm insula tota
Existat formâ Triquetrâ, Partitus eandem,
Vnum tum Regnum divisit in hæc tria Regna,
Quorum prima Loegria, nunc est Anglia dicta;
Altera tunc Albania, nunc Scotiamq; vocamus;
Tertia Cambria, Wallia iam quæ dicitur illa.
Quæ tria multoties exoptabantur, in vnum

Vt

Vt redigi Regnum possent, vt primitùs ante.
Et nostro cessit iampridem Cambria Regno
Angliâ vt & Scotiâ Regnis remanente duobus,
(Proh dolor,) abstractis, nisi confligentibus vnà,
Et nisi quod regnante fuit pax Elisabetha.
Per te regnantem, sed nunc vtrumq; sub vnô
Rege coït Regnum, tota insula vt vna sit vnum:
Dum duo Regna simul tu vinclô vniveris vnô
Anglia vt & Scotia; quandò insula tota Britanna
(Hebridibus, cumq; Orcadib. Scotiæ hisce propinquis,)
Moribus atque animis duo discordantia Regna,
Anglis atque Scotis, Regna vt divisa manebant;
Sic semper se divisêre hostilibus armis.
Imperiô sed-enim quùm iam connexa sub vnô,
Armis, atque animis vnitis compositisq;;
Vnius hæc operâq; tui connexio quùm sit:
Id fortunatum, fœlix, faustumq; secundet,
(Rex) tibi, deinde tuis, Deus Optimus, id quoq; nobis.
Omnes atque Deum nos totô corde precamur,
Vt nunquam rursus sub Regibus ista duobus,
Discerpi poterint duo Regna, sed vtraq; ab vnô
Rege regi, populos ambos coalescere posse,
Vera pace, fide veracis relligionis,
Prosperitate diù florente, vigente, manente,
Te vivente, tuis & prolibus, vsq; futuris.
Et tibi nos totos submittimus esse fideles
Subiectos, quos inter ego submittoq; memet:
Et quoniam nobis tali gaudere Monarcha,
Herôa detur, Divinô munere missô;
Quumq; ego (præterquã quod subditus) ipse Capellæ

Sacris

Sacris servirem, Regnante sub Elisabethâ,
Heroïnâ & Herâ, Dominâ mihi Principe Divâ;
Servierimq; illi per lustra ter ingeminata,
Annis iam tricies revoluto sole peractis:
Quem tua Maiestas etiam Præcelsa recepit,
Inq; clientelæ numero Regalis vt essem,
Legnatus fueris famulatus iure priore.
Maius at immò quod est, ad honorem Præsulis vsq;
Auxeris, evectum donasti munere multò,
Immeritum, meritò fuerim licet eijciendus,
Vel rude donandus, rudis immò putandus ob istud
Censeri possem, vel saltem plus nimis audax,
Quòd Maiestatem tantam tantillus adire
Ausim. Quin & ero vel in hoc audentior vno;
Quàm tu Rex quò Celsior es, clementior extes.
Quæ res est equidem Regum rarissima virtus.
Res oblata sed hæc, superans Heroïca quæq,
Dona, (Dei Verbum,) vires, animumq; ministrat,
Vnde tibi Sacratum consecro, dedico, dono,
Hoc opus; est vtcunq, (mei conaminis ergò)
Impar Maiestate tuâ, minimèq; dicandum.
Sed quùm sit Verbum Domini dominantis in omnes,
Maiestate tuâ Maiestas maior & insit,
Quàm totus capiat mundus; cui dignius vni
Quàm tibi (Rex) opus hoc potero cœleste dicare?
Cuius vt es Protector, & illud ab hoste tueris,
Atque Evangelicæ Vindex es relligionis,
(Vt Titulò FIDEI DEFENSOR *iure vocaris;)*
Hoc Verbum defende, tuetor, protege, serva.
Sic populos Regesq; reges, superabis & hostes:

Aurea sæcla ferens, sed & aurea sæcula præstans,
In Regionibus his. Igitur, non restat in orbe,
Cui potiùs debet quàm Maiestatis asylo
Vnius ista tuæ, versu translatio Verbi
Offerri. Quare, (Rex Præstantissime) munus
Fœderis hocce novi vultu dignère serenò.
Et magis imploro; censuram quippe quòd acrem
Iudicij formido tui, limamq; subire.
Quùm Rex sis inter Reges doctissimus vnus:
Quùm Rhetor Ciceronis, vel Demosthenis instar;
Sicut Aristoteles Sophiæ studiosus; acutus
Vt Zeno dialecticus arguis; atque Maronis
Fundis ad exemplar venà prædivite versus,
Seu quicquid scribas, seu dicas, Cæsar es alter,
Et Sophus es, Sophiæq; philos; Rex mirus in istis.
Hoc dico nec adulans, assentatio pestis
Maxima regibus est: veriùm laudanda probare
Dona Dei, iuvat, atque monet laudare datorem.
Nam tua docta poemata legimus, & pia scripta,
Mirati ingenium, genium, methodumq;, stylumq;,
Regali planè cum Maiestate fluentem:
Ipsemet vt posses (si quando per ocia posses)
Hæc longè melius vertisse in carmen, ad vnguem.
Ocia quæ (per multa negotia) quandò negata
Sint tibi, te studijs istis vix posse vacare;
Hæc (precor) admittens, alijs concede legenda,
Tute vel intuitu lege, (Rex) aut annue nutu;
Donec ab vllô aliô meliùs translata dabuntur.
Quod faxit Deus Optimus & ter Maximus, oro;
Quem pro Maiestate tuâ, noctuq; diuq;

Invoco,

Invoco, perpetuâ te constabilire salute:
Sospes & incolumis ter & vt quater (Euge) beéris,
Vivas, & regnes fœlix, multosq; per annos;
Principibus reliquis hôc O Fœlicior avô,
Præsertim nobis, (O Fœlicissime Princeps)
O etiam fœlices nos tê Principe nostrô,
Iustitiâ, virtute fide, pietate regente,
Pacis vt & belli ius & moderamen habente,
Et Politeiæ, Ecclesiæ item regionibus istis:
Iudicio vigili, sanô, sollerte, fideli,
Iusto, prudenti, forti, clemente, modestô:
In primis veræ studiosô relligionis
Sis animô, Regniq; piè modereris habenas.
Heroës sicut veteres (quos Biblia sacra
Commendant vobis imitandos Regibus esse)
Vt Moses, fidus; fortisq;, Iehosua tanquam;
Vt Samuel, iudex sincerus; David vt alter,
Sis pius; vt Salomon, prudens; si aliiq; fuerunt,
In quibus excellentia regum dona notentur:
Oramus mensurâ vt te Deus ornet eâdem.
Et nos (vtq; Scotos, & Hybernos, Orcadicosq;,
Natos Hebridibusq;) Anglos, vt amaris, amato.
Omnibus indulgens Patriæ Pater, Inclyte Princeps,
Sedule serve Deo, Domine Augustissime nobis;
Vive, regas, regnes, longæve, beate, IACOBE;
Fœlici gaudens Consorte, & Prole beatâ
Multiplici numero, te tali Principe dignâ:
Vt Psaltes cecinit, florentis vitis, Olivæ,
Palmitis, ad mensam, latus adq; domus, & vt arcûs,
Atque sagittarum quæ complevêre pharetram

Herois validæ, portis hoſtilibus ipſæ
Inſideant; & vt imperitantes contineantur,
Vt nunquam poſthàc natorum deq; nepôtum
Deducta ſerie, tibi ſuccedente futurâ,
In Regnis deſit Soboles fœcunda Regentûm.
Intereà (Tu Rex) poſt hæc exordia Regni
Lætæ tui, reliquæ traducas tempora vitæ
Fœlicis, ſatur vſque bonorum plene dierum,
Et poſt hoc Regnum terreſtre, fruare Coronâ
Iuſticiæ, Dominô cum Ieſu in perpete Regnô:
Acclamantibus omnibus, AMEN. VIVE IACOBE.

Excellentiſſimæ veſtræ Maieſtatis
humilis ac devotus ſubditus

Iohannes Epiſcopus Oxonienſis.

Ad Pium & Benevolum Lectorem, Præfatio.

IN nova fert animus, Divini Oracula Verbi
Læta Evangelij (quod nominis exprimit ortus)
Fœderis (Ecce) Novi, nova, lætaq; nuncia ferre.
Immò novò proferre modò, quæ antiqua vetustò
Latæ à principiò, nunc sunt prolata novatò
Ordine, (si placeat,) salvò remanente priore.
Et quid lætius esse potest, quid gratius istò,
Quod vetus, estq; novum; quod & excellentius omni
Thesaurô? Quid enim totò preciosius orbe,
Est nobis Deus elargitus munus habendum,
Æquè servandum, magis omnibus immò colendum,
(Vt medium per quod donatur Spiritus eius,)
Quam Sacrosanctum Cœleste Dei unius unum
Divinum Verbum? Nobis in quò Deus & se,
Ipsiusq; voluntatem, manifestat apertè;
Cultum porrò suum, nostrum docet officiumq;
Per quod percipimus sed & illius omnia dona,
Quatenus illa scienda, utenda, fruendaq; nobis,
Expedit, & nostra intersunt. Quod fœdus inivit
Inter nos & eum, Dominum sese esse futurum
Nostrum, nos populumq; suum fore. Fœdus & omne
In Testamentò Sacrò, Veteriq;, Novoq;,
Hoc comprehenditur, atque absolvitur. Est veterisq;

 Explanatio

Explanatio clara Novum: corpusq; figuræ
Respondens, adeò perfectum reddit vtrumq;,
Sic vt diminui nil possit, nil queat addi.
Et licet, ex illô quô cœpit tempore, primùm,
Divinum verbum, cœlô donatur ab altô,
Non vt habens genium mansurum, sed geniorum,
Immò Deum authorē, qui est Sanctus Spiritus vnus;
Vnde malos contrà genios, manet inviolatum,
Integrè & illæsum perdurans, donec ad istam
Extremam mundi ætatem, lassamq; senectam;
Eius & ad finem, mundum sed & vlteriorem,
Perdurabit in æternùm, sine fine futurum:
Attamen haud vnquam fuit adversantibus absq;,
Immortalibus, & mortalibus vndique cinctum,
Spiritibus Phlegetontiacis, genere è quoque nostrô
Humanô, nunquam non conspirantibus vnà,
Suspiciones, murmura, iurgia, scandala, lites,
Schismata, & hæreticas sectas, & bella moventes,
(Et quid non?) contra verbum cœleste facessunt;
Illud vt extinguant, proscindant, perdere possint.
Quos omnes Verbum vicit, prostravit, abegit:
Et permansit inexpugnabilis vsq; superstes
Eius energiæ vis, virtutisq; potestas,
Contra omnes hostes, palmæ surgentis ad-instar.
Nemo Sophista fuit, Rhetor, Sophiæ vel amator,
Inter qui Gentes, olim præclaruit vlla
Doctrinâ, eloquiô, studiô, ingeniô, arte, vel vsu
Doctrinæ, eloquij, studij, ingenij, artis, & vsu;
Ipse facultates qui non intenderat omnes,
Contra Divinum verbum, conamine totô:

Semet

Semet ut armavit quæcunq; potentia mundi,
Eius in excidium: Conatus at omnis eorum
In fumos abijt, fuit in nihilumq; redactus;
Nec profecerunt, perdendo oleumq; operamq;.
Clarius emersit, semperq; ex omnibus istis
Viribus oppositis, mansit magis immò triumphans.
Sic & in hac nostra postrema ætate peractum,
Vidimus hoc clarè nos, in quo vivimus ævô:
Passum non paucos minus hostes, nonq; minores,
Et plus septenâ vice depurgarier, auri
Instar id obrizi, coniectum quum sit in ignem,
Evadens purum putum, quod sorde nec ulla
Defædatur, splendens sed fulgore coruscat.
Gratia, idemq; favore Dei nos Fœdus habemus,
(Hostibus & domitis) in pace potimur eodem,
Utimur, & fruimur, gaudemus, ovamus in illo;
Discitur, excolitur, legitur, teriturq; volumen:
Iamq; ferè linguas convertitur orbis in omnes,
Præsertim Latiam, quæ latè fusa patescit.
Hac in nostra ætate, Novo pro Fœdere, Græcum
Post fontem, dictatum est in quo Spiritu ab Almo.
Huc in eam linguam transferre fideliter illud,
Exactè ad Græcum fontem, plurimq; laborem
Antiqui, pluresq; Recentes undiq; docti,
Multum navarunt; vitio nec vertitur ipsis,
Sed magnæ laudi; diversimodè licet unam
Hi sententiolam variarint, materiemq;
Verbis; intereà sententia dum manet ipsa
Una, eademq;. Evangelici viri ut insimul unam
Rem gestam varie narrarint; nec minus illis

Historiæ obſuerint credendæ, ſive citandæ.
Quin adeò verum magis elucebat; & inde
Plus Sancti Patres (dum conciliando laborant;)
Profecêre, notare notas pluresq́; ſolebant.
Sic, vt & illorum ſemper cedebat in vſum;
Cedet & in fructum, varians tranſlatio nobis.
Inter quas plures, quæ iam vulgantur in orbe,
En, nova (Lector amice) tibi tralatio facta,
Fœderis iſta novi ſe in lucis fundit apricum,
Tantùm verba ligans numeris ad metra repoſtis,
Vt magis hæc facilè memori committere mentis;
Et revocare fidelius; & depromere poſſis
Quæ citius; fluerent & apertò dulcius ore.
In quâ vulgandâ, ſi feci audacius ecquid;
Deprecor hanc culpam, quòd me exararier vltrò
Paſſus amicorum ſum ſuaſu, fortè priuſquam
Eſſet opus prælo maturum, vix bene coctum:
Iuxtá præceptum; Nonum premeretur in annum.
Quod, quùm conatus, primò non inſtituebam,
Id, niſi per ſententiolas, occaſio quandò
Ex exercitio ſeſe obtulit, experiundi,
E verbo ad verbum transferri ſi modò poſſet;
Carminibus, numero, metro, pede, lege, ligari;
Poſteà, vt hoc expertus eram ſuccedere poſſe;
Vlterius mox ſum progreſſus, ad integra quædam
Et Capita, & Libros; tandemq́; animatus (amicis
Pluribus exhortantibus, & ſuadentibus) ægrè
Tunc collexi animum, jam deſpondere paratum;
Et ſucciſivum nullum non ſurripiebam
Tempus, quandò negotia permiſere; perurgens

Hoc

Hoc unum, nunc omne novum convertere Fœdus,
Ausus vt aggrederer; donec plus, vlteriusq́;
Ad metam tandem perduxi, præstiti & omne,
(Dicitur vt filô denso) spacio vnius anni.
Quod post, quùm lambendo (suos fœtus velut vrsus)
Non tamen efformare satis, nec reddere formam
Quandò diù poteram, sacro isto corpore dignam;
Obstupui trepidus; quid agendum nescius, hærens.
Tantæ molis erat, plus quàm sit condere gentem
Romanam, (collapsam iam Babylónaq́; factam)
Est in Romanam linguam Conuertere puram,
Hecce Novum Fœdus. Sic pervertére nefandis
Ante solœcismis opus istud, barbarieq́;
Fœdarant; quadam mutilarant, addiderantq́;
Plurima; corrumpentes fictis omnia glossis;
Veraq́; pro falsis mutantes, barbara puris;
Textum traducentes non ab origine Græca,
More sed à Pharisæis ducto; traditiones
Patrum sectantes, tantùm sub nomine nudo,
Sed falso, prætexentes Hieronimiano:
Quo subliverunt oculos non insipientûm,
Sed sapientûm etiam, fere & omnibus imposuerunt.
Et licet inter eos cordati qui magis essent,
Mendas nonnullas fateantur, easq́; libenter
Emendare velint, nisi quod vibrata Tridenti
Fulmina, terrorem minitentur: Quum tamen illis
(Sub defendendi spe) sit concessa facultas;
Protinus erumpit vis veri; semet & ipsos
Produnt, quot mendis ea sit translatio plena.
Vt, quùm Montanus, satagens defendat vt illam,

Qua

Quæ vulgata vocatur versio, verbaq́; verbô
Cuilibet apponat; quota pagina, linea vel quæ
Integra vulgatam servat, sine quâq; liturâ?
Sic magis oppugnant, dum confirmare laborant,
Illam quam tanti faciunt, vrgentq́; Latinam.
Atq; omnes alias ferientes fulmine dirô,
Execrando caputq́; suum, Papam simul vrunt.
Quandò Leo Decimus, versura favit Erasmi;
Confirmavit eam; condemnavêre sed isti:
Is benedixit ei, maledixit eiq́; Tridentum.
Sic se confodiunt, vulgatæ errata tuentes;
Dum contra vulgus maiore tyrannide certant.
Nam sub prætextû, si vulgaretur ad omnes,
Contemptum foret, & vilesceret; idq; profanè
Cuilibet ad libitum traductum prostituatur,
Divinum verbum, factum commune popello;
Quod panis, potus, cibus, atq; alimenta fovenda
Vitæ; ad tutelam gladius, clipeusq́; tuendis
Omnibus in commune datur, velut aër & ignis,
Terra, aqua, spiramen, morimur quibus absq; necesse:
(Si tamen vtemur reverentèr, relligiosè,)
Omnibus hoc illi inviderunt, eripuerunt;
(Exceptis paucis iuratis in sua verba)
Nemo vt adiret, & incluserunt carcere vinctum:
Et quum lux esset super-imposuêre lucernæ
Hi modium, passi nullum de plebe videre,
In tenebris, & in vmbrâ mortis at esse sedentes.
Post tenebras, donec lucem misit Deus orbi,
(Lucem dico novam) postremis hisce diebus,
His & in occiduis totius partibus orbis.

Nam

Nam quùm colluvies Arabûm, simul atq; Scytharum,
Barbariesq;, Orientales invaserat oras:
Et Syria aufugiens, Asia vtraq;, Græcia & omnis,
Territa sanguivoras Turcivitare macheras,
Ad nostra (à terris patrijs confugit asyla;
Has secum devexit opes, adduxit & isthùc,
Inde lares, vt tutelares, vtq; penates,
Relliquias sacras, hos fontes cognitionis,
Hebrææ, Syriæ, Chaldææ, denique Graiæ
Linguæ thesauros, & coniunxère Latinæ.
Quæ simul vt coniunctæ sunt, atque insonuerunt,
Auribus in nostris, vix quæ sunt ante sonatæ;
Mirum dictû creditû & est, quàm mox simul aures,
Atque oculi sensus omnes, & mens fit aperta:
Quæ riguère prius tardante hebetudine crassa
Ignavæ ignorantiæ; eis quæ obtuderat aures,
Offuscarat ocellos, sensus læserat omnes,
Et mentem planè quasi dementaverat ante,
Vt iam totus homo renovetur, homo velut alter:
Iamq; reviviscens, tangit, videt, olfacit, audit,
Gustat, & ad communem defert omnia sensum.
Quæ phantasia imagine non Idea reformat
Vnaq; intelligit intellectus at intus, & imè
Mens agit, & versat, meditatur, agendo, reflectit,
Librâ iuditij ratio deliberat æquum;
Sive bonum, sit sive malum; Iustum, vel iniquum;
Verum, vel falsum; sive vtile, inutile sive;
Eligit arbitrium, consensum datq; voluntas;
Vtitur & fruitur iam delectatio plenè:
Omnia & hæc in ijs, nobis quæ ignota latebant.

Literæ

Literæ itemq; bonæ prius omnes quæ oblituerunt,
Iam prodire foras, iam-iam revirescere cœptant,
Omnes artes, liberiorq; scientia quævis
Floret, Mechanicæ noviter multæq; repertæ:
In quibus excellens viget impressoria matrix;
Vt libri poterint totum volitare per orbem.
Et mox Herculeô simul insudando labore,
Humanô plus quam, Divinâ gratiâ, adorti
Vespiliones hos qui diluêre tenebris,
Fugarunt, luciq; priori restituendum
Hoc cœleste novum fœdus, primoq; nitori
Curarunt, quãtum poterant; poterant quoq; multùm,
Egregiè quidam docti, Divinitùs istbùc
Missi, confirmante Deô molimina tanta.
Inter quos operam navavit Erasmus in istô
Fœdere, Calvinus, Faber, & Caieta; sed ante
Omnes Beza, & Iunius, & Montanus, vt ista
Fœda repurgarent. Opê quorum præcipueq;
(Post Dominũ) Beza, recreatus; ego omnia versans,
Pene sequutus eum, non continui amplius ipsum
Memet in æde meâ; produxi iam sed in amplam,
Et claram lucem, suadentibus istud amicis.
Vtq; in fœtibus exponendis, sæpe solemus,
Indulgere nimis nostris, atque esse Philauti,
Excusando, philanthropiæ sub nomine, fratres,
Ædificare homines, (quæ est excusatio iusta,
Si verè;) Philotheiæ, sive Dei sub amore;
Qui solus debet præ cunctis maximus esse:
Quæque movere duæ rationes, proq;-movere,
Præcipuè debent nos omnes; meq; movebant,

In lucem protrudere opus. Veniam Deus indet,
Atq; secundet, cuius res est. Da veniamq;
Tu, cuius causâ, quicquid benè, vel male, feci.
Non myrtos, hederas, lauros mea tempora quærunt
Queis redimirentur; Christus caput ille, coronam
Laudis & obrizi (spineam portavit vt antè)
Nunc ita, & vsq; omnis cui gloria danda, reportet.
Versuram verò textus quod spectat ad istam;
Si quid in illa sit commissum, vel quid omissum;
Emendato, (precor) non obtrectato malignè.
E verbo ad verbum siquidem transferre volenti,
Asperior semper versus, sed verior exit.
Maior at immò fuit veri, quàm cura nitoris.
Hæc oracla Dei, non sunt dictata Poetæ.
Sufficit ergò, Deo se submittendo Poësis,
Hæc Sacra si discat sacrato promere more,
Ore suo proprio Christus quò more docendis,
E Patris ista sinû cœlestia dogmata sicut
Deprompsit; quæ præter eum solummodò nemo
Effari potuit, nec scivit; præter & ipsum
Cui Pater hæc, cui Filius, & cui Spiritus Almus,
Trini-vnus, Personæ Tres, Essentia Dia
Vna, revelavit, dictavit, scripta reliquit.
Quæ nec Castalides Par nassi è fontibus hausta,
Quæq; novem Musæ, non Calliope, neq; Clio,
Non Erato, non docta Thaliaq;, Melpemoneq;,
Sed neque Ptersichore, non Euterpeq; sciebat;
Non Polyhymnia, non aut Vrania illa novena
Musa, Heliconiades, neq; Pierides, Charitesq;,
Non & Apollo, nata Iovis cerebro neque Pallas,

Gen-

Gentibus aut falsò numen quodcunq; putatum,
Sic scripsit, cecinit, novit; sic verba profari,
Sic docuit dictare modos, pedibusq; ligare
Verba suis numeris pictos induta cothurnos
Sesquipedalia. Sed quæ verba ea Spiritus afflat
Cœlitùs, ex donô linguarum, sacra Prophetæ
Sunt Evangelici, sed Apostolicique loquuti
Verba viri; purè, castè, magnalia Summi
Vulgavêre Dei. Sic, Sic, decet esse professos
Ipsos verba fluentia de scaturigine fontis
Illius æterna vitæ salientis in æva.
Tota quibus mundi cessit sapientia; sacris
Victa Dei orac'lis. Non est idcircò quod vllam
Offensam captes, offensam sis neque passus,
Vel quia traducens Divina orac'la, (relicta
Libera quæ fuerant à Christo, verba solutô
Quæq; Evangelicis, in Apostolicis quoque scriptis
Sunt dictata stylô,) numeris pedibusq; ligarim;
Integra quum maneant in libertate priore.
Hoc ego qui primus tentarim carmine non sum,
Sancta orac'la Dei conatus nectere versû,
Versibus addendo versus, metita solutis.
Textus vt in versus, vt & in Capitella secatur,
(Ex hominum placitô, divisio nupera facta:)
Sic capita & versus numeris metrisq; teneri.
Nuper enim partitus erat nec textus in istos
Qui nunc est versus; Stephanus quos non ita pridem
Dissecuit: Paulò ante etiam, Capita & nec in ista:
Sed plusquam centum Capita & Matthæus habebat,
Et reliqui, vt placuit; res gesta, & facta notantur,

Con-

Continuâ serie, vel producuntur eadem:
Cuius adhuc testes extant veteresq́ columnæ.
Textui in his adeò non est iniuria lata:
Vtraq; nempè perutilis est ea sectio Textus,
Exacteq́; meum sectatur carmen vtramque.
Quin sed & ante fuerunt me, per sæcula longa,
Vel Primævâ ætate ineünte Ecclesia ab ipsâ,
Multi doctrinâ clari, pietate viriq́,
Ausi qui sacrum sic sunt vertisse volumen.
Vt Lactantius, vt Prudentius, vtq́; Iuvencus,
Ausónius, Paulinus, Prosper, Sedulinsq́,
Versibus atque Iohannem Græcis Nonnius, olim.
O vtinam superessent quæ conscripta fuerunt,
Pluribus à Patribus Græcè, & traducta latinè,
E Sacrò Scripturæ fonte, poëmata multa:
Non tam Vergilium neque miraremur Homerum.
Atqui nunc tandem per sæcula nostra suprema,
Pristina libertas est postquam reddita verbo,
Puraq́; castities est instaurata loquendi,
Et Latiâ & Græcâ linguâ; cum barbarieq;
Ignorantia profligatur, veraq́; splendet
Lux Evangelij; celebres doctiq́, pijq́,
Attentasse viri sunt istud, non minus ausi,
Quàm perfecerunt, merita cum laude sequutâ,
In testamento veteri. Velut Ælius Hessus,
Beza, & Buchnanus; verterunt qui simul omnes,
Aut aliquos alij qui Psalmos, præter & hymnos.
Selnecserus, item Strigelius, atque Melanction,
Et qui verterunt Iobum, noster quoque Dranta,
Præter Cantica, quæ & Proverbia sunt Solomonis,

Versibus

Versibus hæc dictante Deo composita fuerunt.)
De vanoq; statu Solomo quæ prædicat orbis.
In Testamento compinia novoq; recentes,
Eximiâ gravitate viri vertisse sciuntur:
Vt de Evangelij, & Epistolijs quoq; summas,
Versibus edunt Spangelbergius, Æmiliusq;,
Disticha præter Erasmi affixa, Tetrasticha versa
A Gualtero; Euangelicam simul historiamq;,
Quam vertit doctus Baptista Egnatius ille,
Mantua quem recolit Christi velut esse Maronem.
Arriam præter Montanum septiq; linguem,
Versibus affectare phrasim qui si modo posset
Scripturæ Heroicis, tantum sudavit & alsit.
Et multos alios qui Carmina composuerunt
Bibliaca. Ergò, viri quum tot, quum deniq; tanti,
Hoc attentarint; duxerunt esse probandum,
Atq; malum dici, nulla ratione putarunt,
Indignum vel non in quo posuisse laborem,
Hi dignarentur; neq; maiestate Sacrarum
A Scripturarum se quicquam degenerasse.
Ast operæ-pretium facturos semet in isto:
Gloriæ id immò Dei quòd cederet amplificandæ,
Ædificandæ etiamq; perutile, fructiferumq;
Esse putaverunt Ecclesiæ id omne futurum;
Acceptum gratumq; bonis quapropter habendum.
Quòd si offensus eris, fuerim quòd verba sequutus,
Vt Scriptura recenset nuda; illustribus ornans
Neuve poëtarum verbis, Philo neuve sophantum,
Aut Oratorum phrasibus pictisq; figuris,
Literæ inhærendo, verbatim transfero verba:

Est

Est magis ut credas, minus offendaris in isto.
Si quid at interpono meum, tantùm fit ob istud,
Græca phrasis, sententia, & ut sit sensus apertus;
Cæsuris, alióq; charactere, idemq; notatur:
Et misitùm vel quando vocabula pauca Latinè,
Fusius explicui, nequeunt quæ commoda Græce
Versibus astringi, vel nomina durius ulla
Induci, tolerabile ducito; vel quid hiulcè,
Asperiusve sonans, Hebræo idiomate fauces
Collidensq; Syrô; modò sit translatio fida;
Ponderis hoc magni, pretij est & pluris habendum.
Inter at ista vocabula dura ab origine Græcâ;
Dæmon ut est nebulo, nebulas offudit & eius
Merum nomen; & à διαβάλλειν quando fit ortum,
Crimina quòd falsò nobis impingat; eundem
Dæmonium dico, titulum veruntamen addens,
Accusatorem, blasphemum, falsidicumve,
Sive cavilli, sive calumniæ eum vel iniqui
Criminis authorem; vel si quid tale, Latinè
Nomino dæmonium, de verbi proprietate:
Quùm per epenthesin, iste diabbolus illico dici,
Planius & brevius queat; hoc si in nomine fas est
Appellativo; sed vitans, nomina Græca
Sepius occurrunt, circumscribenda Latinè.
His demptis; carmen fluet æquum, satq; rotundum.
Atq; licentia ubi datur, aut in corripiendis
Syllabulis, aut producendis, nominibusq;
Permultis hominum, nobis qui sunt peregrini;
Hanc peto; quantumvis rarò altero, pressior & sim:
Utpote, in illius nebulonis nomine rursum,

Quem quidam Montanus Sáthánam nuncupat: atqui
Corripiunt Sathanam noſtri plerique poetæ;
Hinc & Sathanam, Sathanam, vocitoque Sathanam.
Nomina multa alia & produco, corripioque,
Exemplô authorum veterum, non atque recentûm,
Vt quum Iacobum non dico, ſed immo Iacobum.
Et Barnábam Græco accentu; & talia multa.
Rhetoris at flores ne quærito, ſuavia verba,
Quæ molles mulcêre ſolent, dum pectora palpant,
Vaniloquô venti ſtrepitu, quem ſpiritus effert
Humanus; qui detinet aures murmure blandô,
Nec ſolidi ſunt quicquam, nec proficit hilum,
Reſpectû verbi Divini. Rhetor haberi,
Eſſeque vis, notus, clarus, facundus, amandus,
Perſuadens, ducens, perſtringens, omnia vincens?
Quò magis accedas ad verba Dei ipſa relata;
Fulmen eris, flammantia verba, at amantia fundes;
Convertes homines, tibi ſint quantumlibet hoſtes,
Atque Deô averſi, ſi refractarij & eſſent;
Auſcultando tibi, placidos facies & amicos,
Atque Dei verè cultores relligioſos:
Denique conversos, mutabis prorſus in alios;
Quos ex humanis, Divinos efficieſque:
Divini ſolâ verbi virtute potenti.
Nam ſatis eſt ſtilus ipſe potens, quem dictio ſacra
Sola dabit: dabit immò magis pondus, decus, & vim,
Sancta ea ſimplicitas Evangelij ipſamet vna,
Abſque ullô ornatû, verbis aliunde petitis
Rhetoricis, tantùm Scriptura ſed unica ſimplex
Prævalet, & longè ſuperat, quàm quæ arte polita,

Comptaque

Comptaq́; sunt, magis inducendæ suspicioni.
Confirmantur adhuc plùs nobis cordaq́; nostra,
In virtute Dei verbi, dum cogitat ecquis;
Maiestate magis rerum nos esse movendos;
Quam quòd verborum delectet gratia mentem.
Quippe Dei cantum non consiliò sine magnò
Est, vt quæ sublimia sunt mysteria regni
Cælestis, pressâ contemptibiliq́; loquendi
Tradantur specie. Siquidem, si splendidiore
Essent eloquij genere illustrata; cavillis
Mox hominum fierent obnoxia; scommata nempè
Garrirent; in verbis vim florentibus omnem
Esse, nec in virtute sitam. Quùm verba sed ista
Sint inculta, (rudis tantùm non simplicitasq́;)
Et valeant, adeò, vis par vt nulla resistat:
Hoc magis in nobis verum reverentiæ honorem,
Et plus assensus, fidei, suadelæ, & amoris;
Splendida quàm facundia Rhetoris excitet vlla.
Unde videre licet, Scripturæ nempè quod insit
Maior vis, quàm quæ verborum quâlibet arte
Indigeat. Lege vel Demosthenis, aut Ciceronis,
Aut Platonis, Aristotelis vel opuscula docta,
Verbis, arte, labore, nitore, polita disertis;
Allicient multum fateor, sensimq́; movebunt,
Delectabunt, atque placebunt: Confer at vni
Verbò Divino; rursus mox omnia frigent.
E contrà, Sacræ Scripturæ dictio sola,
Immò velis, nolis, ita permovet, afficit, vrget,
Cor penetrat, sic insidet imis inq́; medullis;
Sic rapit, oblectatur, & innovat intùs & extrà,

Totum transformans hominem, tanquam novus esset;
Rhetoris ut quæ-vis pigmenta, & quæq; Sophorum
Dogmata, prælibata, saporem flaccida planè
Amittent omnem; fient mox dulcia amara:
Ut quæ miratus fueris, iam despicis illa,
Et quæ splendebant, veluti nox soli ad ortum,
Aufugiunt, verbi Divini lumine tacta.
Sed Rhetor, Sophiæ studiosus, quìmq; Poeta,
Ornamenta facultatûm quæcunq; suarum,
Submittent Dominæ Sacræ servire ministra
Scripturæ; loqui ut hæc loquitur, sapere ut sapit ista,
Et facere ut iubet hæc, quæ sunt sua iussa capescent:
Tùm solidè sapient, tùm vitæ verba loquentur,
Tùm boni eruntq; viri, civesq; boni benè vivent;
Rhetorices, Sophiæ cultores, atque Poesis,
Dici, & censeri debent doctiq; boniq;,
Eloquio puri, facundi, grandiloquentes,
Quandò Dei quæ gloriæ erunt, hominumq; saluti,
Ubere cum fructû dulcissima verba loquentur.
In quorum numerô, dici licet ipse, nec esse,
Sim meritò censendus; in hoc nihilominùs unô,
Gaudeo, me navasse operam, quemcumq; laborem
Impendisse meumq;, (Deô præbente favorem,)
Huic Sacro eloquio, Sophiæ studio, atque Poesi,
Tempore quæ memet iam longô deserverunt,
Dixeruntq; vale potius, si non magis immo,
Illa salutarunt à longè in limine stantem.
Nec multum versabar in his iuuenilibus annis:
Neuve Sophos, fuerimve orator, neuve Poeta:
Iamq; senescentem studia illa revisere velle;

Nescio

Nescio quô fatô, geniô, vel sydere ducor.
At minus hæc Christi cultori nomina digna:
Quùm Numen soliti sunt invocitare prophani.
Certè & Numen erat, non illa invita Minerva;
Ast amor ille Dei veri qui verus, & eius
Gloriæ amor, populiq́ amor e ut, memet adegit,
Hæc vt & aggrederer, ductum rationibus istis,
Quas allegavi, quibus inductusq́ movebar,
Vt potuiq peregi: Nec me pœnitet; immo
Sic iit-iit, hoc egi, me glorior esse loquutum:
Sic quoq simpliciter, sic strictim transq-tulisse
(Ecce) Novum Fœdus, dictatum Spiritu ab Almo:
Quod veteres, simul atque recentes, sæpius orsi,
Tentavere quidem, minus at fœlicibus ausis,
Ad verbum transferre; nisi quod plurima carptim,
Aut ea summatim, vel fusim, non ad amussim
Omnia & ad fontem: magis ista at immo putarunt,
Non vnquam traduci posse, ideoq relinquunt;
Et sensum magis illi sunt, quam verba sequuti·
Dum paraphrastes malint esse, interpretis autem
Officio nolint astringi, verba citantis.
Quumq licente nimis tentaverit ipse poësi,
In reliquis multos superans, fraterculus ille,
Baptista qui nomen habet, quem Mantua fudit,
Ille Maro, Christiq Naso; (si iungere fas est,
Christi nempe stylo cœlestia verba prophano;)
Historiam versu nectens Evangeliorum:
O quantum laudatur ob hoc? meruitq́ profectò;
Esset si pressim divina oracla sequutus
Ille; vel O vtinam vellet quiscunq poeta.

 Intereà,

Intereà, aggressis multis; quum nemo præiret;
Nunc ego iam tandem, coniungere nisus, vtrumq;,
Cum sensû verbum volui; si forte sat-égi;
Hoc meũ erat, tuum erit (Lector) mihi parcere velle;
Si minus optato feci-satis, vtque volebam.
Si placet; vtere, habeto, meô fruitorq; labore,
Quò prodesse tibi, minimè nocuisse, cupivi.
Proderit intereà, placeatq;; quòd est via saltem,
Iam patefacta alijs. Ego si quid præstiterimq;;
Debui id omne DEO. *Cui soli gloria detur.*
Amen.

Disticha continentia summas uniuscuiusque Capituli quatuor Evangeliorum, per incuriam capitulis singulis omissa præfigi, ideóq; nunc omnia simul præmissa.

Contenta Capitulorum in Evangelio secundùm D. Matthæum.

CAP. I.

Stemma Patrum Christi, de Abrahami germine ductum.
Virginis & Ioseph sponsalia. Natus Iesus.

CAP. II.

Adveniunt Magi. Herodes turbatur. Adorant
Hi Christum. Bimuli Christo evadente necantur.

CAP. III.

Et populum Christumq; Iohannes abluit vndâ.
Voce sonante Patris. Comparet Spiritus Almus.

CAP. IIII.

Christus tentatur. Dein prædicat. Inde vocantur
Petrus & Andræas. Infirmi restituuntur.

CAP. V.

Fœlices qui sunt. Sal, suntq; lucerna ministri.
Legis sensus. Amor completio Legis amussis.

CAP. VI.

Lex eleémosynæ, atque precûm. Ieiunia vera.
Verus thesaurus. Sine sollicitudine curæ.

CAP. VII.

Non sit Iudicium velox. Bona danda petamus.
Vita probanda Deo : Sine fuco Pseudoprophetæ.

CAP. VIII.

Leprosus, servusq; ducis, Petri quoque socrus,
Sanantur. Sedat mare. Possessiq; levantur.

Cap. IX.

Assurgente Parallyticô : Matheoq; vocato:
Sanguineus stitit fluor. Est rediviva puella.

Cap. X.

Discipuli numerati, emissi multa docentur
Quæ sunt facturi, quæ perpetienda subibunt.

Cap. XI.

Discipuli ad Christum veniunt, mittente Iohanne.
Quos docet. Exprobrat Iudæis : allicit ægros.

Cap. XII.

Quæ per Sabbata agenda. Manus facta arida sana.
Blasphemos Christus confutat. Seq; tuetur.

Cap. XIII

Semine de iactô partes per quattuor agri.
Et de zizanijs. Et piscibus eliciendis.

Cap. XIIII.

Baptistæ de morte Iohannis. Adauctio panum.
Per mare dum Iesus pergit, Petrus id male tentat.

Cap. XV.

Traditiones contra Verbum. Externaq; contra
Interna. Et mulier Chananæa. Et pastio turbæ.

Cap. XVI.

Signa petunt. Doctrina cavenda est Pharisæorum.
Quæ fidei, & vitæ, Christi confessio vera.

Cap. XVII.

Transq;-figuratur Christus, Venturus in orbem
Elias. Pulsus Dæmon. Didragma soluta.

Cap. XVIII.

Esse humiles instar pueri. Ne offensio detur.
Error ovis. Fraterna reconciliatio. Claves.

Cap. XIX.

Quæstio reppudij. De Eunuchis. De puerorum
Accessu. Via perveniendi ad cœlica regna.

Cap. XX.

Conducti denariô. habetur mentio mortis.
Zebdiadesq; petunt. Cæci visumq; receptant.

CAP. XXI.

Insediturpullo. Cum pompâ exceptus, adivit
Templum. Aret ficus. Vineti deq; colonis.

CAP. XXII.

Ad convivia Rex invitat, reijciturq;.
Et Pharisaïca, Sadduceica sectaq; tentant.

CAP. XXIII.

Descripti Pharisæij & Scribæ : vtrisq; minatur,
Propter hypocriticam vitam, moresq; cruentos.

CAP. XXIIII.

Iudaicum ventura statum quæ signa ruendum
Præcedunt, Christi reditum, finem quoq; mundi.

CAP. XXV.

Virgineus chorus, atque lucernæ. Exposita talenta.
Quæ Christi sententia danda bonisq; malisq;.

CAP. XXVI.

Concilium contra Christum. De vnguento Alabastri.
Proditio Iudæ. Cœna vltima. Passio Christi.

CAP. XXVII.

Iudas desperat. Proceditur ad crucifixum,
Et Titulum,& Mortem, Positum simul inq; sepulchrum.

CAP. XXVIII.

Fœminæ ad vngendum venêre. Resurgit Iesus.
Angelus; & Christus visus. Iudaïcus error.

Contenta Capitulorum in Evangeliô secundum Divum Marcum.

CAP. I.

BAptistæ officium. Descendit Spiritus Almus.
Est tentatus. Prædicat.& vocat.atque medetur.

CAP. II.

Instat turba. Parallyticus. Leviq; vocátur.
De ieiunio. & vsû verô Sabbati habendô.

CAP. III.
De sanatâ arente manû. multisq; catervis.
De duodenûm nominibus. Defensio Christi.
CAP. IIII.
Semine de Verbi proiectô. Deq; lucernâ.
De crescente herbâ, atque sinápe, mariq; represso.
CAP. V.
Dæmonium (Legio) depulsum. Filia Iairi
Reddita vitæ; tactû vestis & altera sana.
CAP. VI.
Offensi patriotæ. Missi Discipuliq;.
Mors Baptistæ. Plebs compasta. Super mare pergit.
CAP. VII.
De illotis manibus. De traditionibus extìm.
De Syrophænissa. De surdo, ægreq; loquente.
CAP. VIII.
De populô pastô. Fermentum quale cavendum.
De cœco. Petri confessio, nostraq; Christi.
CAP. IX.
Transformatio. Mutus spiritus, illeq; surdus.
Passio prædicta est. Offensio quæq; cavenda.
CAP. X.
Coniugij vinclum. Similes infantibus esse.
Vsus opûm. Contrà ambitionem. Visio cœco.
CAP. XI.
Pullo asinæ insidet. Aret ficus. Vis fideiq;.
Vis & amoris. Christi quæ sit & vnde potestas.
CAP. XII.
Vinea, & Agricolæ. Liceat dare númne tributa.
Númne resurgent. Lex primaria. Quæstio Christi.
CAP. XIII.
Quando Templum destrueretur; finis & orbis
Adforet : Antichristi, Christi adventus & esset.
CAP. XIIII.
Vnguentum preciosum Alabastri. Prodit Iudas.
Pascha, & Cœna. Preces. Captura. Negatio triplex.

CAP.

CAP. XV.
Quæ ſub Pilatô, populô, & ſub milite paſſus:
In cruce quæ paſſus: quì mortuus, eſtq; ſepultus.
CAP. XVI.
Fœminæ ab Angelô eum conſurrexiſſe docentur.
Diſcipulis viſus, conſcendens, inſtruit ipſos.

Contenta Capitulorum in Evangelio ſecundum Divum Lucam.

CAP. I.
SCripti cauſa libri. De patre & matre Iohannis,
Nunciô & Angelicô. De Virgine matreq; Ieſû.
CAP. II.
Chriſti natales. Octavo die eſt recutitus.
Cum Doctoribus in Templo eſt, duode'nnis, omiſſus.
CAP. III.
Doctrina; & Baptiſma; Profeſſio; morſq; Iohannis.
Spiritus in Chriſti baptiſmate: Stemma ad Adamum.
CAP. IIII.
Tentatur: vincit: : Tum prædicat: A patriotis
Temnitur. eijcitur dæmon. febris eſt & abacta.
CAP. V.
Prædicat è navi. Piſcatio mira. Leproſus
Sanaturq; parallyticus. Leviq; vocatur.
CAP. VI.
Sabbati opus. Duodéni electi. Quiq; beâti.
Fructus amoris, Hypocriſis, arboris, ædificantis.
CAP. VII.
Centurio, & vidua; hæc pro natô; ſervulô at ille.
Miſſi à Baptiſtâ. Peccatrix vnxit Ieſum.

CAP.

CAP. VIII.
Prædicat. Explanat semen. Cognatio. Ventus
Sedatur. Possessus. Iairus. Sistitur alvus.
CAP. IX.
Legat Apostolicos. Fama eius. Pastio plebis.
Transformatur. dæmon pellitur. Ambitus. Ira.
CAP. X.
Missi alij, instructi. Grates Deo aguntur ob illos.
De Samaritanô. Martha excipit, & Maria audit.
CAP. XI.
Forma precûm, virtusq; potens. Blasphema cavilla
Confutantur, Hypocrisis & Pharisaicus error.
CAP. XII.
Rursus hypocrisis & blasphemia sunt reprehensa,
Et dubitatio. Sed vigil est industria iussa.
CAP. XIII.
Pœnæ sunt exempla alijs. tolerantur inertes.
Curva erecta; repressa & hypocrysis, atque tyrannis.
CAP. XIIII.
Hydropis est sanata. Humiles; inopesq; fovendi.
De cœnâ spretâ. De computo inædificantis.
CAP. XV.
Murmur ob acceptos peccantes. Adsimilata
Hinc, ovis, & drachmæ, nati amissi, atque reperti.
CAP. XVI.
Dispensatoris provisio. risus avari.
Reppudium. Lex atque Prophetæ. Dives, Egenus.
CAP. XVII.
Scandala devitanda. Remitte. Fidesq; sinapis.
Nemo implet Legem. Leprosi. Adventus Iesu.
CAP. XVIII.
Iudicis & Viduæ. Pharisæi, & vota Telonis.
Mens humilis pueri. Via vitæ. Oculiq; recepti.
CAP. XIX.
Zachæus Christum recipit. Concessa talenta.
Pœna rebellantûm. Christiq; equitando triumphus.

CAP. XX.

Accipit vnde potestatem. Dimissa Colonis
Vinea. Tentarunt Pharisæi; & Sadducæi.

CAP. XXI.

Iacta minuta duo viduæ. Destructio Templi.
Pseudo-prophetæ. Signa malorum. Terminus Orbis.

CAP. XXII.

Conspirant hostes cum Iudâ. Pascha paratur.
Vltima Cœna. Precatio Christi. Prodit Iudas.

CAP. XXIII.

Passio procedit. Crucifixus pro hostibus orat.
Converso Latrone; est mortuus, estq; sepultus.

CAP. XXIIII.

Fœminæ ad vngendum veniunt. Duo discipuliq;
Docti ab eô. Vndeni vidére. Ascendit. Adórant.

Contenta Capitulorum in Evangelio secundum Divum Iohannem.

CAP. I.

DIvina atq; Humana essentia, teste Iohanne,
De officio Christi. Andrææ atq; vocatio Petri.

CAP. II.

Canæ aqua fit vinum. Templô eijciuntur ementes,
Et vendentes. Mortis mentio. credere cœptant.

CAP. III.

Quæ generatio vera secunda fidelibus insit.
Patris amor. Baptisma Iohannis testificantis.

CAP. IIII.

Colloquium Christi & Samaritæ. Quis cibus eius.
Quæ messis fidei, in Samaritis, & Galilæis.

CAP.

CAP. V.
Infirmus triginta octo sanatur ab annis.
Iudæi accusant, defendit & ille seipsum.
CAP. VI.
Millia quinq; cibat, refugus regnare recusat:
Carnalis cibus haud prodest, sed Spiritualis.
CAP. VII.
Rumores varij de Iesu : seq; tuetur.
Lictores redeunt. inter se iurgia miscent.
CAP. VIII.
Capta in adulteriô missa est. Certamen initur.
Vnde hostes Christusq; sient. proceditur ad vim.
CAP. IX.
De cæcô natô visum capiente lavando.
Quos Christus cæcos reddit; quos atque videre.
CAP. X.
Pastor, Ianitor, ostium & extat Christus ovilis.
Se probat esse Deum, simul & cum Patre coæquum.
CAP. XI.
Lazarus est factus redivivus : credere multi
Incipiunt. fit consultatio. Cedit Iesus.
CAP. XII.
Christi vngente pedes Mariâ : mutivit Iudas.
Pompâ equitat. Græci aspiciunt. Vox glorificantis.
CAP. XIII.
Discipulis lavat ipse pedes. Humiles monet esse.
Denotat hunc qui prodet eum. Petrus abnegat ipsum.
CAP. XIIII.
Discipulos armat solando; locumq; parando.
Est via, Verum, Vita. Pater sed & ipsemet vnum.
CAP. XV.
Vitis vera quis? Agricola est quis? palmes & est quis?
Causa crucis. Paraclétum Christus & à Patre mittet.
CAP. XVI.
De cruce cur tractaverit. Et post de Paracletô:
Quòd discedet, at est rediturus, vt ergo precemur.

CAP.

CAP. XVII.
Ergo, preces Christus Patri præmittit & ipse,
Proq; seipso, Discipulisq;, Ecclesiâ & omni.
CAP. XVIII.
Proditio Iudæ. Verbo eius deijcit hostes,
Annas, Caiäphas, Pilatus plurima quærunt.
CAP. XIX.
Est cæsus flagris. Trabeâ, illususq; corona.
Cumq; malis crucifixus, mortuus, estq; sepultus.
CAP. XX.
Magdalis, & Petrus, atque Iohannes ad monumentum
Accelerant. Visi Angeli. & est ter visus Iesus.
CAP. XXI.
Visus & est iterum. ter Petrus pascere iussus.
Quem de morte monet. Miracula pluraq; fecit.

EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM.

Caput. I.

PRogeniem Iesû Christi Liber *iste recenset*, Nati Davidis *de germine*, Nati Abrahami.
2. Isaacû progeneravit porrò Abrahamus.
Isaacus progeneravit porro Iacobû. (ius.
Porro Iacob Iudâ, fratres generavit & e-
3 Iudas porro Pharen, simul-atq; Zaram
E Thamarre. Phares Esromnm sed generavit. (generavit,
Esromus genuit sed Aramum. 4. Sed generavit
Aminadabum Aram. Generavit at Aminadabus
Porro Naassonem. Generavit porrò Naasson
Salmonem. 5. Salmon generavit porrò Boozum,
E Rachabâ. Progeneravit porrò Boozus
Obedum, de Ruthâ. Obedus progeneravit
Atqui Iessæum. 6. Iessæus progeneravit
Illum sed Regem Davidem. David at ille
Rex verò, Solomonem progeneravit ab illâ,
Quæ *fuit* Vriæ. 7. Solomon verò Roboamum
Progenuit. Roboamus sed generavit Abiam.
Asanum sed-enim-vero generavit Abias.
8. Atqui-verò progeneravit Iosophat Asâ.
Iosiphat ast genuit Ioram: genuit sed Ioram
Hosiam. 9. Hosias generavit sed Ioathâmum.
At verò Ioathamus progeneravit Achazum.
Ezechiam verò progeneravit Achazus
10. Ezechias progeneravit porro Manassen.

Luc. 3.24.
Gen. 21.2.
gen 25.24.
gen.29.35.
gen.38.27.
1.*par*.2.5.
ruth.4.18.
& 17.12.
1.*Reg*.16.1.
2 *reg* 12.24.
3.*reg*.11.43.
& 1.*par*.3.
10.
2.*Reg*.20.21
& 21.18.
1 *par*.3.13.
4 *reg* 23.34.

C

Porro

1.Reg.20.21 & 21.18. 1.chron.3.13.14.15. 2.reg.23.34. & 24.1.6. 2.chro 36.4.9. 1.chro.3.16.17.19. esra.3 2. & 5.2.

Porro Manassès Ammonem generavit. At Ammon
Iosiam genuit. 11. Iosias sed Iechoniam
Progenuit, fratres atq; eius *tempore* quandò,
Illa *fuit* Babylonica transportatio *facta*,
12. Postquàm sed Babylonica transportatio facta
Est; Iechoniás progeneravit Salathielem.
Salathiel verò generavit Zorobabelem.
13. Zorobabel verò generavit Abiud. Abíud
Eliaceimum sed generavit. At Eliaceimus
Azórem generavit. 14. Progeneravit at Azor
Zadócum. Zadoc verò generavit Acheimum.
Atqui progeneravit Acheimus Elíud. 15. Eliud
Ast Eleazar progeneravit. Porrò Eleázar
Progeneravit Matthan, Matthan progeneravit
Porrò Iacobum. 16. Progeneravit porrò Iacobus
Iosephum: Mariæ *fuit* iste maritus. IESVS
Est ex quâ natus, qui CHRISTVS dicitur ille.
17. Progenies omnes quapropter sunt ab Abráhâ
Vsq; ad Davidem quatuor simul atque decenæ
Progenies. Sed & à Davidis *tempore* ad illud,

Luc.1.27.

Quando *fuit* Babylonica transportatio *facta*,
Existunt generantûm quattuor atque decenæ
Progenies. 18. Iesû Christi natalis at ordo
Sic erat: Hæc quandò Maria (vt quæ mater eidem)
Huic esset Iosepho desponsata; priusquàm
Convenêre reperta est prægnans Spiritû ab Almo,
19. Porrò maritus cuum foret eius iustus Iöseph;

Deut.24.1.

Atque illam læsæ nollet traducere famæ,
Occultè dimittere eandem posse volebat.
20. Atque isthæc animum quando induxisset in eius:
Angelus huic Domini in somnis apparuit (ecce,)
Taliter affatus, Fili Davidis Iöseph,
Ne metue acceptare tuam prò vxore Maríam:
Est à Spiritû enim Sancto genitum quod in illâ est.

Luc.1.31. act.4.12. phil.2.10. esa.7.14.

21. Filium enim verò pariet, nomenq; vocabis
Eius IESVM. Quandoquidem, salvabit ab eius.
Ipse suum populum peccatis. 22. (Extitit autem

Hoc

Hoc totum factum, quod adimpleretur id ipsum,
A Domino dictum quod erat, dicente Prophetâ: *Esa.7.14.*
23. Illa erit (En) Virgo prægnans, pariturāq; Prolem,
Appellabis nomen & illius Emmanuelem:
Quod, si interpres eris, sonat hoc, DEVS EST NOBISCVM.
24. Exsurgens autem de somnô, fecit Iôseph,
Angelus is Domini sicut præceperat illi:
Vxorem accepitque suam. 25. Minimè sed eandem
Cognovit, donec Primogenitum sibi Natum
Hunc peperit, cuius nomenque vocavit Iesum.

CAP. II.

QVapropter natus tum quando fuisset IESVS, *Luc 2 6.*
Bethleemitanâ Iudeæ *quæ extat* in *vrbe*;
Rex quibus Herodes fuerat dominando diebus;
Ad Solymam venerunt vrbem, solis ab ortû,
(Ecce) Magi. 2. Dicentes; Est vbi natus is ille,
Qui Iudeorum Rex est? Quia vidimus eius
Solis in exortû stellam: devenimus atq;,
Hunc vt adoremus. 3. Quando hæc audiverat autem
Rex Herodes; perturbatâ mente movetur,
Vrbs etiam secum Solymorum deniq; tota.
4. Omnibus atque Sacerdotum Primoribus vnâ,
Et Scribis populi collectis; quærit ab illis,
Esset vbi Christus nascendo oriundus? 5. At illi.
Ipsi dixerunt: Iudeæ in Bethleemitâ
Vrbe. Quod est scriptum sicut dicente propheta: *Mich.5.2.*
6. Et tu Bethleemitana vrbs, Iudaïca terra, *Ioh.7.42.*
Inter Iudæam non es postrema regentes,
Ex te quandoquidem dux exiet, ille futurus,
Qui populum pascendo meum reget Israëlem.
7. Accersendo Magos Herodes deinde seorsim
Exactè quæsivit ab his, quo tempore stella
Apparebat. 8. Eis dimissis deniq; Bethleem
Ite (ait,) exactè & de hôc vestigate puellô,
Quando sed invenietis eum, mihi significetis

Rursus, vt ipse & adire queam, simul hunc vt adórem.
9. Auditô verò, sunt ipsi rege profecti;
En, etiam, quam conspexissent solis in ortû,
Stella præibat eis, donec venit, steitt atque
Supra *fixa locum*, fuit in quo *nempe* puellus.
10. Visâ at stellâ; magno valdè gaudiô ovarunt.
11. Atque domum subeuntes, invenêre puellum,
Cum Mariâ matre eius. Tunc & adoraverunt
Ipsum prostrati, Thesauris atque reclusis
Ipsorum, sua munera eidem oblata dicarunt.
Aurum, & thus, myrrhamq;. 12. Et quum Divinitùs
Admoniti in somnô, minimè debere reverti (essent
Rursus ad Herodem; diuersô tramite flexi,
In propriam regionem sunt *exinde* regressi.
13. Ipsis regressis; Domini sed & Angelus (Ecce)
In somnis apparet Iôseph: dixit eique,
Surgens, accipito puerum, matrem sed & eius,
Et fuge in Ægyptum, tibi dixero donec & esto
Illic. Namque erit, vt, puerum, quò perdere posset,
Herodes quæret. 14. Tunc surgens ille puellum
Accipiens, matremq; eius, noctuq; recedens,
Vertit in Ægyptum. 15. Quoadusque obitum fuit illic
Herodisq;: Impleri posset vt ore Prophetæ
Dicentis, quod ait Dominus: *Regione* vocavi
Osee.11,1. Ex Ægyptiacâ, meus est qui Filius, illum.
16. Tunc Herodes, quùm se illusum vidit ab illis
Esse Magis, valdè fremebundâ excanduit irâ.
Missis militibus pueros occidit & omnes,
Bethleemitarum quotcunque & in vrbe fuerunt,
Et quotquot fuerant in finibus omnibus eius,
A pueris natu bimulis, infraque, secundùm
Tempus idem quod ab hisce Magis exactius esset
Expiscatus. 17. Erat completum deinde, Prophetam
Quod fuit a Dominô prædictum per Ieremiam,
Dicentem. 18. Vox est in Rhamâ audita *querentis*,
Ierem.31,13 Lamentatio, fletus, itemq; vlulatio multa,
Filiolos Rachela suos questa esse necatos;

Conso-

Consolamen nonq; admittere vult, quia non sunt.
19. Quandò obijsset at Herodes, Domini Angelus Ecce,
In *terra* Ægypti, in somnis apparet Iöseph;
20. Dicens; Experrectus surgas, accipiasq;
Tum puerum, matrem sed & illius, & proficiscens,
Israël pergas in terram. Morte soluti
Illi sunt etenim, qui animam petiêre puelli.
21. Experrectus at hic, Puerum, matrem sed & eius
Accepit, veniebat & Israëlis in oras.
22. Quùm verò Archelaum regnantem audiverat esse,
In Iudæà, Herode eius pro patre; timebat
Iret vt illùc: In somnis Divinitùs autem
Admonitus; secessit partes in Galilææ.
23. Quandò & eò venisset; tunc habitavit in vrbe
Illà, *nimirum*, quæ Nazareth ipsa vocatur:
Ore Prophetarum quod dicitur, illud vt esset
Impletum; fore Nazârenum *nempe* vocandum.

CAPVT. III.

TEmporibus sed in his venit Baptista Iohannes,
Vt qui in deserto Iudææ prædicet; 2. Aiens,
Permutatâ mente etiam resipiscite, dixit.
Quandoquidem regnum cœleste propinquat adesse.
3 Hic est ille etenim, de quô, dicente Prophetâ
Esaiâ, Desertô vox clamantis in ipsô
Facta: Parate viam Domini; faciatis & eius
Æquatos calles. 4. Indutus at ipse Iohannes
Veste, fuit quæ facta pilis de pelle cameli,
Cui circumcinxit simul & coriacea zona
Lumbos, ipsius sed & esca fuére locustæ,
Et mel quod Sylvestre fuit. 5. Quô tempore tota
Quæ Solymitarum fuit vrbs, exivit ad illum,
Totaque Iudææ regio, *regio* quoque tota

Esa. 40 3. marc. 1. 3. luc. 3. 4. iohn. 1. 23. marc. 1. 6.

Marc 1. 5. luc. 3. 7.

Hæc quæ Iordanis *fluuij* circumiacet alvum.

Marc.1.5. 6. In Iordane simul baptizabantur ab illo,
Quæ patrata ab eis peccata fuêre, fatentes.

Luc.3.7. 7. Sed quum vidisset quamplures ex Pharisæis
Et Sadducæis venientes eius ad istum
Baptismum; dicebat eis: Quam vipera nixa est?

Infra.12.34. Progenies, vobis quis præmonstravit, ab irâ
Vt fugeretis, vobis impendente futurâ?
8. Ferte igitur fructus mutatæ convenientes
Menti, pæniteat quàm *verè*. 9. Nonq; putate
Quod *vobis* hoc sit dicendum vosmet ad ipsos,

Iohan 8.39. Est nobis Abraham Pater ipse: quòd (inquio) vobis

Act.13.26. Est potis ipse Deus *tumulis* lapidum *vel* ab istis,
Filiolos etiamq; Abrahamo vt suscitet *alteros*.
10. Est etiam nunc ad radicem posita securis

Infra.7.19. Arboribus. Quaré, quæ fructum non feret arbor
Illa bonum, exscindetur, & abijcietur in ignem.

Marc.1.8. 11. Vos equidem Baptizo ego aquâ, resipiscere possis;

Luc.3.16. Post me qui venturus at est, hic fortior est me,

Ioh.1.26. Cuius sum soleis portandis non ego dignus.

Act.1.5. Abluet hic baptismate vosmet Spiritu in Almô,

& 2.4. Et simul igne. Manû in cuius constabit eidem
Eius flabellum, quò *vento discutiente*
Areolam purgando suam, mundam sibi reddet:
Triticum itemq; suum sibi congeret horreum in eius,
Non extinguendo paleam comburet & igne.

Marc.1.9. 13. A Galileâ ad Iôhannem tunc venit Iesus,

Luc.3.21. Ad Iordanem, quò baptizaretur ab illo,
14. Sed prohibebat Iôhannes obnixius illum.
Est mihi opus (dicens,) ego Baptizarer vt abs te,
Et *baptizari* tu *contra* veneris ad me?
15. Verùm respondens, ad eundem dixit Iesus;
Nunc sine; quandoquidem sic nos implere decebat
Omnem iustitiam: Qui tunc permisit eundem.
16. Ex aquâ & ascendit mox baptizatus Iesus;
En & aperti sunt huic cœli: visus ab illô
Spiritus estq; Dei, (foret atque perinde columba,)

Qui

Qui descendebat, veniebat item super ipsum.
27. Desuper è cœlis, & vox (En *adfuit*, aiens,
Hic meus existit dilectus Filius; ille,
In quô se mea delectatio *summa* quiescit.

Infra.17.5.
2.pet.1.17.
col.1.13.

CAPVT. IIII.

SVbductus verò tunc est à Spiritu Iesus
In desertum, *scilicet*, vt tentamina posset
Ipse à dæmoniô suggillatore subire.
2. Quadraginta quumq; dies ieiunia passus
Esset, item noctes quadraginta esuriebat
Posteà. 3. Et vt venisset, ait, tentator ad illum;
Si sis Filius *ille* Dei, dic hosce lapillos
In panes fieri. 4. Respondens ille sed inquit;
Est scriptum; Non vivet homo solummodo pane,
Immò sed ex quocunq; Dei verbo, est quod ab eius
Ore profectum. 5. Demon tunc qui crimina spargit,
In sanctam vrbem assumit eum, supra quoq; pinnas
Templi sistit eum; simul atq; profatus ad ipsum;
6. Filius ille Dei si sis; te mitte deorsum.
Est scriptum, Mandata suis est namque daturus,
Angelicis genijs, de te prolata *ferendo*
Inque manus attollent te, si quando *cadenti*
Fortè pede ad lapidem, ne offensio facta sit vlla.
7. Dixit ei Iesus. Est scriptum porro vicissim;
Ne Dominum *presume* Deum tentamine quoquam
Attentare tuum. 8. Dæmon tunc ille cavillans,
Rursus eum transfert, sublimi vertice valdè
In montem, regna omnia mundi ostendit eiq;
Gloriam & illorum. 9. Simul & dicebat eidem;
Hæc tibi largiar omnia, si prostratus adores
Me. 10. Tunc dicit ei Iesus. Discede Sathána.
Est scriptum, quod namq; Deum Dominum tibi, adores,

Mar 1.12.
Luc.4.1.
Deut.8.3.
Psal.91.11.12.
Deut.6.16.
Deut.6.13.

Servitus atque illi de te præstabitur vni.
11. Dæmoniumq; cavillans ipsum deinde reliquit,
Angeli & (En) accedebant, cui seque ministros
Exhibuerunt. 12. Verùm quando audisset Iesus.
Esset Iohannes quòd traditus;inde recessit
In Galilæam. 13. Deinde relictâ Nazareth, vrbem
Accedendo Capernáumque,habitavit in vrbe
Quæ mari erat vicina,Zabûlon finibus inque (esset
Nephthalleim. 14. Quod adimpleretur id *omne* quod
Isa.9.2. Abs Esaiâ dictum,referente Prophetâ,
Terra Zabulonis,Nephthalleim : terraque vergens
Ad maris vsque viam, Iordanis consita *ripis*,
Quæ Galilææ in gentibus es. 16. Populus sedet is qui
In tenebris,vidit lucem magnam, & regione,
Inq; vmbrâ mortis positis, lux hisce suborta est.
Marc.1,15. 17. Ex illô tum demùm tempore, cœpit Iesus
Divulgare palàm,*passim* quoq; dicere, mente
Vestrâ mutatâ resipiscite. Namq; propinquat
Cœlorum regnum. 18. Sed quum processit Iesus
Ad mare *nimirum* Galileæ; vidit *adesse*
Fratres ille duos; Simônem, dictus is est qui
Petrus, & Andræam,fratrem illius, in mare rete
Proijcientes,piscatores namque fuerunt.
19. Atque affatur eos, Me consectando sequuti
Este,hominum vos piscatores tunc ego reddam.
Illi continuò,dimissis retibus ipsum
Deinde sequebantur. 21. Progressus & inde videbat
Germanos alios binos,natum Zebedæi
Nempe Iacobum,fratremque eius porrò Iohannem;
Qui cum patre suo Zebedæô in nave,fuerunt
Qui sua retia sarciverunt; hosq; vocavit.
22. Navigiô verò dimissô,patre suoq;
Illum continuò sunt hi sectando sequuti.
23. Et peragrans Iesus Galilæam circuit omnem,
Informando docens Synagogis ipse in eorum:
Tunc Evangelium regni quoq; prædicat,omnem
Atque etiam morbum,languorem deniq; quemvis

In

In populo sanat. 24. Tunc fama ipsius in omnem
Exivit Syriam. Satagunt offerre & eidem
Omnes se malè habentes,& languoribus actos,
Detentos etiam varijs cruciatibus, atq;
Dæmone possessos, passos lunæq; labores,
Et nervis resolutos; & sanavit eosdem.
Turba frequens ipsum fuit atq; sequuta gregatim,
De Galilæâ, deq; decem vrbibus, é Solymisq;,
Et de Iudæa,trans Iordanem sed & oris.

CAPVT. V.

TVrbam deinde videns, (ascensô monte) sedebat,
Discipuli eius & ipsum (quandò sederet) ad-ibant.
2. Ore & aperto docebat eos,*hæc verba* loquutus:
3. Fœlices qui spiritû ijdem paupere constant;
Quandoquidem regnum cælorum existit eorum.
4. Fœlices luctu suspiria mœsta trahentes,
Quippe quòd accepturi sunt solamen ijdem.
5. Fœlices mites, quia terrę iura tenebunt.
6. Fœlices sunt esurientes & sitientes
Iustitiam; quoniam saturi reddentur ijdem,
7. Fœlices quibus est affectus commiserandi,
Quandoquidem miseratio retribuetur eisdem.
8. Fœlices illi mundo qui corde *nitescunt*,
Numen Divinum quiâ contemplando videbunt.
9. Fœlices illi qui pangunt fœdera pacis,
Quippe vocabuntur Divino semine nati.
10. Fœlices qui sunt afflicti, iustitiæ ergô;
Quandoquidem regnum cœlorum constat eorum.
11. Fœlices eritis,vobis convitia quandò
Impingent,simul atq; affligent,omne malumque
In vos, é ratione mei, (mendacia falsa
Spargentes) dicent. 12. Gaudete,& sitis ovantes;

Luc.6.20. & 21.

Esa.61.23.
Psal.37.11.
esa.65.13.

Psal.24.4.

1.Pet.4.14.

Quando-

Quandoquidem vobis *est* merces multa *reposita*
In cœlis. Etenim sic afflixêre Prophetas
Mar.9.50. Qui vos ante fuerunt. 13. Sal vos estis *habendi*
luc.13.34. Terrę. Quòd si sal amitteret ipse saporem,
In qua tum salietur re? nihil amplius idem
Inde valet, nisi vt ille foras tum proijciatur,
A pedibusq; hominum calcatus deinde teratur.
14. Vos mundi istius lux estis. Non potis vrbs est
Mar.4.21. Abscondi, constructa super quæ monte locatur:
luc.8.16. 15. Non accendunt atq; lucernam, subter ijq;
& 11. 33. Hanc modium, candelabrum super immò reponunt,
1.petr.2.12. Omnibus & splendet, qui conversentur in æde.
16. Ante oculos hominum sic lux sit vestra relucens,
Vestra opera vt bona contueantur, denique Patrem
Qui vobis in cœlis est, sint glorificantes.
17. Ne legem dissoluere, me venisse, putate,
Sive Prophetas: Nequaquam dissoluere veni.
Luc.16.17. *Hos* sed ad implendos. 18. Amen dico quia vobis,
Donec transierit cœlum, tellus & adusque;
Nec vel Iôta vnum, vel apex transire valebit
Iac.2.10. Vnicus ipsa ex lege, quousq; vel omnia fiant.
19. Propterea, quisquis mandatis soluerit vnum
Ex istis minimis, homines sic atque docebit;
Luc.11.39. Regno in cœlorum minimus dicetur is *esse*.
Quisquis at effecturus erit, simul atque docebit;
Regno in cœlorum magnus dicetur is *esse*.
20. Dico etenim vobis; nisi Iustitia ipsa resultet
Pluris abundando quæ vestra est, iustitia illa
Quàm quæ Scribarum, Pharisæorumq; ea quàm sit;
Non ingressuros vos esse in cœlica regna.
Exod.20.13. 21. Audistis, quòd ab antiquis dictum fuit istud,
deut.5.17. Non occides: si quis verò occiderit; ille
Iudicio reus esse tenebitur. 22. Ast ego vobis
Dico; quòd is temerè fratri qui irascitur eius,
Iudicij censu reus *ille* tenebitur esse.
Verùm Raca suo fratri si dixerit ecquis,
Concilij assessu reus ille tenebitur esse.

Expro-

Exprobrans autem, Fatue, ecquis dixerit illi,
Ipsius reus ignis habebitur ille Gehennę.
23. Offers ergo tuum si quando munus ad aram.
Illic atque recordans sis, frater tuus ecquid
Contrà te quod habet; 24. *Tunc* illic munus omittes;
Ante altare tuum, prius atque te conciliatum
Ipse tuo fratri, proficiscere; deinde reversus,
Munus tunc offerto tuum. 25. Fac sis vt amicus
Secum fias, si adversarius est tibi quisquam,
Donec es occurrens in vitę tramite secum.
Iudici vt adversarius is nè quando procuret
Te tradi, tradat te iudex atque ministro,
Carceris inq; locum compinctus conijciaris.
26. Amen, affirmo tibi, non exibis ab illô,
Donec ad extremum quadrantem cuncta rependes.
27. Audistis dictum de *Patribus* esse vetustis,
Non mœchaberis: 28. Ast ego vobis dico, quod omnis
Quisquis erit, mulierc'lam qui conspexerit villam,
Hanc vt concupiat; commisit adulterij actum,
Vnà cum ipsa etiamnùm, in corde videlicet eius.
29. Offensæ fuerit quòd si tibi dexter ocellus,
Erue eum, sed & à te proijce. Nam tibi præstat,
Ex membris vnum pereat tibi; non tibi totum
Vtque Gehennę corpus conijciatur in *ignem*.
30. Et si dextra manus tua tete offendere reddet,
Hanc exscindas, abijce & à te; nam tibi præstat,
Vnum quod pereat tibi membrum, corpus in ignem
Existat totum coniectum neuve Gehennæ,
31. Est autem dictum, quisquis dimiserit eius
Vxorem; reppudij ei donato libellum.
32. Dico ego sed vobis; Quisquis dimiserit eius
Vxorem; (si non fuerit scortatio causa)
Illam mæchari reddit. Qui duxerit atque
Dimissam; mæchatur. 33. Itemq; antiquitus esse
Audistis, quod erat dictum; Periuria nulla
Committes; Domino sed quæ iuraveris, illa
Efficies. 34. Ego vobis *hoc* veruntamen aio;

Luc. 12.58.

Exod. 20.14. *rom.* 13.9. *infra.* 18.8. *infra.* 19.8.9 *deut.* 24.1. *marc.* 10.4. *luc.* 16.18. 1.*cor.* 10.

Exod. 20.7. *levit.* 19.12. *deut.* 5.11.

Ne

Ne iurate omninò, cœlum neu-ve per ipsum;
Namq; Dei thronus est; 35. Tellurem neu ve per ipsam;
Hæc quòd ei pedibus seruit pro more scabelli:
Per Solymorum neuve per vrbem, quippe quòd vrbs est
Magni Regis. 36. Nec iurabis per caput ipsum
Siue tuum. minimè potes vnum quando capillum
Album vel nigrum facere. 37. Immò, sermo sed esto
Hic vobis, Est, Est; Non, Non: Quodcunque supersit
Porrò suprá isthæc, est à malô *id omne* redundans.
38. Audistis dictum, quòd ocellus propter ocellum,
Et sit dens pro dente. 39. Tamen vobis ego dico;
Este malo per vim non obsistendo, sed imò
In dextram qui te maxillam cædet, & altram
Obvertas illi. 40. Tecum contendere litis
Quique in Iudiciô, tibi tollere vult tunicamque,
Pallium & huic dimittito. 41. Qui teque vrserit ire
Ad passus mille, vnà cum hôc bis mille meato.
42. Dones illi, qui petit abs te. mutuò habere
Qui quoque vult abs te, non auertaris *ab illo*.
43. Dictum quod fuit audivistis; Amabis eundem,
Qui tibi proximus est; inimicus qui tibi verò
Est, habeas odio. 44. Verùm vobis ego dico;
Vestros diligitote hostes; benedicite eisdem,
Qui vos devovent diris; illos bene-factis
Vestris ornetis, qui vos odêre; precesque
Fundite propter eos, qui vos affligere tentant,
Vosq; insectantur *vel vi, vel iudice coram*.
45. Patris vestri in cœlis filij vt esse queatis:
Quandoquidem facit ille suum solem exorientem
Esse malos super atque bonos, pluvias etiamq;
Esse super iustos, super iniustosq; cadentes.
46. Nam qui vosmet amant, si rursus ametis eosdem;
Exhinc mercedem quam demùm percipietis?
Annon illud idem facientes suntq; telones?
47. Siq; salutetis fratres solummodò vestros;
Amplius an quicquam facitis? Non atque telones
Sic faciunt? 48. Perfecti sitis vos ideoq;
In cœlis vester perfectus vt est Pater ille.

Iac.5.12.
Exod.21.24.
levit.24.20.
deut.19.21.
luc.6.29.
levit.12.17.
1.cor.6.7.
Deut.15.8.
Levit.6.27.
Luc.23.24.
act.7.9.60.
1.cor.4.13.
luc.6.31.

Capvt. VI.

IVstitiam vestram non exercere cavete,
In conspectu hominum, quò prospectemini ab illis.
Non (alias) prorsus mercedis habebitis ecquid,
A Patre in cœlis vestro. 2. Quando ergò daturus
Sis eleémosynam; coram te non tuba clangat,
Sicut hypocritæ agunt synagogis, inque plateis,
Vænantes vt consequerentur gloriæ honorem
Plausibus abs humanis. Amen inquio vobis,
Mercedem retulêre suam. 3 Sed quandò daturus
Sis eleémosynam; tua nesciat ipsa sinistra,
Dextera quid faciat. 4. Quò eleémosyna esset operta
Hæc tua. Qui videt atque Pater tuus *hic* in opertò,
Hic in propatulô tibi reddet. 5. Quumq; preceris;
Nè sis sicut hypocritæ ij, quibus in Synagogis,
Inque plateárum cuneis prostantibus extim,
Est amor esse precando palàm, spectentur vt ipsi
In conspectu hominum. Vobis Amen *ego* dico;
Mercedem retulêre suam. 6 Tu quandò sed oras,
Intres in conclave tuum, clausô ostiô & orans
Esto tuum Patrem secretò: qui Pater idem
Aspiciens tuus in secretô *teq; latentem*,
Hic in propatulô tibi reddet. 7 Porro precantes
Quando sitis, non eadem blaterare velitis,
Ethnici vti *faciunt*: Siquidem sunt *inde* putantes,
Exauditos se pro garrulitate loquaci
Esse suâ. 8. Quare nolitis consimilari
Ipsis. Novit enim qui vobis est Pater ille,
Queis opus est vobis, petitis vos *illa* priusquam.
9. Oraturi igitur, sic sitis vota daturi.
Qui Pater in cœlis *es* noster, Sanctificatum
Esto tuum nomen. 10. Regnum veniendo propinquè
Faxe

Rom.12.8.

Luc. 11. 2. Fiat regnum tuum. Factû tua sit completa voluntas
In cœlo sicut, simul in tellure perinde.
11. Panem nostrum hodiè da nobis quottidianum.
12. Et nobis ea quæ *sunt* debita nostra remitte,
Qui nobis debent, velut atque remittimus illis.
13. Atque in tentamen ne nos inducito; verùm
Infra. 13. 19. Nosmet libera ab illo pravo. Nam tibi regnum,
Atque potentia, gloria itemque, in sæc'la *sit*. Amen.
14. Quandoquidem, si lapsa hominum dimittitis ipsis;
mar. 11. 25. *eccles. 28. 2.* Et vobis etiam vester Pater ille remittet
Cœlestis. 15. Sin verò non dimititis ipsis,
Contrà vos, homines quæ alij peccata patrarunt;
Offensas vestras vester Pater haudq; remittet
Vobis. 16. Quùm verò sitis ieiunia passi;
Ne este vt hypocritæ ij, tetricâ macredine vultus.
Namq; suas facies deformant *fronte severa*,
Vt parere queant hominum conspectibus, ac si
Qui ieiunaverunt. Amen inquio vobis;
Mercedem retulêre suam. 17. Ieiunia verò
Quando subire voles, tibi tum caput vngito tute,
Atque lavato tuam faciem. 18. Quò non videare
Ieiunare hominûm coram conspectibus: immò
Patri *ieiunare* tuo, qui *existit* is intus
In secreto: Qui tuus aspicit & Pater ille,
In secreto; in propatulo tibi reddet apertè.
19. Thesauros vobis in terra ne cumuletis,
Demolitur vbi tinea, atque erosio *pascens*,
Et fures vbi perfodiunt, furantur *eosque*
Luc. 12. 33. 20. In cœlo at vobis thesauros accumulate,
1. tim. 6. 19. Non vbi vel tinea, aut erosio vastat eosdem,
Neuve vbi perfodiunt, furantur neuve vbi fures.
21. Est vbi thesaurus quia vester, cor erit illic
Luc. 11. 35. Vestrum etiamque. 22. Lucerna existit corporis ipsa
Ipse oculus. Quare, si oculus fuerit tibi simplex,
Corpus erit totum tibi lucens. 23. Si malus autem
Est oculus tuus; à tenebris opplebitur omne
Corpus *itemque* tuum. Quare, si lumen id in te

Quod

Quod sit, sunt tenebrae; tenebrae quantae magis ipse?
24. Nemo potest Dominis servire duobus; habebit
Aut odio hic vnum siquidem, sed & alterum amabit;
Aut vni isthic adhaerebit, contemnet & alt'rum.
Non servire Deo, Mammone etiamq; potestis.
25. Propterea vobis affirmo, sollicitanter
Non animae vestrae curabitis, ecquid edetis,
Quidve bibetis: Sed necdum de corpore vestro,
Induti qua re fueritis. Plus alimento
Nonne anima existit? corpus quoque pluris habendum,
Quàm vestimentum. 26. Caeli aspectate volucres,
Nulla serunt; & nulla metunt, & in horrea condunt
Semina non etenim; Pater & coelestis is ille
Pascet eas vester. Num non praecellitis istis
Multo vósne magis? 27. Veruntamen est potis an quis
Vestrûm sollicite meditans, augere staturam
Ille suam, cubitum *tantùm* apponendo vel vnum?
Ac de vestitu, cur sollicitudine moti
Estis? Discite quomodo crescant lilia agelli,
Illa fatigantur minimè, neque nendo laborant.
Attamen affirmo vobis, Solomon quòd amictus
Non quacunq; fuit fulgenti gloriâ in eius,
Vnum sicut eorum. 30. Quòd si sic Deus herbam
(Agri quae existens hodiè est, cras mittitur atque
In clibanum) circumvestivit; num mage multò
Non vos, O modicae fidei? 31. Ne sollicitudo
Vos ergo abripiat; Dicentes, Ecquid edemus?
Quidve bibemus? Quô vestitu erimus vel amicti?
32. Quandoquidem gentes haec omnia sollicitanter
Inquirunt. Etenim coelestis qui Pater ille
Est vobis, intelligit omnibus his quòd egetis.
Verùm, prima Dei Regnum sit quaerere cura,
Iustitiamque eius; vobis atque adijcientur
Haec quaecunque fient. 34. Ne vos quid crastinus adfert
Ergo dies, sitis dubitando sollicitati:
Sollicitus sibi crastinus est namq; ipse futurus,
Quum sua quae est vexatio sufficit ipsa diei.

Luc.16.13.

Psal.55.22.
luc.12.22.
phil.4.6.
1.tim.6.8.
1.petr.5.7.

Cap.

CAPVT. VII.

Luc. 6. 37. rom. 2. 1. 1. cor. 4. 3. marc. 4. 25. luc. 6. 38.

IVdiciô *temerè* nè condemnare velitis,
Ipsi iudicium nè quando subire queatis.
2. In quo iudiciô siquidem censebitis *illos*,
Estis iudiciô censendi *rursus* eôdem:
Mensurâ pariter mensi fueritis & in quâ,
Mensurâ vobis contrà referetur eâdem.
3. Sed quid festucam spectas in fratris ocellô
Esse tui; sed inesse trabem tibi proprio ocellô,
Non animadvertis? 4. Vel fratri quomodo dices

Luc. 6. 41.

Ipse tuo; Sine *me* festucam tollere ocellô
Posse tuo; simul ecce, trabes propriô est in ocellô.
5. Eijce (Hypocrita) tute trabem, tibi quæ est in ocello
Primùm; despiciens melius tum deniq; cernes,
Eiectare tui festucam fratris ocellô.
6. Ne detis sanctum canibus, ne proijciatis
Margarides vestras porcis, ne quandò propulsent
Has, calcando suis pedibus, lacerentque reversi

Infra. 21. 22. marc. 11. 24. luc. 11. 9. iohn. 14. 13. & 16. 14. iac. 1. 6.

Vos. 7. Petite, & dabitur vobis: queratis, & estis
Inventuri: Pulsetis, reserabitur atq;
Vobis. 8. Quisquis enim petit, accipit: Invenit, & qui
Quęrit: Item qui pulsans est, reserabitur ipsi.
9 Est homo de vobis quis, qui, si filius eius
Ex illô panem peteret, lapidem det eidem?
10. Si petet & piscem, serpentem, num dabit illi?
11. Si vos ergo mali quum sitis, quę bona dona
Sunt, his, qui proles sunt vestrę, reddere nostis:

Luc. 6. 31. tob. 4. 16.

Quam magis hic multô, qui vobis est Pater ille
In cœlis, tribuet bona dona petentibus illis
Abs ipso? 12. Quæcunque igitur facienda velitis,
Vt vobis homines pręstent; pręstetis & hisce
Vos itidem. Namq;, hæc est Lex simul atque Prophetæ.

13. Ite

13. Ite per angustam portam in tò; lata quòd illa Porta, etiam speciosa via est, in perditionem Quæ ducit; pergentes sunt multiq; per illam. — *Luc. 13. 24*

14. Porta quòd angusta existit, via denique stricta, Ad vitam quâ ducitur, à paucisq; reperta.

15. Sed vobis caueatis ab illis Pseudoprophetis, Ad vos qui veniunt, quibus est vestitus ovillus; *Constat* quando lupos intrinsecùs esse rapaces.

16. Verum cognoscetis eos ex fructibus horum: Collectant homines ex spinis numquid an uvam? Ex tribulis aut ficus? 17. Arbor sic bona fructus Quæq; bonos profert; quæ verò putris at arbor Existit, producit fructus illa putrentes. — *Luc. 6. 43. 44*

18. Non proferre malos, arbor quum sit bona, fructus Est potis; & nec ferre bonos arbor mala fructus.

19. Arbor sit quæcunq; bonum, quæ non ea fructum Fert, excisa erit hæc, & conijcietur in ignem. — *Supra 3. 1*

20. Ergo, ex ipsorum noscetis fructibus illos.

21. Non mihi qui Domine, O Domine aiens, *ingeminabit*, Quilibet in regnum cœlorum est introiturus: Qui facit immò mei fuerit quodcunque voluntas Patris, qui in cœlis est, *hic intrabit in illud*. Ille dies quandò venturus erit; mihi multi Nominis in virtute tui (Domine, O Domine aient; — *Rom. 2. 13* *Iac. 1. 22*

22. Nonne prophetantùm fuimus nos munere functi? Nomine dæmonia inque tuo dejecimus annon? *Per q;* tuum nomen virtutes denique multas *Edidimus?* 23 Profitebor eis tunc temporis autem; Vos quia nunquam novi; â me discedite, vos qui Factis præstandis operam nauastis iniquis. — *Luc. 13 25. 27.* *Psal. 6. 9.* *Luc. 6. 47.*

24. Ex me sermones ideò qui audiuerit istos, Et comprænstat eos, prudenti hunc assimilabo *Esse* viro, sibi qui super-ædificauerit ædem Petræ: 25. Descendit nymbusque, & flumina aquarum Venerunt, ventique simul flauêre, ruentes Et domui incubuêre illi; non corruit autem: Quippe super petram fundamina iacta fuerunt.

26. Et quiſquis ſermones iſtos audiet ex me,
Et non præſtat eos, hic aſſimilabitur eſſe,
Tanquam vir fatuus; ſuperędificauit arénę
Ædes quippe ſuas. 27. Deſcendit itemq; procella;
Vorticibus rapidiſq; ſuis, venêre fluenta;
Et flauêre ſimul *reboanti murmure* venti,
Impegêre domumq; in eam, proſtrata domuſq;
Corruit, atq; eius deiectæ eſt magna ruina.

Mar.1.22
Luc.4.32.

28. Et factum eſt ſermones quum finiſſet Ieſus
Iſtos; doctrina ſuper eius turba ſtupore
Percellebatur. 29. Quos (vt munimine fultus
Quippe poteſtatis non vt Scribæq;) docebat.

CAPVT. VIII.

Mar.1.40
Luc.5,12.

QVum de monte at deſcendiſſet, turba ſequuta
Ipſum multa fuit. 2. Veniens leproſus & (ecce)
Pronus adorauit;Domine,(aiens)dummodò velles,
Me potis es purgare. 3. Manû protenſâ & Ieſus
Hunc tetigit, dicens,Volo,ſis purgatus. Et eius
Illicò lepra fuit purgata. 4. Ait huic & Ieſus;
Vt minimè cuiquam dicas,vide ſis: Sed abito,
Tete oſtende ſacerdoti, ſimul illud & offer

Leuit,14.4

Donum, quod Moſes pręceptô conſtituebat,
Hoc vt eis *cedat purgati* in teſtificatum,

Luc.7,1.

5. Quando Capernáum Ieſus intrauerat autem,
Centurio hunc adijt, precibuſq; petiuit ab ipſô,
6. Et dixit; (Domine,) exiſtit mihi in æde puellus,
Decumbens neruis reſolutis,qui malè tortus
Diuexatur. 7. Ieſus tunc dicebat ad illum;
Quando ego venero, eum ſanabo. 8. Centurioq;
Reſpondens, dixit,Domine, haud ſum dignus vt intres
Sub mihi tectum,verùm dic tantummodò verbum,
Et puer ille meus ſanabitur. 9. Ipſe homo quippe

Sum-

Sumq; protestati *subiectus*, habens quoq; sub me
Militię ascriptos : Huic & proficiscitor, aio;
Et proficiscitur : *aio*, aliјq; venito, venitq; :
Atque meo seruo, fac istud; item facit *illud*.
10. Verum-etenim-verò, quando hæc audisset Iesus;
Est admiratus, dixitq; sequentibus; Amen.
Affirmo vobis: Nec in Israële reperta est
A me tanta fides 11. Vobis veruntamen aio;
Abs oriente quòd aduenient multi, occiduôq;
Qui cum Abrahamô, cumq; Isaácô, cumq; Iacobô,
In regnô cœlorum sunt simul accubituri.
12. Qui verò regni sunt proles, eijcientur
Exteriores in tenebras, vbi fletus; eritq;
Stridor dentium. 13 Et inquit Iesus Centurioni,
Vade velutq; fides tua fidit, *sic* tibi fiat.
Sanatus puer eius at est momento in eodem
Centurio propriam simul atq; reuersus in ædem
Inuenit sanum, puerum ipsius hora in eadem.
14 Porrò quando domum Petri venisset Iesus
Huic socrum proiectam lecto, & febricitantem
Vidit. 15. Eiq; manum tetigit; febrisque reliquit
Illam, quæ surrexit & inseruiuit eisdem.
16. Vespere sed facto, possessos dæmone multos
Huic presentarunt verbo *solo* eijciendis
Vsusq; est in spiritibus, sanauit & omnes
Affecti malè qui fuerant. 17. Vt adimpleretur
Illud ab Esaiâ, quod dixerat ille Propheta;
Infirmas vires nostras accepit is ipse,
Et morbos portavit. 18. Verùm quando videbat
Circum se turbam multam; mandauit vt illinc
Trans freta, *ripam* traijceretur in vlteriorem.
19. Vnus & è Scribis accedens dixit ad illum;
Te sequar ipse via quacunq; (Magister) abibis.
20. Tunc Iesus: vulpes foueas, huic inquit, habentes
Sunt, volucres & cœli nidos : Filius autem
Qui est hominis, quemcunq; locum, vel vbi caput eius
Reclinare quieti possit, non habet vllum.

Infra 22,13.

Mar.1.29
Luc.4.38.

Mar.1.32
Luc.4.40.

Esa.53.4.
1.Pet.2.24

Luc.9.57.

21. Cui de discipulis eius dicebat at alter;
Me finito (Domine) vt primò sepelire parentem
Ipse meum possim. 22. Cui verò dixit Iesus;
Me sequitor; sine defunctos, mandentq; sepulchro
Morte suos defunctos. 23. Quando ingressus & esset
Nauem, discipuli sunt eius eumque secúti.

Mar. 4. 35
Luc. 8, 22.

24. Ecce maris simulatq; fuit concussio magna,
Sic adeò sit vt ipsis fluctibus obruta nauis;
25. Accesserunt discipuli eius tunc & ad illum,
Susque citaverunt ipsum (Domine) ingeminantes;
Nos seruato perimus. 26. Aitq; his; Quid timidi estis,
O modicæ fidei? Tunc experrectus; *adortus*
Ventos, increpuit *reboantes*, & mare *turgens:*
Et tranquilla maris facta est sedatio magna.
27. Admirantes verò homines; est qualis hic (aiunt,)
Quumque simul venti, mare quumque obtemperet illi?
28. Et quando ripam venisset ad vlteriorem,
Gergessenorum regionis *vectus* ad *oram*;
Huic occurrerunt possessi dęmone bini,
Vt qui prodierant sæui nimis è monumentis,
Vt transire viam per eandem nemo valeret.

Mar. 5. 2.
Luc. 8. 26.

29. Atque en, dicentes clamando vociferabant,
Fili *tute* Dei, nobis tecum quid, Iesu?
Huccine venisti, tempus nos ante statutum
Vt vexare velis? 30. Erat autem longè ab eisdem,
Magnus porcorum grex, qui pascebat ibidem.
31. Dęmonia obnixis precibus tum porrò petebant,
Dicentes. Nos si eijcies, permittito nobis,
In gregem abire illum porcorum. 32. Et eis ait, ite.
Hi verò egressi, porcorum abiêre in eundem
Inde gregem: totus simul en grex ille ruebat
In mare porcorum, per præceps impete vasto,
Atque in aquis extincti sunt. 33. Qui porro fuêre
Pastores *porcis* fugerunt; quando & in vrbem
Deuenissent, declararunt omnia quæque
Dęmone possessis ab eodem facta fuerunt.
34. En & in occursum tota vrbs exiuit Iesu,

Et

Et quum vidissent illum, cœpêre rogare,
Finibus ex illis vt digrederetur eorum.

CAPVT IX.

INgressus porrò nauim traiecit, in vrbem
Atque suam venit. 2. *Venienti* atque ecce iacentem
In lecto neruis illi adduxêre solutum.
3. Illorumque fidem quum conspexisset Iesus;
Inquit ei neruis resoluto; Fidito fili;
Quæ commisisti tibi sunt peccata remissa.
Enque, aiunt è Scribis quidam semet ad ipsos;
Jsthic blasphemat. 4. Quando & vidisset Iesus,
Hæc quæ in corde volutassent: Quid volvitis (inquit)
Cordibus in vestris mala? 5 Vtrum est leuiúsne loquutû;
Quæ perpetrasti tibi, sunt peccata remissa;
Dicere an istud; Surgito, & ambula? 6. Vt immò sciatis
Quòd sit Nato hominis *vel* in hac tellure potestas,
Vt *quæ committunt homines* peccata remittat,
Tunc illi dixit, cui membra soluta fuerunt:
Surgito, tolle tuum lectum, proficiscere in ædem
Atque tuam. 7. Surrexit & ille, domumque recessit.
8. Turbæ quum verò vidissent *ista*, stupentes
Sunt admiratæ, Deum & illæ glorificarunt,
Quippe potestatem, quòd eam retinere, dedisset
Humano generi. 9. Prætergrediente & Iesu
Hinc; hominem videt esse sedendo telonium ad ipsum,
Qui dicebatur Matthæus; Dixit & illi;
Ne sequitor. Mox est & eum surgendo sequutus.
10. Et factum est, dum accumbit in ædibus eius Iesus,
Ecce, telonites multi, & peccata patrantes,
Qui conuenerunt *illuc*, simul accubuerunt
Vnà cum Iesu, cum discipulis sed et eius.
11. Quòd Pharisæi quum vidissent, Qua ratione,

Mar.2.3.
Luc.5.18.

Mar.2.14.
Luc.5.27

* simul

Doctor edit vester, cum commercantibus istis
Vectigalia, item cum peccatoribus (aiunt
Discipulis eius?) 12. Iesus sed vt audijt *istud*;
Dixit eis: Bene habentibus haud medico est opus, atqui
His qui se malè habent. 13. Sed euntes discite quid sit
Hoc; Volo, quod fiat miseratio, nonq; litatus
Sacrificantum. Non aduení namq; vocatum
Iustos, sed peccantes, vt resipiscere possint.
14. Discipuli tunc accessêre Iohannis ad illum,
Dicentes; Quare nos, atque etiam Pharisæi
Multum ieiunamus: Ij qui sunt tibi verò
Discipuli, non ieiunant? 15. Quibus inquit Iesus;
Filij an hj qui sunt thalami lugere ne possunt,
Quanto cum ipsis conuersatur tempore sponsus?
Verùm porrò dies aderunt, tolletur ab ipsis
Quando sponsus; ieiunabunt tempore & illô.
16. Atqui, panniculum nemo immittendo recentem
In vestimentum vetus induit; quando quod addit
Id supplementum; tollit de veste *priore*;
Et peior fissura futura est. 17. Sed neque vinum
Vtres in veteres infundunt mustum; aliò qui,
(Effusô vinô) rumpuntur, vtresq; peribunt.
Immò, nouum vinum curant infundere in vtres,
Quando recentes *sunt*, seruantur & insimul ambo.
18. Hæc verò sed vt ipsis esset verba loquutus;
En, princeps quidam Synagogæ venit ad illum,
Pronus adorauitq; ipsum, Mea filia (dicens)
Iam modò nunc defuncta existit, Tu sed adito,
Nempe manum positure tuam super hanc, simulatq;
Hæc viuet. 19. Qui tum surrexit, eumq; sequutus
Est Iesus, ipsumq; sequuntur discipuli eius.
20 En itidem mulier, (quæ passa est sanguinis aluô
Annis profluuium duodenis,) tergus ad eius
Accedens, tetegit vestimenti illius oram.
21 · Intra se dicebat enim; Tantummodo si sit
A me vestitus ipsius fimbria tacta;
Salua ero. 22. Conuersus sed Iesus, vidit vt illam,

Dicebat;

Ose.6.6. Infr.12.7. 1.Tim.1.15

Mar.2.18 Luc.5.33

Mar.5.22 Luc.8.41.

Dicebat; Confidito Filia, te tua saluam
Ipsa fides fecit. Mulierq; est libera facta
Horâ ab eâdem 23. Quumq; domum venisset Iesus
Principis illius, visis tibicinibusque,
Et turbâ, faciebat quę streperando tumultum;
24. Illis (discedatis) ait; defuncta puella
Quandoquidem non est, sed dormit. Eumq; cachinnis
Excepêre. 25. Sed hæc quum turba eiecta fuisset;
Ingreditur, simul-atque manum illius ipse prehendit;
Surrexitq; puella. 26. Et totam fama vagando
Isthæc exiuit, regionem lata per illam.
27. Illinc & quando pretergrederetur Iesus,
Hunc duo luminibus capti clamando sequuntur,
Et dicunt; Fili Dauid, miserescito nostri.
28. Quando domum verò venisset, lumine capti
Isti accesserunt; Iesus dicebat eisq;
Creditis, an, *vobis* possum præstare quòd istud?
Dixerunt & ei; Domine, Eia, credimus. 29. Illis
Tunc oculos tetigit; vobis (dicendo) secundum
Esto fidem vestram. 30. Sunt his adaperti & ocelli.
Et grauiter minitans, his interdixit Iesus,
Dicens, Hoc factum quod sciscat nemo, videte.
31. Hi tamen egressi, famam illius, vndique spargunt
In totâ regione illâ. 32. Egredientibus autem *Luc. 11. 14.*
His; illi adduxêre hominem mutâ (ecce) loquelâ,
Dæmone possessum. 33. Deiecto dæmonioq;
Eloquitur mutus, mirataq; turba stupebat,
Dicens; Quippiam in Israel apparuit vnquam
Tale nihil factum, 34. Pharisei sed tamen aiunt; *Inf. 12. 24.*
Demonia eiectat dicti è principe demoniorum. *mar. 3. 22.*
35 Et Iesus vrbes omnes vicos & obibat *luc. 11. 14.*
Illorum, in Synagogis ipsis ipse docendo, *Mar. 6. 6.*
Atque Euangelium regni ipsis prędicat, omni *luc. 13. 22.*
Sanat & à morbo, in populo languorem & ab omni,
36. Quum verò turbam vidisset, commiseranti *mar. 6. 34.*
Intima ei super his sunt viscera mota, quòd essent
Dispersi & disiecti, vt oues pastore carentes.

Dixit discipulis tunc illius; Ipsames ingens
Est equidem messis, pauci veruntamen *extant*,
Nauantes operam. 38. Messis Dominum (ergo) rogate,
Hic operatores vt messem emittat in eius.

Lu. 10.2. Iohan. 4.36.

Capvt. X.

Mar. 3.13. Luc 9.1.

DIscipulis eius duodenis deinde vocatis
Ad se, spiritibus de impuris eijciendis
Donat habere potestatem, morboq; medendo
Cuiuis, & cuiuis languori. 2. Nomina verò
Isth æc sunt ipsis duodenis, *Illud adeptis*
Munus Apostolicum; Primus Simon fuit is qui
Petrus dicitur; atque Andræas frater idem,
Prognatus Zebedæo *qui genitore* Iacobus,
Cum germanô ipsius fratre Iohanne; 3. Philippus;
Bartolomæus item; Thomas; Matthæus & videm
Ille telonítes; Iäcobus *filius* Alphæi,
Et Lebbæus Thaddęi cognomine dictus;
4. Simon qui Cananites; Iudas qui Iscariotes,
Illum qui quoq; prodidit. 5. Istos misit Iesus
Bis senos, quibus addidit & mandata, profatus,
Non in eâ, (quę Gentibus est via,) digrediendo
Ibitis, in Samaritanorum sed vel in vrbem
Non intrabitis. 6. Ast potius, vertetis ad ipsas
Israëlis oues, quæ deperiere sub æde.
7. Dicentes verò, sic proclamate profectì;
Regnum cœlorum iam cœpit adesse propinquum.
8. Reddite sanatos ægros, purgate leprosos,
Defunctos fatô rediuiuos efficiatis,
Dæmonia eijcitote; acceptum gratis habetis,
Gratis donetis. 9. Non accumulabitis aurum,
Neuve argentum, neuve in vestris æra cru[m]enis,
10. Non ad iter peram, tunicas non deniq; binas,

Act. 13.46

Luc. 10.9, 11

Mar. 6.8. lu: 9.3 & 22.35. 1. Tim. 5.17.

Non

Non soleas *pedibus, portetis* sed neque virgam, | *Luc.10.8.*
Dignus enim mercede sua est operarius. 11. Atqui
In quamcunq; vrbem, vicúmve intrabitis, an quis
Compertus fuerit dignus, disquirite in illo.
Atq; ibi permaneatis donec, abibitis illinc.
12. Porrò domum intrantes, illam saluere iubete,
Dicentes, Pax huic domui. 13 Quod si domus illa
Digna quidem fuerit; super hanc pax vestra venito.
Sin non digna foret : pax ad vos vestra redito.
14. Et quisquis non vos exceperit, audieritq; | *Mar.6.11. Luc 9.5. Act 13.51. & 18.6.*
Nequaquàm vestros sermones; ibitis illinc,
Æde abscedentes abs illàc, vrbe vel illâc,
Excussô pedibus *contractô* puluere vestris.
15. Amen, affirmo vobis, tolerabilioris
Conditionis erit, telluri ipsi Sodomorum,
Atque Gomorrhæorum tum sit quando futura,
Iudicij ipsa dies; illi quàm tunc erit vrbi.
16. In mediô (En) ego vos vt oues emitto luporum: | *Luc.10.3.*
Prudentes igitur similes serpentibus este,
Innocuâ similes & simplicitate columbis.
17. Obseruetis verò homines; hj vos quia tradent
In consessus, illorum vos in Synagogis
Atque flagellabunt. 18. Causâ'q; meâ simul estis
Ducendi coram præfectis, regibus atque,
Hoc vt eis in testificatum, & Gentibus esset.
19. Sed quum vos tradent, ne sollicitudine sitis | *Mar.13.11 luc.10.11.*
Permoti, vobis sit quomodò, quídue loquendum;
Nam dabitur vobis, quicquid dicetis in illô
Momentô. 20. Non estis vosmet quippe loquentes,
Patris at in vobis est vestri Spiritus ipse,
Qui loquitur. 21. Fratrem traducet frater at eius | *Luc.21.16*
Ad mortem, pater & sobolem, soboles & eædem
Insurgent in eos, *qui ipsos genuêre,* parentes,
Quæ satagent & eos etiam sustollere morte.
22. Omnibus atque mei existetis nominis ergô, | *Mar 13.13. Luc.21 17.*
Exosi. Verùm qui perdurauerit vsq;
Ad finem, seruandus erit. 23. Quum vos at in vrbe

Isthâc

Isthâc affligent; hinc aufugiatis in alt'ram.
Nam vobis Amen dico; per-agrabitis vrbes
Non prius Israël, hominis quin venerit ille
Filius. 24. Haud est discipulus super eius *habendus*
Doctorem, non servus item dominum super eius.
25. Discipulo sed sufficit vt sit, doctor vt eius
Insimul & servo, sit vt is, dominus velut eius.
Ipsum si patrem-famulatus quando vocarunt
Esse Beëlzebub; ecquantò famulos magis eius?
26. Ergò ne timeatis eos, quia nil quod opertum,
Existit, retegendum quin *aliquando* futurum.
Et nihil occultum, quod non *aliquando* scietur.
27. In tenebris quod vobis dico, in luce relatum
Dicite, & arcanum, quodcunque auditis in aure,
Supra tecta domorum proclamate retectum.
28. Et ne formidetis eos qui morte trucidant
Corpus, non animam tamen illi occidere possunt.
Sed potiùs timeatis eum, qui animam simul atque
Est potis vt corpus disperdat, in igne Gehennæ.
29. Nonne duo vænire solent passerculi obassem,
In terramq; cadet vestro sine Patre nec vnus
Ex illis? 30. Omnes vestri capitisq; capilli
Annumerati sunt. 31. Igitur nolite timere.
Passeribus multis vos longè excellitis. 32. Ergò,
Coram aspectu hominum quisquis me agnoscet; eundem
Coram Patre meo qui in cœlis est ego rursus
Agnoscam. 33. Memet quicunque negauerit autem
Coram aspectu hominum; simul ipse illumq; negabo
Coram Patre meo in cœlis. 34. Nolite putare,
Me venisse super tellurem, mittere pacem;
Nequaquam veni pacem missurus, at ensem.
35. Nam veni, vt reddam diuisum filium ab eius
Patre, & ab illius sit filia matre *revulsa*,
A socruq; sua nurus *disiuncta*. 36. Hominisq;
Eius erunt (qui sunt famulatus illius) hostes.
37. Qui patrem, matrémve suprà me diligit; ille
Non est me dignus. Qui filium amatque, vel eius
Filiolam

Marginal notes: Luc.6.40. Iohan.13.16. & 15.20. Infr.12,24 — Mar.4.22. luc.8.18. & 12.2. — 1 Reg.14.45. Act.27.34 — Mar.8.38 luc.9.26.& 12.8. 1.Tim.2.12. — Luc.12.51 — Mich.7.6 — Luc.14.26.

Filiolam supra me;non est me quoque dignus.
38. Ille crucemq; suam quisquis non accipit,atq;
Non me pone sequutus erit; non dignus is est me.
39. Ille suam qui animam saluabit,perdet eandem:
Quique mea de causa animam deperdidit eius,
Hic illam inueniet. 40. Qui vos recipit,recipit me;
Et qui me recipit, recipit simul hic & eundem,
Qui me misit. 41. Qui recipit quiscunque prophetam,
Nomine *nempe* prophetæ; mercedem ille prophetæ
Accipiet: recipit qui & iustum nomine iusti,
Mercedem accipiet iusti. 42. Quisquis dederitque
Vni ex his paruis potum, solum-modo poc'lum
Frigidę aquę, *si* discipuli *det* nomine; dico
Amen vobis; non mercedem perdet is eius.

Infr.16,24. mar.8.34. luc.9,23.& 14.37. Infr.16,25 mar.8,35. luc.9.24. & 17.33. iohan.12.25. Luc.10 6. iohan.13.20. mar.9.41.

CAPVT XI.

ET factum est,finem quando fecisset Iesus,
Discipulis eius duodenis pręcipiendi;
Illinc digressus transiuit, posse docere,
Vt sermonem prędicet vrbibus atque in eorum.
2 In vinclis, audisset verò quando Iohannes
Christi opera; emissis ipsius discipulorum
Binis, dixit ei: 3. Num tu venturus es ille?
Anne alium nos expectabimus? 4 His & Iesus
Dixit, respondens: Ite, atque referte Iohanni
Hæc quæ auditis, itemque videtis. 5. Lumine cassi,
Aspiciunt oculis, claudi pergunt quoque recti,
Mundantur qui infecti sunt lentigine lepræ,
Surdi audire queunt, defuncti à morte citantur:
Pauperibusque Euangelium narratur, & illi
Id profitentur. 6. Fœlix & cui offensio non est
In me. 7. Tunc abeuntibus illis cœpit Iesus
Ad turbam de Iohanne loquutus dicere; Quidnam

Luc.7.18.

In

In desertum progressi estis vt aspiceretis?
Spectaturi an arundinem adactam flamine venti?
8. Imo, quid aspectatum processistis Amictum
Vllum vestibus anne hominem præmollibus? Ecce,
Vestibus induti qui sunt præmollibus, illi
In domibus regum sunt. 9. Ad quid porrò videndum
Estis progressi? Spectatum númne Prophetam?
Certe aio vobis, est plus etiamque Prophetâ. (Ecce)
Malach. 3. 1 10. Est hic enim, de quô extat scriptum; Nuncium ego
Mitto meum, faciem ante tuam, qui preparet *aptam*
Esse viam tibi coram te. 11. Vobis *ego* dico
Amen; Nequaquam mulierum è prolibus ortus
Extitit vllus maior, quàm Baptista Iohannes,
Qui tamen in regnô cœlorum est infimus, illô est
Luc. 16. 18 Maior. 12 Iohannis Baptistæ à porrò diebus
Vsq; huc; cœlorum regno est violentia facta,
Et rapiunt illud violenti. 13. Namq; prophetæ
Omnes; ipsaq; lex *hoc tempus* adusq; Iohannis
Vaticinati sunt *quæ deinde futura fuerunt.*
Malach. 4. 5 14. Quemque recepturum, si est vobis vlla voluntas;
Hic est Elias, qui erat aduenturus is ille.
15. Aures ecquis habet, quibus audiat; arrigat aures.
Luc. 7. 31 16. Cui genus hoc hominum veruntamen assimilabo?
In foro idem pueris; simile accumbentibus extat,
Qui simul acclamando suisq; sodalibus, aiunt,
Dicentes; 17. Vobis calamis cantauimus, & non
Saltastis : vobis lugubria planximus, atque
Non planctum fecistis. 18 Venit namque Iohannes,
Neuve *cibum* comedens, *potúmve* bibens, *tamen* aiunt,
Dæmoniumq; habet . 19. Est hominis qui Filius ille
Venit edensq; bibensque; & dicunt; Ecce, vorator,
Et vini potator, homo hisce telonia quiq;
Publica mercantur, simul & peccata patrantûm
Est hic amicus, sed sapientia Iustificata
Luc. 10. 13 Est à prolibus ipsa suis. 20. Tunc vrbibus illis
Acriter exprobrans ipsas reprehendere cœpit,
In quibus ipsius virtutes ante fuerunt.

Com-

Complures factæ, quòd eas non penituisset.
21. Væ tibi Chorazin, tibi væ Bethsaïda, *dicens*,
Namq; Tyrô si factę, atque in Sidone fuissent,
Virtutes, quæ sunt in vobis æditę; eæ olim
In saccô, cinere inque sedentes, exhibuissent
Se resipiscentes. 22. Vobis sed & insuper *illo*
Iudicij *veniente* die fore conditionem
Dico Tyri, Sidonis item tolerabiliorem
Vestrâ. 23. Tuq; Capernäum quę extolleris vsque
Ad cœlum; quoadusq; vel infera deijciêris.
Si Sodomis factæ virtutes namque fuissent,
Quæ in te sunt factæ; mansissent tempus adusq;
Hoc præsens. 24. Vobis veruntamen insuper illud
Aio; Sodómorum terræ tolerabiliorem
Iudicij *veniente* die fore conditionem,
Quam tua erit. 25. Respondens Iesus tempore in illo, *Luc. 10. 15*
Agnoscens te laudo Pater, cœli Domine, (inquit)
Et terrę, quoniam, secretô abscondèris ista,
A sapientibus & prudentibus, atque reuelans
Quod patefecisti teneris infantibus illa.
26. Sic etiam, Pater, hęc placuit tibi quando voluntas.
27. Omnia sunt à Patre meo mihi tradita: Nemo *Ioan. 3. 35. & 6. 46.*
Filium item novit, nisi is ipse Pater; necue Patrem
Quisquam cognouit nisi Filius, & simul ille
Ipsum cui Patrem vult Filius esse retectum.
28. Omnes *vos* quicunque fatigati estis, anheli
Atque laboratis, peccati mole subacti,
Ad me accedatis, præstabo ego vosq; refectos.
29. Ferte meum tolerando iugum vobis super ipsis;
Discite & à me, quòd sim mitis, corde humilisq· *Ierem. 6 16.*
Atque quietem animabus vestris inuenietis.
30. Namque meum *perferre* iugum facile est, leue onusq;. *1. Iohan. 5. 3.*

CAPVT.

CAPVT XII.

mar.2.23
luc.6.1

DVm per tempus idem, per Sabbata pergit Iesus,
Per sata, Discipuli verò illius, esurientes
Vellere cœperunt simul & commandere spicas.
Deut.23.25 2. Illi, tum verò Pharisæi quando videbant,
Discipuli (ecce) tui faciunt quod non licet (aiunt.)
1.Reg 21.6. Sabbato vt *id* faciant. 3. Hic verò dixit ad illos;
Quid Dauid fecit, nunquid legistis an illud?
Esur quando fuit, qui cum illô vnà fuerunt,
4. Quo modo Diuinam tunc est ingressus in ædem.
Ederit & panes, fuerant qui propositure,
De quibus haudquaquam sibi manducare licebat,
exod.29.33 His nec qui cum illô fuerant; tantummodò solis
Leuit.8.31 Immo sacerdotum *turmis*? 5. In lege vel ipsâ,
& 24.9. Sabbati in *obseruandis* legistisne *diebus*,
num.28.9. Ipsô in templô Sabbatum & ipsum (operando prophana)
Posse sacerdotes violare; & sunt sine culpa?
6. Sed dico vobis, hic templo maior *habendus*
Existit *quidam*. 7. Quod si nossetis, id ecquid
Hos.6.7. Sit; Volo commiserandi affectum, nonq; litatum
Sacrificandi; non condemnassetis eosdem;
Qui sunt insontes. 8. Hominis quia Filius ille
mar.3.1. Sabbati &, est etiam Dominus. 9. Digressus & illinc,
luc.6.6. In Synagogam venit eorum 10. Quum simul (ecce,)
Astat homo quidam cuius manus aruit ipsi.
Percontati sunt & eum, dicendo, Diebus
Sabbati an his, hominem *morbô* sanare licebit?
Ipsi quò demùm possent impingere crimen.
11. Ipse sed inquit eis; Ex vobis an habet vnam
Ecquis ouem, si Sabbati & incidat illa diebus
In foueam, numquidne prehendet & eriget illam?
12. Atqui, quantùm homo præstat oui? Facias, licet, ergo,
Rectè

Recte Sabbatô in ipsô. 13. Homini dicebat eidem,
Deinde Manum protende tuam, protendit eamq;
Restaurata fuit simul hæc (velut altera) sana.
14. Egressi verò Pharisæi, aduersus eundem
Consilium cœpêre, vt eundem perdere possent.
15. *Hoc* autem noscens; illinc secessit Iësus,
Quem simul atque fuit complurima turba sequuta,
Atque suis morbis omnes sanauit eosdem,.
16. Et minitatus (ne manifestum reddere vellent
Semet) eis præcepit. 17. Adimpleretur vt illud,
Quod dictum fuit; Esaiâ dicente Prophetâ;
18. Ecce meus servus; quem elegi qui mihi charus
Est habitus, mihi qui est animæ mea summa voluptas,
Spiritum *ego effundendo* meum ponam super ipsum,
Gentibus exponens narrabit iudiciumque.
19. Non contendet; nec clamabit, sed neque quisquam
In plateis vocem *querulantem* exaudiet eius.
20. Quassatum calamum non franget arundineum, nec
Extincturus erit linum quod fumigat, vsque
Iudicium dum proferat ad victoriam *habendam*.
21. Illius inque suam spem gentes nomine ponent.
22. Tunc offertur ei possessus dæmone cæcus,
Mutusq; & sanauit eum, qui lumine captus,
Et qui mutus erat, simul vt loqueretur *apertè*,
Atque videret. 23 Turbæq; omnes obstupuerunt,
Et dixêre, Annon Dauidis Filius iste est?
24. Hæc Pharisæi quando audissent, attamen aiunt,
Dæmonia hic non eijcit, id nisi demoniorum
Nempe Beelzebub instinctû eius principis actus.
25. Atqui tum-verò, quum cognouisset Iësus,
Quid concepissent in cordibus; inquit eisdem,
Omne quod aduersus semet dissentiat ipsum
Regnum, deuastabitur vrbs omnisq; domusve,
Quæ contra semet dividitur; haud ea stabit.
26. Eijciat Sathanas Sathanam si semet & ipsum,
Dissidium contra sese molitur is ipsum:
Illius regnum quapropter quomodo stabit?

esa.42.1.

Supr.9.32
luc.11.14

Supr.9.34
marc.3 2.
luc.11.17.

27. Dæmo-

17. Dæmonia at si ego perq; Beelzebub eijcio ista,
Filij ij vestri, per quem sunt eijcientes?
Hj vos iudiciô convincent proptereaq;
28. Spiritû ego si expello Dei sed dęmonia ista;
Ad vos nempe Dei regnum venisse *sequetur*.
29. Numne potest intrare domum quiscunq; potentis,
Diripere & sua vasa, priusquàm vinxerit illum
Fortem, deinde domum simul ipsam diripit eius?
30. Quisquis qui mecum non est, aduersus is est me.
Et qui non cogens est mecum dissipat idem.

Mar.3,29. Luc.12,10. 1.Iohan.5,13
31. Propterea dico vobis; Quodcunq; remissum
Peccatum, blasphemia & est quæcunque futura
Hisce *remissa*, homines quę commisisse fuerunt.
Sed blasphemia quę est in Spiritum, ea ipsa remissa
Non erit humano generi. 32. Quicunq; loquetur
Ipsum contra hominis qui est Filius, esse remissum
Huic poterit. Verùm si contra Spiritum is Almum
Quiscunq; obloquitur, non dimittetur id illi
Omninò, nec in hôc seclô, non inque futurô.
33. Aut faciatis, vt arbor sit bona, fructus & eius
Sit bonus; aut facite arbor sit putris, & sit vt eius
Fructus putridus. E fructû quia noscitur arbor.

Luc.6.45.
34. Semine vipereô geniti, bona quomodo *verba*
Effari possitis, sitis quando maligni?
Os siquidem loquitur de cordis copiâ abundâ.
35. Qui bonus *est* homo, de thesaurô in corde *reposto*
Ille bonô bona profert: qui malus *est* homo rursus,
De thesauro *extante* malo profert mala. 36. Dico
At verò vobis; quodcunq; loquentur inane
Verbum homines, eius rationem deinde subibunt
Iudicij in die. 37. Es ex sermonibus ipse loquutis
Iustificandus quippe tuis: sermonibus atque
Condemnandus eris proprijs, quos ipse profaris.
38. Tunc responderunt è Scribis & Pharisæis

Infra 16.2 luc.11.29 1.cor.1.22.
Quidam, dicentes, A te spectare velimus
(Præceptor) signum. 39. Respondens his at is inquit,
Signum gens scelerata & adultera flagitat *ista*;

Non

Non aliud signum dabitur veruntamen ipsi,
Quàm quod erat Ionæ signum *quandoq;* Prophetę.
40. Sicut enim Ionas in cœti ventre manebat, *Ion.2.1*
Per tres vsque dies, *per* tres noctesq; reclusus;
Sic hominis *qui est* Filius, est in corde futurus
Telluris *per* tresq; dies, *per* tres quoque noctes.
41. Hâc cum gente resurrecturi sunt Niniuitę,
Illô in iudiciô, condemnabunt & eandem;
Quòd resipiscebant ad proclamata ab Iönâ: *Ion.3.5*
En & in hôcce locô longe est hic pluris Iönâ:
42. Regina Austri in iudiciô cum gente resurget
Istâ, *quæ simul &* quoque condemnabit eandem, *3.Reg.10.1* *2.Paral.9.1*
Illa quòd extremis à terrę venerit oris
Auditûm sapientiam eam Solomonis; et (ecce)
Hôcce locô pręsens est præ Solomone ferendus.
43. Spiritus impurus quando discesserit autem *Luc.11.24.*
Abs homine vllô; per loca *quæ sunt* arida *pergens*
Ambulat, vt quærat requiem, nec eâque repertâ;
44. Vnde profectus eram (tunc dicit) rursus in ædem
Ipse meam proficiscar: Item quum venerit *illâc*,
Repperit *hanc* vacuam, versam, ornatamq;. 45 Abit inde, *Heb.6.4.& 1.26*
Accipit atque alios secum, qui deteriores
Sunt multò, quàm spiritus *extitit* ille malignus: *2.pet.2.20*
Ingressiq; habitant illic: atque vltima fiunt *Mar.3.32*
Huius deteriora hominis, quàm prima *fuerant*. *luc.8.20*
Sic isti pariter fiet gentiq; scelestæ.
46. Ad turbas verò vel adhùc illô ista loquente,
Ante fores (en) mater ei, fratresq; steterunt,
Ipsius alloquium quęrentes. 47. Dixit at illi
Quidam; Prostantes; (En) ante fores tua mater
Atque tui fratres, qui te met vt alloquerentur,
Sunt perquirentes. 48. Respondens ipse sed illi,
Istud qui dicebat ei; Quęnam est mea mater?
Qui sunt atque mei fratres?. 49. In discipulosq;
Illius ipse manû protensâ, rettulit; Ecce,
Est mea *quæ* mater, simul & *qui sunt* mihi fratres?
Ille voluntatem siquidem qui fecerit omnis,

Quæ sit cunq; mei Patris cœlestis, is ipse
Est mihi frater, & *est* soror *isthæc*, mater & *isthæc*.

CAPVT. XIII.

ILlo porrò die Iesus egressus ab æde
Ad mare consedit. 2. Permultaq; turba coacta
Est ad eum; sic vt nauim conscenderit, atque
Sederit; & suprà littus turba astitit omnis.
3. Et translaticijs phrasibus de more petitis,
Multa loquutus eis, docuit, *dum comparat*, aiens;
Exijt (ecce) sator iactatum semina *terra*.
4. Semina dumque serit, quędam cecidêre secundum
Iacta viam, venêre & aues, eademq; vorarunt.
5. In *loca* sed quędam ceciderunt *iacta* petrosa,
Hæc vbi nequaquam multum telluris habebant;
Germine mox celeriq; exorta fuêre virenti,
Fundum telluris quia non habuêre profundum.
6. Sole sed exoriente, æstus vredine tacta
Sunt; & marcebant, quoniam radice carebant.
7. In spinas verò quædam proiecta fuerunt,
Et Creuerunt; suffócarunt atque ea spinę.
8. Ast alia in tellurem sunt coniecta feracem,
Atque dabant fructum; centéna quidem *dedit* vnum,
Sexagéna aliud *dedit*, alterum itemq; tricena.
9. Aures quisquis habet, quibus audiat, audiat idem.
10. Tunc accedentes *ad eundem* discipuli *eius*,
Dixerunt illi; Quarè istô more loquendi,
Verborum formis his vteris assimilatis?
11. Ipse quidem verò respondens, inquit ad illos;
Nosse datur vobis quoniam mysteria regni
Cœlorum; veruntamen illis non datur *istud*.
Esa. 25. 29 12. Quisquis habet siquidem, donabitur ampliùs illi,
Plus & abundabit. Quisquis qui non habet autem,

Hoc

Hoc etiam quicquid quod habet, tollenur ab ipso.
13. Propterea, verbis loquor illis assimilatis,
Quippe vident minime *si quando* videre videntur;
Et qui sese audire aiunt, audire recusant;
Intellectus adest nec eis *audita sciendi.*
14. Idcirco existit completa prophetia in ipsis
Esaiæ, quam dixerat, Auditu auribus estis
Exauditori, minime quoq; percipietis;
Et non cernetis quæ visa videndo videtis;
15. Est incrassatum populi huius cor quia factum;
Auditu grauiterq; audiuere auribus hausta,
Atque oculos clausere suos, ne quando viderent
Illi oculis, atque auribus exaudire suescant,
Cordeq; percipiant, ne conuertentur, eosdem
Sanem. 16. Vestri oculi sunt immo beati,
Quandoquidem videant; aures vestræq; quod *illæ*
Aus hæ audita excipiant. 17. Amen, quia vobis
Dico, Prophetarum multi, iustiq; videre
Illa cupiuerunt, quæ a vobis conspiciuntur,
Et non viderunt, audire etiamq; ea quæ *vos*
Auditis; non audiuerunt attamen *illa.*
18. Vos audite igitur, sermonem hunc assimilatum
Huic homini, sementem qui proiecit *in agro.*
19. Omnis qui verbum de regno exaudijt illo,
Et non attendit; venit *huic* malus ille, rapitq;
Sementem de corde ipsius: is esto secundum
Ille viam, semen iactum qui exceperat *illud.*
20. Qui vero semen iactum in *tellure* petrosa
Excepit; verbum qui audiuit is est, simul atq;
Protenus excipit *hic* cum gaudio. 21. Habet tamen in se
Radicem nullam, verum pro tempore durat:
Sed tribulatio *postmodo* sit siquando secuta,
Aut afflictio pro sermone; offenditur *hic* mox.
22. Qui vero in spinas excepit semen; is est qui
Audit sermonem; sed sæculi sollicitudo
Istius, fallacia & isthæc diuitiarum
Verbum suffocat; fructus & redditur expers.

Esa.6.9
mar.4.12
luc.8.10
ioh.12.40.
act.28.26.
rom.11.8

Luc.10,24

Mar.4.15
luc.8,12

23. Porrò, bonam in terram qui excepit semen, is est qui
Audit sermonem, intellectum intendit eique,
Qui fructum profert; fructus equidem facit alter
Centenos; alter sexagenos; facit alter
Porrò tricenos. 24. Tunc proponens assimilatum
His alium sermonem *verbis*, dixit eisdem;
Est homini regnum cœlorum *huic* assimulatum,
Qui semen iaciendo bonum, conseuit in agro
Ipse suo. 25. Quum homines tamen indulsere sopori,
Eius *tunc* inimicus venit, seuit itemque
Zizania inter *semina* triticea, atque recessit.
26. Herba sed ecquando produxit germina, quumque
Fructum fecisset; tunc zizania ipsa simulq;
Apparent. 27. Serui famulatus patris at eius,
Huic, accedentes(Domine) aiunt; Numquid in agro
Tute bonúmne tuo seuisti semen? & vndè
Isthæc zizania(ergò) habet? 28. Ipse sed inquit ad illos;
Hoc inimicus homo fecit. Dixère sed illi
Serui; Vis igitur *quòd nos* abeamus, vt illa
Colligeremus. 29. Qui verò, Non, inquit, *agetis*:
Ne dum fortassis collecta evellitis ista
Zizania, vnà eradicetis triticeumque
Culmen cum ipsis. 30. Crescere permittatis vtrumque
Vsque simul messem, tunc deinde in tempore messis,
His dicam qui sunt messores; Colligitote
Primùm zizania, illa in fasciculosque ligate,
Ad comburendum, sed triticum in horreum *habendum*
Colligitote meum. 31. *Tum porrò* alio adsimilato
Sermone vtitur, vt quibus hoc est more loquutus;
Regnum cœlorum grano simile esto sinápis,
Acceptum quod homo quidam conseuit in eius
Agro. 32. Istud minimum velut inter semina quęvis
Est equidem: verùm quum post excreverit, inde
Maximum erit olerum, procrescens arboris instar;
Cœli adeò vt volucres veniant, nidos & in eius
Ramis componant. 33. Aliô simili *ille* loquutus
Propositum sermonem comparat, inquit eisque;

Mar.4.30
Luc.13.18.
Luc.13.20

Regnum

Regnum cœlorum fermento est adsimilatum,
Acceptum mulier quod condens, illa farinæ
Indidit in sata trina, quousq; sit integra massa
Fermentata omnis. 34 Iesus hæc cuncta loquutus
Est ipsis turbis, genere isthôc adsimilandi.
Insuper istis adsimilantibus absque loquelis,
Nulla loquutus eis fuit. 35. Impleretur vt illud,
Quod declaratum fuerat, dicente Prophetâ;
Eloquar ipse in aperturâ oris verba figuris
Ad simile applicitis, ea quæ occultata fuerunt,
A fundamentis iactis mundi, esse retecta.
36. Dimissis turbis, tunc Iesus venit in ædem,
Eius discipuliq; ad eum venêre, rogatum;
Dicentes; Edissere nobis zizaniorum
Agri, quæ *fuit* hæc similis collatio facta.
37. Ipse sed his responsa daturus, dixit eisdem;
Seminat ille bonum qui semen, Filius ipse
Est hominis. 38 Mundusq; ager est; Semenq; probatum,
Filij ij regni sunt: Nequam filij at eius,
Illi zizania existunt. 39. Inimicus at ista
Sentina qui sevit, dæmon convitia spargens
Ipse est; est at messis consummatio sæcli:
Atqui messores, existunt angeli ijdem.
40. Zizania idcircò sicut collecta ligantur,
Exuruntur & igni, ita mundi in fine erit huius:
41. Filius est hominis genios missurus in orbem
Angelicos, regnô qui de eius scandala quævis,
Atque illos operam qui impendunt rebus iniquis,
Cogent: 42. Proijcient in fornacem sed & ignis
Hos, vbi fletus, stridor dentibus estq; futurus.
43. Tunc vt sol iusti fulgebunt Patris eorum
In regnô. Quibus audiat, audiatis, qui habet aures.
44. Rursus cœlorum simile est, abscondito in agrô
Regnum thesauro, quem quando invenerat ecquis,
Occuluit, præ gaudio eoq; quod accipit inde,
Subducit sese, & quæcunque habet omnia vendit, (huic
Hunc emit atque agrum. 45. Rursus, regnum simile est

Mar. 4. 33
Psal. 77. 8
Apoc. 14. 14
Ioel 3. 13
Sapien. 3. 7
dan. 12. 3

Cœlorum, qui commercando negotia tractans,
Ostreades satagit gemmas exquirere pulchras:
46. Margaridem precij magni quis invenit vt vnam;
Abscessit, quæ & habebat is omnia vendidit illa,
Emit & hanc *gemmam*. 47. Cœlorum deniq; regnum
Est simile, in mare quæ fuerat proiecta, sagenæ,
Et quæ res generis sint cuiuscunq; coëgit:
48. In littus *piscantes* quam traxêre repletam,
Et bona collegêre in vasa *exposita*, sedentes:
Extrà verò putria proiecêre. 49. Ita fiet,
Quando futura sit huius consummatio sæcli:
Angeli *enim* prodibunt; pravos atque scorsim,
Iustorum è medio secernent 50. Inq; caminum
Ignis eos mittent: Ibi fletus eritq; futurus
Stridor dentibus. 51. Illos est affatus Iesus;
Intellexistisne hæc cuncta? Ita, ei (Domine) aiunt.
52. Ipsis hic verò dicebat; Proptereà omnis
Cœlorum in regno doctus *qui est* scriba *futurus*,
Est homini similis famulatus qui pater extat,
Ipsius qui de thesauro tam noua profert,
Quam vetera. 53. Et factum est, quum finivisset Iesus
Hos translatitios sermones; transijt illinc.
54. Et patriam quando propriam venisset in eius;
Hos adeò in Synagogis *ipse* docebat eorum,
Vt mirarentur stupefacti, sintque loquuti;
Istæc huic sapientia, virtutes sed & vnde?
55. Numnon hic existit fabri filius ille?
Mater ei Maria annon dicitur? atque Iacobus,
Et Ioses, & Simon, Iudas huic quoque fratres?
56. Numquid apud nos eius sunt omnesq; sorores?
Ergo *proveniunt* vnde isthæc omnia eidem?
57. Atque offendebantur in illô. Dixit at ipsis
Iesus; Non inhonoratus, nisi patriâ in eius
Ipsius in propria que suâ simul æde propheta.
58. Et minimè multas virtutes edidit illic,
Diffidentem incredulitatem propter eorum.

Mar. 6. 1
Luc. 4. 16.
Iohan. 6. 42
Marc. 6. 4
Luc. 4. 24
Iohan. 4. 44

CAPVT XIIII.

TEmpore Tetrarcha Herodes audivit in illô
Famam *de* Iesû. 2. Famulis eiusque, Iohannes,
Hic Baptista (ait) est: vt qui de morte peremptis
Surrexit, virtutes ergô & agunt in eodem.
3. Herodes ipsum comprensum namque Iohannem
Vinxerat, coniecerat *arcta* in carceris illum,
Causâ Herodiadis, quæ vxor *fuit* ipsa Philippi
Ipsiûs fratris. 4. Dicebat quippe Iohannes
Huic; Tibi non licet hanc vxorem fratris habere.
5. Quum simul atque cupiverat hunc occidere posse,
Turbam formidabat, eum siquidem quòd haberent
Esse prophetæ instar. 6. Verûm nataliciorum
Quandô concelebranda dies Herodis adesset;
Nata Herodiadis *coram omnibus* in medio ipsa
Saltavit, placuitq; Herodi. 7. Qui inde spopondit
Cum iuramentô, quicquid petijsset *ab ipso*
Esse daturum *semet ei*. 8. Persuasa sed ante
Illa à matre suâ; mihi (ait) largire Iohannis
Hic caput in patinâ Baptistæ. 9. Tristis & est Rex
Factus; sed propter iuramen, propter eosque,
Qui simul accumbebant, dandum præcipit esse.
10. *Carnifice* emissô, decollavitq; Iohannem,
Ipsô in carcere. 11. Et in patina allatum est caput eius,
Quod datur atque puellæ, ea matriq; obtulit eius.
12. Accedentes discipuli eius, corpus & illinc
Asportaverunt, & mandavêre sepulchro,
Et venientes *hæc* referebant *omnia* Iesu.
13. Hoc & vt audisset Iesus; secessit ab illô
Inde locô, fuit vt qui vectus nave, seorsim
Vsque locum desertum. Turba & vt audijt *illud*;
Est ex vrbibus illum consectata pedestris.

Mar.8.14 *Luc.9.7*
Mar.6.17 *Luc.3.19.*
Infr.21.26
Mar.6.32 *Luc.9.10*

Egressus Iesus turbam viditque frequentem,
Commiserantis eos & viscera mota fuerunt,
A morbisq; suis ægros sanauit eorum.
Marc.6.35 Luc.9.12 iohan.6.50 15. Quum verò serum iam cœperat esse diei;
Ipsum discipuli (dicentes) eius adibant:
Desertus locus est, tempus præterq; volauit,
Dimittas turbas in vicos, *sic* vt euntes
Esse cibis tantum de ipsorum posset emendis.
16. Dixit eis autem Iesus non huice necesse est,
Hinc vt discedant: Vos ipsi detis eisdem
Quô vescantur. 17. Ei sed dicunt hij; Nisi habemus
Illhic panes quinque, duos nec non quoque pisces.
18 Dixit at hic; Mihi eos adferte isthuc. 19 Super herba
Insuper his turbis pariter discumbere iussis,
Panibus acceptis his quinque, & piscibus istis
Binis; in cœlum (benedixit) vt ora leuasset,
Discipulisq; dedit, panes fregisset vt illos,
Discipuli verò turbis, 20. Vescuntur & omnes,
Et saturati sunt. De relliquiisq; tulerunt
Bis senos cophinos, (vt quę fragmenta fuerunt)
Plenos. 21. At numerus quasi millia quinq; virorum
Manducantium erat, mulierclis atque puellis
Exceptis. 22. Tum continuoq; coegit Iesus
Eius discipulos nauim conscendere, ripam
Ipsi quò posset pręcedere in vlteriorem,
Marc.6.46 iohan.6.16. Dum turbas dimitteret has. 23. Turbisq; solutis,
In montem ascendit, priuatim posse precari.
Illic verò solus erat, iam vespere factô.
24. Nauigium quando vexatum fluctibus autem,
Iam maris in mediô iactatur *turbine venti*,
Quandoquidem venti flatus contrarius esset.
25. Quum verò fuerat vigilûm custodia quarta;
Ambulat hic ad eos, pergendo super mare Iesus.
26. Hunc proficiscentemq; super mare quando viderent
Discipuli, turbati sunt, dicendo quòd esset
Spectrum: pre *trepido* clamarunt atque timore.
27. Iesus porrò loquutus eis est illicô, dicens;

Confiden-

Confidentes este; Ego sum; nolite timere.
28. Respondens at Petrus ei: Si tu es, (Domine,) inquit;
Me mandato venire ad te, latices super istos.
29. Dixit at ipse, veni. Descendens tum quoque Petrus
E naui, perrexit aquas super has, vt adiret
Iesum. 30. Prȩualidum quum ventum cerneret autem;
Extimuit, quando demergi cœperat autem;
Exclamauit; Me (Domine) aiens, reddito saluum.
31. Protinus huncq; (manu protensâ,) apprendit Iesus,
Oq; fide (dicebat eidem) prædite paruâ:
Quid dubitasti? 32. Ingressi nauem quumq; fuissent,
Ventus erat pacatus. 33. At hi qui in nave fuerunt,
Venerunt, & adoraturi hunc excoluerunt,
Affirmando, Dei reuera Filius ipse es.
34. Et quando mare traiecissent, adueniebant — *Marc. 6. 53.*
In terram Gennézaret. 35. Hi quoque quando sciebant
Illa viri loca qui coluérunt; in regionem
Totam miserunt quę illis circumiacet oris;
Atque illos omnes malè qui se quotquot habebant
Huic pręsentarunt. 36. Illum sunt atque precati,
Fimbriam vt ipsius vestis modo tangere possent,
Atque potiti sunt (quotquot tetigêre,) salute.

CAPVT. XV.

TVnc accesserunt Scribę & Pharisęi ad Iesum — *Marc. 7. 1*
E Solymis, dicentes: 2. Quare transgrediuntur,
Hi tibi discipuli qui existunt, traditionem
A Senioribus *vsurpatam*. Mos quibus haud est,
Nempe, lauare manus, panem comedentibus illis.
3. Ipse sed his cursus responsum dans, ait illis;
Quare vos etiamq; Dei mandata *iubentis*
Estis transgressi, per vestram traditionem — *Exod. 20. 12*
4. Iussit enim Deus, edit ens; Patrem tibi honores, — *& 21. 17*

Et

deut.5.16. ephes.6.2 Exod.21.17 leuit.20.9 prou.20.20

Et matrem. Porrò, quisquis maledixerit *eius*
Patri vel matri; plectatur morte necandus.
5. Dicitis atqui vos, Patri quicunq; , vel *eius*
Matri dixerit; *est* donum quòcunq; iuvari
A me possis, *hic erit insons*, & nec is eius
Patri, siue suę matri pręstabit honorem.
6. Mandatumq; Dei per vestram traditionem
Frustrati estis. 7. Hypocritę, *Id* Esaias bene (fatus)
Ante prophetauit de vobis. 8. Oris hiatû

Esa.29.13

Iste suô populus mihi iunctus, voce propinquat,
Atq; labellis memet honorat; Cor sed eorum
Longe à memet abest. 9. Frustrà sunt immò colentes
Memet; doctrinas (hominûm mandata) docentes.

Mar.7.17

10. Ad se turbâ compellatâ, dixit & illis;
Audite atq; intelligitote; 11. Quod intrat in os, non
Polluit hoc hominem, sed quod procedit ab ore,
Hoc hominem reddit pollutum. 12. Discipuli eius
Tunc accedentes, huic dicunt; Scis Pharisæos
Offensos istô auditô sermone fuisse.
13. Hic sed respondens, Omnis Plantatio, (dixit)

Iohan.15.8

Quam Pater ille meus cœlestis non *prius* ipsam
Plantauit, radicitùs evellenda peribit.
14. Hos missos facitote: duces extant *quia* cæci

Luc.6.39.

Cęcorum. Cæcus si cæcum duxerit autem;
In foueam ambo cadent. 15. Respondens Petrus at illi

Mar.7.17

Intulit; Hoc clarè nobis edissere dictum,
Quando figuratum *videatur*. 16. At inquit Iësus;
Intellectû & adhuc num vos etiamq; caretis?
17. Nondum percipitis, quòd id omne per ora quod in-
In ventrem cedit, dimittitur inq; latrinam? (trat,
18. Quæ sed ab ore profecta fluunt, ex corde ea manant,
Atq; ea sunt quę hominem vitiant. 19 Namq; egrediun-

Gen.6.5.& 8.21.

Ex corde, *hæc*, quę cogitat ecquis *mente* malignâ, (tur
Cedes, mæchatus, scortatus, furta relata
Testibus à falsis, alienæ læsio famę,
20. Isthęc existunt hominem vitiantia quæ sunt:
Illôtis manibus commanducâre sed escam,

Non

Non *hoc est* hominem vitio quod polluit ipsum.
21. Insuper egrediens illic, secessit Iesus, Mar.7.24
Ipsas in partes Tyrias, & Sidoniorum.
22. En mulier Chananæa egressa è finibus hisq; ,
Clamauit, dicens illi; Domine, esto misertus
Tute mei, Fili Dauid; mea filia diris
Est à dæmoniô furijs vexata. 23. Sed ipse
Omninò nullum responsum reddidit illi.
Discipuli tunc accedentes eius ad illum,
Ipsum (dicentes) rogitant: Dimittito eandem ,
Nam clamat post nos. 24. Respondens attamen ipse,
Dixit; Nequaquàm sum missus oues nisi ad illas, Sup.10.6
Quæ periêre domus Israël. 25. Venit at illa,
Hunc & adorauit, dicens; Domine, auxiliator
Esto mihi. 26. Respondens, attamen, Est (ait ipse)
Non bonum, vt accipias panem quô filij alendi
Sunt, atque obijcias alimentum hunc esse catellis.
27. Porrò sed hæc, Etiam, Domine, inquit; namq; catelli
De micis comedunt quæ mensa subtus herorum
Ipsis inde cadunt. 28. Respondens dixit Iesus
Tunc illi; O mulier, tua magna fides; tibi fiat,
Vt vis. Et sanata fuit momentô ab eôdem
Eius filia. 29. Et hinc digressus, venit Iesus Mar.7.31.
Iuxta illud mare, *quod* Galilææ *dicitur*: & quum
Ascendisset in montem, consedit ibidem.
30. Accedebat tunc ad eundem plurima turba, Esa.35.5
Quæ claudos, cæcos, mutos, mutilata trahentes
Membra, alios multosq; *eiusdem sortis* habebat,
Adq; pedes Iesû proiectos abijciebant:
Et sanauit eos. 31. Adeò vt mirata sit illa
Turba videns mutos *expressâ voce* loquentes,
Mancos sanatos, claudos incedere rectos,
Cæcos spectantes: Israël glorificarunt
Atque Deum. 32. Compellans ad se sed Iesus Marc.8.1
Discipulis eius, dixit; Mihi viscera mota
Affectû miserantis sunt turbâ super ista;
Iam quoniam mecum triduô mansere, quòd & non,

Quô vescantur habent: & eos dimittere nolo
Ieiunos, ne deficiant in tramite lassi.
33. Eius discipuli dixerunt insuper illi;
Nobis in desertô panes vnde paremus
Tot, turbam tantam quibus exsaturare queamus?
34. Dicit eis etiam Iesus; Panes quot habetis?
Hi verò dixerunt; Septem, pisciculosq;
Paucos. 35. Tunc præcepit humi discumbere turbam:
37. Atque acceptis istis septem panibus, hisque
Piscibus; egisset quum grates, fregit, & eius
Discipulis tribuit, turbæ isti discipuli autem.
Et manducarunt omnes, saturique fuerunt:
Qui fragmentorum, quod eisque superfuit inde,
Septenas sportas plenè cumulando tulerunt.
38. Qui sed-enim-verò manducavêre, fuerunt
Mille viri quatuor, mulierc'lis atque puellis
Exceptis. 39. Dimissâ turbâ, nauigiumq;
Inscendit, simul atque in fines Magdala venit.

Capvt. XVI.

Supr.12.39
marc.8.11
luc.12.54.

TVnc Pharisæi, & Sadducæi quandô venirent,
Illum tentantes rogitarunt edere signum
His è cœlo. 2. Qui respondens dixit at illis,
Quando dies est serum, dicitis esse futurum
Luce sequente serenum; cœlum namque rubescit.
3. Maneq; tempestas hodie fiet; quia cœlum
Triste rubescit. Hypocritæ; enim faciémne potestis
Cœli notitiâ discernere; quum tamen ipsa
Temporum eorum non *discernere* signa potestis?
4. Natio pravâ & adultera signum quærit; at illi
Nequaquam verò signum dabitur, nisi signum
Illud, nimirum, quod Ionæ *aliquando* Prophetæ.
Atque relictis his, abiens discessit ab ipsis.

Supr.12.34
Ion.2.1

Marc.8.14.
luc.12.1

5. Quum

5. Quum sed & in ripam venissent vlteriorem
Discipuli eius; sunt obliti sumere panes.
6. Iesus dixit at his; videatis, & este caventes,
A Pharisæorum fermento, deinde & ab illo
Sadducæorum. 7. Disceptavêre sed illi
Inter se; Quoniam panes non sumpsimus, (aiunt.)
8. Hoc at-enim verò quum cognouisset Iesus;
Dixit eis; Quid disceptantes estis vtrinq;
Inter vos(modicæ fidei;)panes quia nullos
Sumpsistis? 9. Nondúmne advertitis aut meministis
Quinq; illos panes, *hominum* queis millia *pasti*
Quinq; fuerunt? Quot cophinos etiamq; tulistis?
10. Illos nec panes septem, *queis* mille quaterni
Pasti sunt homines; quot sportas atq; tulistis?
11. Quomodo non intelligitis, non esse loquutum
Me vobis de pane; ab eô debere cavere
Quin Pharisæorum, Sadducæorum & ab illô
Quod sit fermentum. 12. Tunc percepêre quòd *illud*
His à fermento panis non esse cavendum,
A Pharisæorum doctrina, dixerit autem,
Sadducæorum, doctrinaque esse cavendum.
13. In partes verò quando venisset Iesus
Cæsareæ, illius quæ *dicitur esse* Philippi,
A sibi discipulis est percontatus, & inquit,
Quem dicunt homines, hominis me Filium, haberi?
14. Hi verò dixêre; quidem *te* alij *esse* Iohannem
Illum Baptistam *dicunt*; Eliam alij autem,
Ast alij verò Ieremiam, porrò, vel vnum
Ex *numero esse* Prophetarum. 15. Dicit quibus *ille*
Vos at-enim-verò, me quemnam dicitis esse?
16. *Ille* respondens autem Simon Petrus inquit;
Christus is ille Dei viventis Filius es tu.
17. Rursus respondens Iesus dicebat ad illum;
Existis Simon Bar-Iona *tu es* beatus:
Hec tibi quandoquidem cælo non sanguisque retexit,
Sed Pater ille meus qui in cælis est. 18. Ego verò
Et tibi dico, quòd es tu Petrus; item super istam

Supr. 14. 17
Iohan. 6. 9.
Supr. 15. 34

Marc. 6. 27
Luc. 9. 18

Iohan. 6. 69

Iohan. 1 42

Petram,

Petram, exædificabo meam *ipse* ecclesiam, eamq́;
Portæ infernales minimè superare valebunt.

Iohan.20.21. 19. Regni cœlorum tribuam tibi denique claves,
Et quodcunque ligabis in hâc tellure, ligatum
Hoc erit in cœlis: In terrâ solveris & quid,
Hoc erit in cœlis etiam quodcunque solutum.
20. Discipulos prohibendo suos tum deinde monebat,
Nemini vt omninò narrarent, ipse quòd esset
Iesus is Christus. 21. Tunc demùm tempore ab illô
Eius discipulis ostendere cœpit Iesus,
Vrbem se ad Solymam quòd oportet abire, simulq́;
Multa pati quòd *oporteat* à Senioribus ipsis,
Principibusq́; Sacerdotûm, Scribisque, necari
Et *debere*; die simulatq́; resurgere ternâ.
22. Cœpit eum Petrus tunc obiurgare prehensum,
Affatus, Domine esto tibi clemens; tibi non est
Hoc eventurum. 23. Convertens semet at ille,
Dicebat Petro: Sathana discesseris à me:
Es mihi *nempe* offendiculo, nec enim sapis illa,
Quæ divinitùs, at quæ *sunt* humanitùs immò.

Supr.10,38 *marc.8.34* *luc.9.23.&* *24.27* 24. Discipulis eius tum denique dixit Iesus,
Si post me desiderat ecquiscunque venire;
Abdicet *hic* ipsum sese, atque suam *sibi* tollat
Ipse crucem, me deinde sequatur. 25. Si volet ecquis

Supr.10.39 *marc.8.35* *luc.9.24&* *17.33* *Iohan.12.25.* Namq́; suam servare animam, deperdet eandem.
Ast animam quiscunque suam perdet, *modò* causâ
Et ratione mei est; erit inventurus eandem.

Marc.8.36 *luc.9.25* *Psal 62.12* *rom.2.6* 26. Quid siquidem prodest cuiquam lucretur vt orbem
Totum; animæq́; suæ iacturam fecerit? aut quam
Ecquis compensam pro anima eius reddere possit?

Marc.9.9. *luc.9.27.* 27. Filius est hominis siquidem venturus in eius
Patris gloriâ, eum comitantibus illius vnà
Angelicis *turmis*: Tunc reddet & *ille* secundum
Vnicuiq́; opera eius vti sunt. 28. Inquio vobis
Amen: Sunt ex ipsis quidam stantibus illhic,
Qui minimè mortem gustabunt, donec adusque
Filius ille hominis sit ab ipsis conspiciendus,
Quùm *demùm* fuerit regnum venturus in eius.

CAP.

CAPVT. XVII.

SExtô porro die post-hæc, assumit Iesus
Petrum, etiamq; Iacobum, eius fratremq; Iohannem,
Sublimem in montem, subducit eosq; seorsim.
2. Transformatus & est his coram, splenduit eius
Atque vt sol facies, vestitus factus & albus
Est ipsius sicut sol. 3. Conspecti ab ijsdem
(En) & sunt Moses, Elias cumq; loquentes
Ipsô. 4. Sed Petrus respondens dixit Iesû;
Nos hîc esse bonum est, (Domine) hic (si vis) faciamus
Trina tabernac'la; vnum *sit* tibi; *sit* simul vnum
Mosi; vnum *sit* & Eliæ. 5. Adhuc illô *ista* loquente,
En, illos vmbris involvit lucida nubes:
En, etiam de nube loquens vox ista sonavit;
Hic est Filius ille meus, dilectus is, in quô
Est mihi complacitum: auscultantes sitis eidem.
6. Discipuli quandò *hæc* audissent, procubuerunt,
In faciemq; suam proni, valdèq; timebant.
7. Iesus tunc illos adiens tangebat, & inquit;
Surgite, nec sitis timidi. 8. Tum porrò levatis
Hisce suis oculis, non vllum præter Iesum
Contemplati sunt. 9. Et descendentibus illis
De monte hôc, ipsis (dicens) mandavit Iesus,
Hoc visum, cuiquam nè divulgando referte,
Filius ipse hominis donec de morte resurgat.
10. Discipuliq; sui percontabantur ab ipsô,
Dicentes; Ergò, quid Scribæ aiunt, quòd oportet
Eliam primùm *quam fiant ista* venire?
11. Respondens autem Iesus dicebat ad illos;
Elias equidem primùm veniet, simul atque

Marc. 9. 2. luc. 9. 27.

Sup. 3. 17. 2. pet. 1. 17

Malac. 4. 5 supr. 11. 14 marc. 9. 11

Omnia

Omnia restituet. 12 Sed vobis inquio, quòd iam
Elias venit; non agnouêre & eundem,
Quęcunq; at voluêre in eo fecêre: perinde,
Filius atque hominis sic est passurus ab illis.
13. Discipuli demùm tunc percepêre, loquutum
Ipsis de Baptistâ nempe Iohanne fuisse.
Mart.17.9 Ad turbam sed & vt venissent; tunc homo quidam
Luc.9.37 Accêdens ad eum genibus cui próque volutus,
Procidit ante ipsum: 15. Dixit (Domine) atq; misertus
Esto mei nati: quoniam lunaticus extat;
Atque malè afficitur, cadit vt qui creber in ignem,
Atque in aquam creber: 16. Pręsentaui insuper ipsum,
His tibi discipuli qui sunt sanare nec illum
Hi potuerunt. 17. Sed respondens dixit Iēsus
O gens, absque fide, simul ac perversa, quousq;
Tandem ero vobiscum? tandem tolerabo quousq;
Vos? Hûc adducatis eundem protenùs ad me.
18. Dæmonium Iesus simul increpitauit; ab illo
Atq; abijt, sanatus & est puer hora ab eâdem.
Discipuli Iesum priuatim tunc adeuntes,
Dixerunt; Cur nos non quiuimus eijcere illud?
20. Iesus autem dixit eis; Pro incredulitate
Luc.17.6 Vestra. Amen, vobis affirmo; si vel inesset
In vobis fidei, quantum granúmue sinápis;
Isti dicetis monti remoueto teipsum
Hinc illûc: & demigrabit, nilq; futurum
Est vobis, quod idem fieri non denique possit.
21. Nequaquàm verò genus istud dæmoniorum
Ni precibus profusis & ieiunio adactum,
Infr.20.17. Egreditur. 22. Versantibus hisce sed in Galilęâ,
Mar.9.13. Dixit eis Iesus: Erit hoc quandoque futurum,
Luc.9.44 Filius hinc hominis quòd erit tradendus in ipsas
Ille manus hominum. 23. Quem morti deniq; tradent
Ternâ deinde sequente die, de morte resurget.
Et contristati vehemente dolore fuerunt.
24. Cumq; Capernáum venissent, tunc adierunt
Petrum, qui accipiunt didragma, cui simul aiunt;

Annon

Annon exsoluit vester didragma magister?
Hic,(etiam)dicit. 25. Simul atque ingressus vt esset
Ædem;præueniens ipsum,dicebat,Iesus;
Dic,tibi quid(Simon)videatur: de quibus hj qui
Sunt terræ reges collecta tributa capessunt,
Aut censum? de his qui sibi filij,an ex alienis?
26. Illi dicit Petrus; ab his qui sunt alieni.
Dicit ei Iesus; Proles sunt ilicet,ergò
Immunes. 27. Veruntamen his nè scandala demus;
Ad mare vade, hamum mittas;ascenderit & qui
Piscis primus;eum tollas;atq; eius apertô
Ore, statérem comperies in rictibus,illum
Accipiens, ipsis pro me dato,proq; teipsô.

CAPVT. XVIII.

DIscipuli ad Iesum venerunt tempore eodem,
Dicentes; Regnô in cœlorum maximus est quis?
2. Iesus (accersitô ad se paruoq; puellô,)
In mediô hunc statuebat eorum : Dixit, & Amen,
Vobis affirmo; Nisi conuersi fueritis,
Et facti sitis sicut pueri, ingrediendi
Non eritis regnum cœlorum. 4. Quilibet ergò,
Sese qui demiserit, *est* vt parvulus iste;
In regnô existit cœlorum maximus ille.
5. Et quisquis talem puerum susceperit vllum-
Quemq; meô pro nomine; memet suscipit ipsum.
6. Ast offendiculo si quis cuicunque sit vni,
In me qui credunt, pueris ex hisce pusillis;
Ipsi præstiterit, mola vt huic asinaria collo
Suspendatur, & vt maris immergatur in imô.
7. Væ mundo, ex offendiculis. Est namq; necesse,
Vt veniant offendicula hæc,homini tamen huic væ,
Per quem offendiculum *cuiquam* deuenerit ipsum.

Mar.9.33
luc.9.46
Infr.19.14
1.cor.14.20
Mar.9.42
luc.17.1

F 8. Si

Supr.5.30 8. Si tibi porrò manus, vel pes te offendere reddat;
Mar.9.43. Excindas ea, proiectabis & ipsamet à te:
Est ad vitam *namque* bonum tibi, vt ingrediaris
Claudus vel mancus; *potiùs* quàm temet habentem
Binas *sive* manus, binósve pedes, *&* in ignem
Æternum mitti. 9 Si oculusq; tuus facit, vt tu
Offendas; euellas ipsum, proijce & abs te:
Est ad vitam *namq;* bonum tibi, vt ingrediaris
Vn'oculus, *potiùs* quàm oculis vtrisq; videntem,
Ignis in *ardentem* coniectum te esse gehennam.
10. Ne contemnatis *vel* in his quemcumq; (videte)
Parvis; affirmo quia vobis, semper eorum
Psal.34.8 Angelicos *genios* in cœlis esse videntes
Luc.19.10 Cœlestis faciem mihi Patris. 11. Filius ille
Namque hominis venit, saluum prestaret vt ipse
Luc.15.4 Illud quod perijt. 12. Quid vobis *porrò* videtur?
Si cuiquam fuerint homini centum *vel* ouillæ,
Ex ipsis etiam *deflexa* errauerit vna;
Illis nonaginta nonne nouemq; relictis
In montes abiens, quærens, quę errauerit, illam?
13. Quòd si contigerit, quòd eandem inuenerit: Amen
Affirmo vobis; quoniam super hâc mage gaudet,
Quàm super his reliquis nonagintaq; novenis,
Quę non errantes fuerant per deuia flexi.
14. Sic, coram vestrô cœlesti Patre, voluntas
Non est, vt pereat quiscunq; ex hisce pusillis.
Leuit.19.17. 15. Immo tuus frater si in te peccauerit; ito,
Eccle.19.13. Argue eum solum, simul inter temet cumque:
Luc.17.3. Audierit si te; fratrem lucratus es illum
Iac.5.18. *Inde* tuum. 16. Sin verò te non audiet, *illinc*
Deut 19.5 Assumas tecum *vel* adhuc, vnúmve duósve;
Iohan.18.17 Toto *ea* res vt confirmetur ab ore duorum
1.Cor.5.9. *Saltem*, siue trium fuerint qui testificantes.
2.Cor.13.1 17. Quod si verò audire etiam neglexerit illos,
2.Thes.3.14 Dic ecclesiæ: At *hic* audire ecclesiam eandem
Heb.10.28. Si dedignatur; tibi *tum* velut ethnicus esto,
1.Cor.5.9.
2.Thes.3.14. Atque telonites. 18. Amen, vobis *ego* dico;
Iohan.20.23.

Quod

Quod quęcunq; super tellure ligabitis, illa
Esse liganda in cœlo etiam, quæcunq; soluta
In terra & fuerint à vobis, illa soluta
In cælô fient. 19. Vobis affirmoq; rursus,
Vno consensû iungantur si duo vestrûm
In terrâ, de re fuerit quâcunq; petitâ;
Hoc à Patre meo cœlesti fiet eisdem.
20. Nomine namque meô, duo sunt vbi tres ve coacti,
Illic existo medio *interpositus* eorum.
21. Tunc (Domine) aiebat, quando ipsum Petrus adisset;
Peccabit quoties in me frater meus, atque
Illi dimittam : septenô tempore numquid?
22. Dicit ei Iesus; septenum non (tibi dico)
Tempus adusq; sed ad decies septenáque septem;
23. Propterea regnum cœlorum est adsimilatum
Regi homini, rationem qui conferre volebat
Ipse suis cum seruis. 24. Qui quum cœperat autem,
Vt ratiocinium componeret; vnus eidem
Debitor affertur, decies qui mille talenta
Ipsi debebat. 25. Sed quum non reddere posset;
Eius eum dominus iussit venundari, & eius
Vxorem & proles, atque omnia quicquid habebat,
Et *quod debebat* reddi. 26. Tum seruus is ergò,
Pronus adorando procumbit humi, (Domine) aiens;
Ergà me cohibeto iram, tibi & omnia reddam.
27. Illius serui Dominus sed commiserantis
Affectû erga ipsum motus, dimisit eundem,
Mutuum eiq; remisit. 28. At isthic seruus *ab illo*
Egressus, de eius conseruis comperit vnum.
Qui denariolos centum debebat eidem,
Atque prehensum illum, suffocans gutture strinxit;
Reddito quod debes, dicens. 29. Conseruus is ergo,
Ipsius coram pedibus se proijcit; aiens
Erga me patiens iram cohibeto, simulq;
Debita cuncta tibi reddam. 30. Sed noluit ille:
Ast abiens, in carcerem eum coniecit adusq;
Quod debebatur donec persoluere posset.

Luc.17.4.

Luc.17.4.

31. Sed quum vidissent isthæc quæ facta fuerunt
Eius conserui, moti vehemente dolore,
Tum quum venissent, domino ipsis omnia facta
Quæ sunt narrarunt. 32. Dominus qui deinde vocatô,
Hôc *eius seruo*, tunc dixit ei; Male serue,
Debitum id omne tibi dimisi, quippe, precatus
Me quandofueris; 33. Num non & oportuit, vt tu
Conseruiq; tui deberes esse misertus;
Ipse perinde tui fuerim velut atque misertus?
34. Illius & Dominus succensâ incanduit irâ,
Et tortoribus ipsum tradidit; omne quousq;
Quod debebatur sibi donec reddere posset.
35. Qui meus in cœlis Pater est facietq; perinde
Vobis, ex vestris etiam nisi cordibus ipsis,
Fratri quisq; suo; lapsus dimittitis illis.

Capvt. XIX.

Mar.10.1.

ET factum est, istos quum finiuisset Iesus
Sermones, hinc à Galilæâ egressus abiuit;
Atq; secus Iordanem, fines venit adusq;
Iudææ. 2 Simul illum turba est multa sequuta,
Et sanauit eos ibi. 3. Quem Pharisęi & adibant,
Tentantes ipsum, dicentes insuper illi;
Anne homini licet vxorem dimittere causâ
Ex quacunq; suam? 4. Respondens ille sed ipsis,
Genes.1.14 Dixit; Non legistis, vt is qui fecit, ab ortû
Primô in-eunte marem, mulierclam tumque creando
Gen.2.24 *Distinctum* formauit eosdem? 5. Tum quoque dixit
1.cor.6.16. Propterea, Patrem, matrem dimittet homoque,
ephes.5.31 Coniugi adhærebitq; suæ, duo eruntq; futuri
In carne vna. 6. Non duo iam sunt ampliùs, ergò,
Immò sed vna caro. Coniunxit quod Deus, ergò,
Deut.24.1. Ne seiungat homo. 7. Dicunt huic, ergò, libellum

Cur

Cur dare mandauit Moses, discessio *vt esset*
Reppudij, atque illam dimittere? 8. Dicit eisdem;
Duritiem vestri ob cordis, dimittere vobis
Vxores vestras Moses permisit; ab ortû
Principij verò, non sic fuit. 9. Attamen aio
Vobis; vxorem quisquis dimiserit eius,
(*Sit* nisi pro scortatus causa,) & duxerit altram,
Est mœchatus : Qui dimissam duxerit, isq;
Est mœchatus. 10. Dicunt illi discipuli eius;
Si causa est hominis tali sub conditione,
Vxorem quòd spectat ad eius, ducere prestat,
Vxorem minimè. 11 Verùm dicebat is illis,
Non omnes capiunt hoc verbum; sed quibus immò
Id datur. 12. Eunuchi siquidem sunt matris ab aluô,
Qui nati sic sunt : Eunúchi sunt quoq; facti,
Quos castraverunt homines › Sunt atque seipsos,
Eunuchi qui castrauerunt, è ratione
Regni cœlorum. Potis ille capessere qui sit
Ipse capescat *idem*. 13. Pueri tunc parvuli (vt illis
Ipse manus imponeret, atque vt *fausta* precari
Vellet,) eidem sunt oblati; discipuli autem
Hos obiurgarunt. 14. Veruntamen inquit Iesus,
Ad me posse venire sinatis, nec prohibete
Hos pueros. Tales quoniam cœlestia regna
Sunt possessuri. 15. Tum quando manus super ipsos
Imposuisset, abiuit. 16. Et en, accessit, ait q;
Vnus ei; Prestando boni quidnam (bone Doctor)
Efficiam, vitam possim quòd habere perennem?
17. Hinc verò, Cur *esse* bonum me dicis, is inquit,
Non bonus est vllus solummodò ni Deus vnus.
Si cupis ad vitam verò sed vt ingrediaris,
Serua mandata. 18. Inquit ei, Quæ? At dixit Iesus,
Non occides; non mœchando scorta sequêris:
Non furtum facies; non contestâbere falsum;
19. Patrem, matrem etiamque tuam reuerêtor honore;
Dilige eum, qui & proximus est tibi, temet vt ipsum.
20. Dicit eidem adolescens; Isthæc omnia seruans,

Supr. 5. 32
Mar. 10. 11
Luc. 16. 18
1. Cor. 17. 12.

Supr. 18. 3
Mar. 10. 14
Luc. 18. 15

Mar. 10. 17
Luc. 18. 18

Exod. 20. 13

Custodivi ætate ab eâ, quâ cœpta iuventus
Est mea. Iam quid adhuc mihi *factū* deficit vltrà?
21. Dicit ei Iesus; Perfectus si cupis esse;
Ito, vendito quæ tibi sunt, da pauperibusque;
Et *sic* in cœlo thesaurum *rursus* habebis.
22. Ast adolescens quum sermonem audiverat istum,
Contristatus abivit; habebat enim bona multa.
23. Verum discipulis ipsius dixit Iesus;
Amen, affirmo vobis; Opulentus vt intret
In regnum cœlorum, res est ardua valdè.
24. Affirmo rursum vobis; facile est magis immò
Ipsum posse foramen acus penetrare camelum,
Regnum Divinum potis est quàm dives vt intret.
25. *Hisce* sed auditis, perculsi discipuli eius
Extiterant valdè, dicentes, quis potis (ergò)
Est salvus fieri? 26. Quos vt vidisset Iesus,
Dixit eis, respectu hominûm fieri nequit *illud:*
Ast apud immò Deum, quòd fiant, omnia possunt.

Mar.10.21 Luc.18.28.
27. Tunc respondendo Petrus dicebat ad illum;
Ecce, reliquimus omnia nos, sumus atque sequuti
Te: Quid erit nobis, ergò? 28. Dixit sed Iesus
His; Amen dico vobis; Quotcunq; sequuti

Luc.22.30
Qui me vos estis, noua quum generatio fiet;
Filius ille hominis quum maiestatis honore
Sederit in regali sede; sedebitis *vnà*
Vosq; super sedes duodenas cùm simul ipsô,
Bis-senos censendo tribus, moderamine vestri
Iudicij, Israël. 29. Quicunque relinquet & ædes,
Aut *deserturus sit* fratres, sive sorores,
Aut Patrem *licturus erit*, matremve *relinquet*,
Aut vxorem *deseret*, aut proles, vel agellos;
Ista mei *quæcunque relinquens* nominis ergô:
Hic centuplicia accipiet, vitamque perennem
Possessurus erit, sub iure hæredis habendam.

Marc.10.31. luc.13.30.
30. Multi etenim-verò, qui primi *hic esse putantur*,
Hi postremi *ibi* erunt; postremi *ibi erunt* quoque primi.

Cap.

Capvt. XX.

Regnum cœlorum famulatus adſimilatur
Patri homini cuidam, qui exivit luce *dicti*
Exortâ primâ, conducere velle laborum
Intentos operæ, quos mittere poſſet in eius
Vineam. 2. At ex pactô cum operantibus ille diurnô
Convenit denariô, eos & miſit in eius
Vineam. 3. Et egreſſus ter lapſam circiter horam,
Vidit ſtare forô, feriando per ocia quoſdam,
4. Atque his dixit, abite & vos in vineam,& illud
Quod iuſtum fuerit,dabo vobis. 5. Hi ſed abibant.
Egreſſus rurſus per ſextam,horamq; novenam,
Hoc itidem fecit. 6. Dein circa horam vndecumanam,
Comperit(egrediens)alióſ*que* per ocia ſtantes,
Et dicebat eis; Cur hîcce per ocia ſtatis,
Totâ *dilabente* die? 7. Cui aiunt; Quia nemo
Nos conduxit. Dicit eiſdem; vos & abite
In vinetum: qui accipiètis quodque erit æquum.
8. Veſpera quum verò fuerat *iam* facta diei;
Procuratorem Dominus *tunc* vineæ ad eius
Dicit; eos operam qui navavêre vocato:
Atque à poſtremis, primos exorſus aduſque,
Ipſis mercedem reddas. 9. Et quandò venirent
Conducti vndecimam *fuerant* qui circiter horam;
Tunc denarium ij acceperunt ſinguli eorum.
10. Sed quandò primi ſimul acceſſêre; putarunt
Accepturos ſe plus illis eſſe; ſed ipſi
Tum denarium & acceperunt,quilibet horum.
11. Quô ſimul acceptô; *muſſantes* murmura miſcent,
Adverſus patrem-famulatûs: 12. *Talia* fati;
Vltimi *opus tantùm* fecerunt hi *niſi* ad vnam
Horam, feciſti æquales nobis & an illos?

Qui pondus portauimus, æstum etiamq; Diei.
13. Ipse sed illorum (respondens) dixit ad vnum;
A me facta tibi non est iniuria, (amice:)
Annon mecum pactus es, vt denarium haberes?
14. Tolle tuum quod id est, & abi. Volo porrò dare isti
Vltimo, vt atq; tibi. 15. Mihi quod volo, non licet illud
Me fecisse meis in *rebus*? Numquid ocellus
Est tuus *inde* malus, quoniam bonus ipsemet extem?
16. Postremi primi sic fient; deniq; primi
Fient postremi. Sunt multi quippe vocati;
Existunt electi verò paucula turma.
17. Et quando Iesus Solymorum ascendit ad vrbem,
Eius discipulos assumptos, inter eundum,
Sevocat hic illos duodenos, atque seorsim
Ipsis dicebat. 18. Solymas ascendimus (ecce)
Atq; Sacerdotûm primoribus, & quoq; Scribis,
Ille hominis *qui* Filius *est* tradetur: & illum
Condemnabunt morte : 19. Et tradent Gentibus illum
Illudant vt, eumq; flagellent, & crucifigant;
Tertiâ at *inde sequente* die *de morte* resurget.
20. Tunc ad eum venit Zebedęi *quæ fuit* illa
Natorum mater, cum prolibus eius, adorans,
Atq; petens abs illô aliquid. 21. Cui dixit at ipse;
Quid vis? Dicit ei; mei vt hi sedeant duo nati,
(Dic) à dextris vnus, & alter vt à tibi lævâ,
In regnô *accumbendo* tuô. 22. Dixit sed Iesus,
Respondens: Nescitis quę sunt vestra petita.
Poc'lum ego quòd bibiturus sum, bibere anne potestis;
Et baptizari, quô ego sum baptismate lotus,
Anne potestis? Eidem *rursus* possumus, aiunt.
23. Dicit eisq; ; meum poc'lum certè (*esto*) bibetis;
Illô, quôq; ego baptizor baptismate, loti
Vos eritis: mihi verò ad dextram, siue sinistram
Posse sedere meam, meum id est minimè date: verum
His *dabitur*, quibus immò meô est à Patre paratum.
24. Quando *alij ista* decemq; audissent; de hisce duobus
Fratribus, indignati sunt. 25. Illos at Iesus

Sap.19.13 *mar.10.31.* *luc 13.40.* *infr.22.14.*

Mar.10.32 *luc.18.31*

Iohan.18.23

Mar.10.35

Mar.10.42 *luc.22.25.*

Ad se quando vocasset; ait; Cognoscitis, vt qui
Imperijs potiuntur in ipsis Gentibus; illi
Prædominantur eis: magnâtes atque regendo
Exercere potestatem Gentes in easdem.
26. Verùm non erit inter vos ita: quisquis at inter
Vos fieri magnus desiderat; esto minister
Vester. 27. Quisquis & inter vos primus velit esse;
Sit vester servus. 28. Sicut qui Filius ille
Est hominis, non esse ministrandum sibi venit;
Immò ministraret; daret hic animam sed & eius,
Pro multis precium, quibus esse redemptio posset.
29. Ex Ierichô sed-enim-vero egredientibus ipsis;
Est illum perplurima turba sequuta. 30. Fuêre
Ecce homines biniq́ue sedentes lumine capti,
Propter vterq; viam: qui quòd transiret Iesus,
Quando audivissent, dicebant vociferantes,
Nostrì compassû motus (Domine) esto misertus,
Fili Dauidis. 31. Turba obiurgavit at illos,
Vt sileant. verùm clamaverunt magis illi,
Fili Davidis, nostrì (Domine) esto misertus,
Dicentes. 32. Et quandò stetisset, eosq; vocasset;
Quid vultis faciam vobis, tum dixit Iesus?
33. Cui dicunt, (Domine,) vt nobis reddantur aperti
Nostri oculi. 34. Iesus sed motus commiserandi
Ardenti affectu, illorum tangebat ocellos;
Et mox viderunt, ipsum sunt atque sequuti.

Philip. 2. 7

Mar. 10. 46. luc. 18. 35.

Capvt. XXI.

ET quando Solymis cœpissent esse propinqui,
Et venissent ad Bethphage ad montem olearum;
Discipulos *eius* tunc binos misit Iesus:
2. Queis ait; Ite in vicum vobis è regione:
Invenietis mox asinam simul-atque ligatam,

Mar. 11. 1 luc. 19. 29.

Cumq;

Cumq; illâ pullum, quos soluite, ducite eosq;
Huc ad me. 3. Si vobis & quis dixerit ecquid;
Dicite, quòd Domino his opus est, quos moxq; remittet.
4. Verùm-atenim-verò, totum factum fuit istud,
Vt compleretur, quod ab ipsô, (aiente) Prophetâ
Est dictum. 5. Natæ Sionis dicite; Mitis
(Ecce) venit tibi Rex tuus, atque asinæ insidet, vnà
Cum pullô, qui subiugis hic est fœtus aselle.
6. Discipuli sunt porrò profecti; sicut Iesus
Et præcepit eis, fecêre. 7. Asinam simul-atque
Pullum adduxerunt, atque illis imposuerunt
Vestimenta sua, atque sedere ipsum super illa
Fecerunt. 8. Strauerunt autem plurima turba
Vestimenta sua in viâ. At ipsis exsecuerunt
Arboribus ramos alij, insternendo vieq;
Compita condecorant. 9. Quæ verò turba preibat,
Queque sequebatur, clamabat *voce canorâ*;
Dicens; Hosanna Dauidis Filio, *habetor*.
Nomine qui venit in Domini, benedictus *ie esto*.
Osanna, qui cœlis in sublimibus extas.
10. Atque vrbem Solymorum quandò ingressus is esset,
Vrbs omnis commota fuit, dicendo; Quis hic est?
11. Dicebat verò turba; Hic est ille Propheta,
Iesus *vrbe* ortus de Nazareth, è Galilęâ.
12. In templumq; Dei tunc est ingressus Iesus,
Et vendentes omnes atque eiecit emptes
In templô: mensas mercantibus atque monétam,
Atque columbas qui vendebant, hisce cathedras
Subvertit. 13 Dicebat & his; Domus hęc mea (scriptum)
Apellabitur *esse* prêcum domus: attamen illam (est)
Effecistis speluncam vos esse latrônum.
14. Tunc cœci, claudiq; ad eundem conueniebant
In templô, & sanauit eos. 15. Quum porrò viderint
Pontifices summi, & Scribę, quę mira patrârit,
In templôq; simul clamantes esse puellos,
Dicentesq; Hosanna, Dauid germine nato,
Indignati sunt. 16. Dixerunt illi &, an audis,

Esa.62.11. Zach.9.9 Iohan.12.15

Mar.11.15 Luc.19.45. Iohan.2.13 Deut.4.25 Esa.56.7 Ierem.7.11

Mar.11.17. Luc.19.46.

Psal.8.3.

Isti

Isti quid dicant? Sed Iesus dixit ad illos;
Quid ni? legistis nunquámne infantium ab ore,
Atque illorum qui lactantes sunt, tibi laudem
Perfecisti? 17. Tunc ipsis simulatq; relictis,
Extra vrbem Béthaniam abiuit, mansit & illic.
18. Verùm quando fuisset mane, reuersus in vrbem,
Esurijt. 19. Secus atq; viam tum quando videret
Ficum quandam; venit ad illam, nil in eâq;
(Exceptis folijs) inuenit: tunc ait illi;
Ex te nascatur fructus non amplius vnquam,
Tempus in æternum. Tunc aruit illicò ficus.
20. Et quum discipuli vidissent *hoc ita factum*;
Admirabundi (dicentes) obstupuerunt;
Quomodò continuò ficus commarcuit ista?
21. Respondens illis autem dicebat Iesus:
Amen, vobis dico; fidem si habeatis, & estis
Non dubitabundi; non hoc solummodò *factum*,
Efficietis, quod de ficu cernitis istâ?
Huic etiam-verò dicatis si modò monti;
Tollitor, & proijcitor in mare, fiet *idipsum.*
22. Et quęcunq; petendo orabitis, accipietis,
Dummodò credentes eritis. 23. Quum porrò venirent,
Prima Sacerdotûm loca qui *tunc* obtinuerunt,
Et populi *fuerant* seniores conuenientes
In templum; (dicentes) hunc adiêre docentem:
In quâ facta potestate isthęc efficis, & quis
Exercere potestatem tibi contulit istam?
24. Respondens illis verò, dicebat Iesus;
Percontabor & à vobis ego rem simul vnam:
Quam si dixeritis mihi, tunc etiamq; ego vobis
In quâ facta potestate isthęc perpetro, dicam.
Vnde Iohannis erat baptismatis *orta potestas?*
E cœlô numquid *fuit*, anne humanitus *orta?*
At ratiocinió concludunt sese apud ipsos
Illi dicentes; Si cœlitus esse fatemur;
Dicet nobis; Ergò, fidem cui non habuistis
Illi. 25. Dicemus sin vero, humanitus esse;

Mar. 11. 13

Mar. 11. 17
Luc. 20. 1

Horre-

Horremus turbam : Quandò omnes namq; Iohannem
Ipsum *prorsus* habent *verum* velut *esse* Prophetam,
27. Et respondentes Iesû, non novimus, aiunt:
Ipseq; dicit eis : vobis quoque non ego dicam,
In quacunque potestate isthæc perpetro facta.
28. Quid verò vobis *hoc quod propono* videtur?
Auctus qui fuerat vir quidam duplice prole,
Accedens, ait huic, sibi natum qui prior esset;
Fili, vade hodiè, in vinetô operare meoque.
29. Hic atenim verò respondens, Non volo, dixit.
Verùm posteà, (eum quum pœnituisset,) abivit.
30. Et *pater* accedens ad *natum ætate* secundum,
Huic itidem dixit. Respondens ille sed inquit;
Ipse *abeo* Domine. est non attamen *ille* profectus.
31. Ex istis binis, vter horum præstitit illud,
Quod pater expetijt? Cui dicunt; Primus. Iésus
Dicit eis; Amen, vobis affirmo, Præibunt
Vobis in regnum Divinum *tumq;* telones,
Tum meretrices. 32. Ad vos venit quippe Iohannes,
In viâ *eâ quæ est* iustitiæ, sed non voluistis
Huic adhibere fidem. qui porrò telonia curant,
Et meretrices, huic credebant. Vos tamen *illud*
Qui vidistis, necquicquam resipiscere posthàc
Curavistis, eidem *prorsus* credere *velle*.

Esa. c. 15. ierem. 2. 21 mar. 12. 1. luc. 20. 9.

33. Assimulatum alium sermonem audite; Homo quidam
(Qui fuit iste pater famulatûs) extitit isq;
Vinetum plantans, sepem circumdedit illi,
In quô fodit item torcular, & ædificavit
Turrim; ruricolis exponit idemq; locatûm:
Quo facto, peregrè simul est exinde profectus.
34. Tempore at instanti quô fructus perciperentur,
Misit ad agricolas pro fructibus accipiendis
Ipsiùs seruos. 35. Appr'ensis porrò coloni
Ipsiùs servis, alium cædendo ferire
Cœperunt, alium sed verò cæde necare,
At lapidare alium. 36. Pluresq; prioribus alt'ros
Rmisit rursus seruos : itidem sed & istis

Fece-

Fecerunt. 37. Verùm postremò misit ad illos
Filium is ipsius; dicens, istum mihi natum
Hij reverebuntur. 38. Visô veruntamen eius
Agricolæ natô, dixerunt semet ad ipsos;
Isthic est hæres, veniatis eúmque necemus;
Hæredis quò ius ipsiûs & obtineamus.
39. Tunc illum captum, proiectum vineam & extra,
Morte trucidarunt. 40. Dominus quùm vineæ is ergò
Venerit; agricolas quid erit facturus in istos?
41. *Illi* cui dixêre; Malos istos malè perdet:
Agricolisq; suum vinetum *deinde* locabit
Hic alijs, qui fructus reddent percipiendos,
Temporibus soluendo suis. 42. His dicit Iesus;
Nunquam in Scripturis legistis; Quem reprobarunt
Ædificatores lapidem, caput anguli in æde
Factus is est? Hoc à Dominô factum est, oculisq;
In nostris est admirabile. 43. Propterea, aio
Vobis; Divinum regnum tolletur vt istud
A vobis, & genti detur, quæ feret eius
Fructus. 44. Et quicunque cadet lapidem super istum,
Confringetur: Sed frustratim conteret illum,
Si modò deciderit voluens *lapis hic* super vllum.
45. Quumq; Sacerdotûm primores & Pharisæi
Hos audiuissent sermones illius istô
More figuratos; noverunt esse loquutum
Illhac de sese. 46. Qui quumq; præhendere *posse*
Ipsum quæsierint; turbam timuêre, Prophetam
Illum quandoquidem veluti ducebat habendum.

Infr.26.3. & 27.1. Iohan.11.53

Psal.118.22 act.4.11. rom.9.33. 1.pet.2.7.

Esa.8.14

Capvt. XXII.

Respondens Iesus tunc, rursus dixit ad illos
Rebus obumbratis sua significata loquutus:
2. Regnum cœlorum (dicens) est adsimilatum,

Luc.14.16. apoc.19.9.

Cuid. m

Cuidam homini regi, *sua* qui convivia fecit
Connubialia nato ipsiûs. 3. Misit & eius
Servos, ad festum qui connubiale vocarent
Invitatos: sed minimè voluêre venire.
4. Tunc alios rursus servos misit, quibus inquit;
Invitatis declarabitis; Ecce paravi
Prandium *ego* hocce meum, tauri mei, & altilia ipsa
Sunt mactata, & quæque parata: adsitis ad istud
Nubentûm festum. 5. Neglectô sed tamen illi
Hoc convivio, abiverunt; alius quidem in eius
Agrum; alius mercatui vt eius porrò vacaret.
6. Sed reliqui servos eius tenuêre prehensos,
Opprobrijs illos affectos, atque necarunt.
7. Quùm verò Rex *hoc* audisset, motus ad iram
Est; exercitibus missis & perdidit illos
Hic homicidas, quorum succendebat & vrbem.
8. Servos deinde suos affatur; Festa parata
Connubialia sunt equidem; sed ad illa vocati
Qui fuerant, sese non dignos exhibuerunt,
9. Ibitis, ergo, ad compita *quæ sunt* ipsa viarum,
Et quotcunque homines ibi comperietis adesse;
Invitetis eos ad connubialia festa.
10. Atque illi egressi serui, per strata viarum
Collegêre omnes, quos convenêre, malosque,
Atque bonos pariter, quibus istæ nuptiæ abundè
Impletæ fuerant convivis. 11. Rex sed vt ipse
Spectatûm ingressus convivas, viderat illic
Esse hominem, qui connubiali veste carebat:
12. Hunc affatus & est; Intrasti quomodo, amice,
Vtpote connubij festo non convenientem
Vestem habeas? Vox porrò stupenti faucibus hæsit.
13. Tempore quo dicit Rex ipsis ille ministris;
Abripiatis eum, (manibus pedibusq; ligatis,)
In tenebras atque exteriores eijciatis:
Fletus erit stridorq; futurus dentibus illic.
14. Multi namque vocati, electi denique pauci.
15. Consilium cœpêre, (profecti,) tum Pharisæi

Supr.8.12 13.42. infr.25.30.

In

In sermone vt eundem possent illaquearе.
16. Discipulos mittunt ideoque suos ad eundem,
His cum qui Herodis fuerant sectando colaces,
Dicentes; Scimus Preceptor, ~~scimus~~ sis qui verax,
Teque docere viam Divinam, tramite verô,
Insuper & curam te non alicuius habere,
Vtpote personas hominum non respicis *vllas.*
17. Dic ergo nobis; tibi quid videatur *in illo,*
Anne licet, censum largiri Cæsari; an immò,
Non licet? 18. At verò Iesus (qui novit eorum
Nequitiam) dicit; Quid memet (Hypocritæ) *adorti*
Tentatis? 19. Numisma mihi *atqui* ostendite census.
Hj sed-enim-verò ostendunt denarium, eidem
Oblatum. 20. Tunc ipsis dicit, cuius imago
Est hæc, atque inscriptio? 21 Dicunt (Cæsaris) ipsi.
Dicit tunc illis; Ea quæ sunt Cæsaris, ergo,
Reddite Cæsari; & illa Deo, quæcunque Dei sunt.
22. Quandò audivissent *hoc* ergò, mente stupentes
Admirati sunt, ipsoque abiêre relicto.
23. Quem Sadducæi die in illô tunc adierunt,
(Hj qui dicunt, quòd non est surrectio rursus)
Percontati sunt & eum: 24. Dicendo, Magister;
Moses dixit; si fuerit quis mortuus, hic si
Non habeat proles, affinis iure, quòd eius
Vxorem frater ducet, quò suscitet eius
Hic semen fratri. 25. Sed apud nos porrò fuerunt
Septeni fratres; Vxore & primus *eorum*
Ductâ obijt: Nec semen habens, linquebat eandem
Ipsiùs fratri. 26. Simili quoque sorte secundus,
Tertius atque etiam, septenum donec adusque.
27. Post omnes autem, mulier quoque mortua cessit.
28. Propterea, quandò fiet surrectio rursus,
Vxor cuius erit de septem? Omnes quòd habebant
Illam. 29. Respondens his autem dixit Iesus;
Errantes estis, scripturas néuve scientes,
Neuve Dei virtutem. 30. Quando namque resurgent,
Vxores minimè ducent, nuptúmve dabuntur

Mar.12.13
luc.20.20.

Rom.13.7

Mar.12.19
luc.20.27.
Act.23.6
Deut.25.5

Angeli

Angeli vt immò Dei in cœlô sunt *inde futuri.*
31. Porro resurgendi articulum de morte solutis
Quod spectat; num non legistis, quid fuit illud
Exod.3.6. A dicente Deo dictum vobis? 32. Ego *nempe*
Sum Deus ille Abrahámi; Isaäc & Deus ille;
Et Deus ille Iacobi. Non Deus est Deus iste,
Morte solutorum; vita *Deus* immò fruentûm.
33. *Istæc* audiuisset quando turba, stupore
Percellebatur doctrinâ tum super eius.
Mar.12.28 34. Quum verò audissent Pharisæi, obstructa quòd ora,
Istis Sadducæis occlusisset, in vnum
Conueniunt: 35. Percontabatur & vnus eorum,
Interpres *qui* legis *erat*, tentauit eumque. (gister?)
36. Dicens; Quod magnum est mandatum in lege (ma-
Deu.16.5. Iesus autem dixit ad illum: 37. Dilige totô
Mar.12.31. Ex tibi corde Deum Dominum; tibi totâ animaque,
Viribus ex mentis *totius* deniq; totis.
38. Est istud primum mandatum, precipuumque.
Mar.12.35. 39. Huic simile *existit mandatum* deinde secundum:
Dilige eum, qui proximus est tibi, vt ipse teipsum.
40. Ex istis *siquidem* mandatis tota duobus
Complendis dependent lex simul atq; Prophetæ.
Luc.10.41 41. Deinde coactis his Pharisæis quærit Iesus
Ex illis, dicens. 42. Quid vobis (*quæro*) videtur,
Illô de Christô? Cuiusnam Filius *hic* est?
Affirmant ipsi, Dauidis. 43. Dicit eisdem;
Ergò, quomodò Dauid eum *dictante* vocauit
Ipso Spiritû *ei*, Dominum, quum dixerat, aiens;
Psal.110. 44. Ipse meus Dominus Domino dixit, mihi dextræ
Assideas, donec supponam more scabelli,
Hostes *esse* tuos pedibus tibi. 45. Si (ergò) vocârit
Dauid eum dominum; Qui existit filius eius?
46. Reddere responsum poterat cui deniq; nemo:
Sed neq; porrò die quisquam fuit ausus ab illâ
Amplius ex ipso *quicquam* querendo mouere.

CAPVT. XXIII.

TVnc Iesus turbę, eius discipulisq; loquutus,
2. His ait in Cathedrâ Mosis Scribę & Pharisęi
Consessum retinent. 3. Quę vobis (ergo) loquuti
Seruanda edicent; seruabitis & facietis
Omnia: Sed iuxtà quę facta operantur ijdem,
Non facietis. Sunt etenim sermone loquaces,
Et sunt nequaquam factis præstare parati.
4. Namq; ligant onera *hi* grauia, & quę dura ferendo
Vix ea portari possunt, humeris hominûmq;
Ipsamet imponunt; nolunt tamen illa mouere
Siue suô digitô. 5. Quę operantur opuscula verò
Cuncta sua efficiunt, vt prospectentur *apertè*
Vultibus abs hominum. Sua Phylacteria quippe
Dilatant, simul atq; extremas vestibus oras
Producunt. 6. Adamant in cœnis accubitusq;
Primos, primas in conuentibus atque cathedras.
7. Inq; foris donatos esse salute frequenti,
Abs hominum *turmis* Rabbi, Rabbíque vocari.
8. Vos atenim-verò, Rabbi nolite vocari:
Quandò quidem Doctor vobis est vnus is ille,
Nimirum Christus: Fratres vos estis at omnes.
9. Et patrem vestrum nullum in tellure vocetis;
Vester enim Pater est in cœlis vnicus ille.
10. Insuper & Doctores nolitote vocari:
Doctor enim vobis, est Christus is vnicus ille.
11. Maximus at vestrûm, vester fiet ipse minister.
12. Extollet porro qui sese, deijcietur:
Et qui se dimiserit, exaltabitur ille.
13. Væ sed (Hypocritę) *erit* vobis, Scribę & Pharisęi,
Cœlorum regnum quoniam præcluditis ante
Introitus hominum: Vos intrò namq; nec itis,

2.Esdr.8.4
Luc.11.46
act.15.10.
Num.15.38
deut.6.8.& 22.12.
Mar.12.38
luc.11.43.
& 20.46
Malac.1.6.
Luc.14.11.
& 18.14.
Luc.11.52

Nec permittitis intro-euntibus intro-eundi
Esse facultatem. 14. Vobis Scribę & Pharisæi, (Mar.12.40 Luc.20.47.)
(Dissimulatores) væ; quippe domos viduarum
Exeditis, specieq; precum *glutitu hiantes*
Has prelongarum: condemnans accipietis
Ergò iudicium grauius. 15. Scribę & Pharisæi
(Dissimulatores) væ vobis, quòd mare circum-
Itis, & arentem proselytum vt efficiatis
Vnum, quum fuerit quoque factus; redditis illum
Conditione duplâ prolem magis esse Gehennæ,
Quam vos *stent.* 16 Vobis væ *dum* lumine capti,
Esse duces *vultis*, qui *hac* estis verba loquentes;
Quisquis per templum iuraverit, *id* nihil esto:
Verùm, in[illegible] templi quicunq; per aurum;
Hic reus est. 17. Stulti & cœci, vtrum maius an [illegible]
Namq; est an templum, quô sanctificabitur aurum?
18. Atq; per altare ecquisquam iurauerit; esto
Id nihil: at quisquis per donum, quod super ipsum
Est, iurauerit *hic* reus est. 19. Fatui, & quoque cœci,
Vtrum maius enim, munúsne altare vel est, quod
Sanctificat munus? 20. Siquidem iurauerit ecquis
Quando per altare; est hic [illegible] *tumq;* per ipsum,
Tumq; per omnia quę *[illegible]* sunt super illud.
21. Et qui per templum iurauerit, ille per ipsum (3.Reg.8.13 2.par.6.[illegible])
Iurat, item per eum qui habitans existit in illô.
22. Qui iurauerit & per cœlum; per thronum is ipsum
Divinum iurat, per eundem in eoq; sedentem.
23. Væ vobis Scribæ, & Pharisęi, hypocritę *habendi*: (Luc.11,48)
Quandoquidem, mentham, simul & decimatis anethum,
Atq; cuminum: quę grauiora & omittitis illa
Legis iudicium, affectum miserantis amantem,
Atq; fidem: facere hęc [illegible] oportuit, & *tamen* illa
Non pretermisisse. 24. Duces queis lumen ademptum,
Qui percolatis culicem, sorbendo camelum.
25. Væ vobis Scribę & Pharisæi, hipocritę habendi: (Luc.11.39.)
Purgatis quoniam partem quę est extima poc'li,
Atq; etiam patinę; tamen intus plena rapinâ,

Atq;

Atque intemperiê sunt isthæc. 26. Cæce, quod intrà
Est, Pharisæe, priùs purges poc'li, patinęque,
Vt purum reddi quoque posset idem quod & extra.
27. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, Hypocritæ *habendi*,
Estis consimili qui conditione sepulchris
Nempe dealbatis, speciosa quidem, quòd ad extra,
Apparentia sunt; intus sunt ossibus autem
Plena peremptorum, quæcunq; immundiciâq;
28. Sic etiam quoque vos, hominûm conspectibus extrà
Iusti apparetis, pleni veruntamen intus
Estis hypocrisi, iniquâ iniustitiaq; repleti.
29. Væ vobis, Scribæ, & Pharisæi, Hypocritę; vt illi
Quippe sepulchra prophetárum qui exędificatis,
Atq; exornatis iustorum qui monumenta.
30. Dicitis atq; fuissemus si quandò diebus
In patrûm nostrorum, tunc essemus eorum
Nequaquam socij, *polluti* (sanguine fuso)
Cæde Prophetarum. 31 Sic vos aduersus & ipsos
Estis testantes, soboles quòd sitis eorum,
Nempe trucidantûm *violenta morte* prophetas.
32. Vos quoque mensuram vestrûm complete parentum.
33. Serpentes de viperea putredine creti,
Quomodo *vos demùm procul* effugiendo Gehennæ,
Iudicium condemnans evitare queatis?
34. Ad vos (En) ego propterea delégo Prophetas,
Et sapientes, & quoque Scribas: ex & eisdem
Occidetis, item cruci-figetisq; flagellis,
Et conuentibus in vestris cædetis eorum
Nonnullos, & in vrbem dispelletis ab vrbe.
35. Omnis nempe super veniat quòd sanguis inundans
In vos, effusus, iustus de tempore Abelis
Illius iusti tellure super; Zachariæ
(Qui Barachiæ natus erat) quoadusq; cruorem.
Inter templum quem vos atq; altare necastis.
36. Amen dico vobis; isthæc cuncta futura
Euenient; adeoq; ætatem etiam super istam. (catrix,
37. Vrbs Solyma, O Solyma vrbs, truculentâ morte ne-

2. Par. 24 22

Luc.13.34. Sęva Prophetarum, lapidans ipsos sibi missos;
Collegisse tuas volui quoties *ego* proles,
4.Esd.1.30 Sic veluti gallina suos sibi congregat alis
Ipsa sub ipsius pullos, & non voluisti.
38. Vestra erit ecce domus vobis deserta relicta.
39. Diço etenim vobis, nequaquam tempore memet
Aspicietis ab hoc, dicetis, donec adusq;
Nomine qui venit in Domini, benedictus is *esto*.

CAPVT. XXIIII.

Mar.13.1 luc.21.5.& 19.44. EGressus porrò de templô, exiuit Iesus,
Accessêreq; discipuli eius, vt ædificatam
Ipsi structuram possent ostendere templi.
2. Iesus autem dicit eis Numquidne videtis
Isthęc omnia? Vobis (Amen) dico; relictus
Nullus erit lapis hîc lapidem super, ille solutus
Quin erit à reliquis structuris funditùs omnis.
3. Ipso tunc Olearum porro in monte sedente,
Accessêre ad eum priuatim discipuli *eius*,
Dicentes, hęc quando fient, dicito nobis,
Aduentusq; tui, quod signum, sæculi eritq;
Ephes.5.6. colos.2.18. Consummandi. 4. Tunc respondens dixit Iesus
Ipsis; Seducat né vos quiscunque, videte,
5. Namq; meô venturi sunt sub nomine multi,
Dicentes; Ego Christus sum. Multos etiamq;
Seducturi sunt. 6. Audituri tamen estis
Bella, & rumores bellorum: *porro* videte,
Ne turbemini, oportet enim *hac* fieri omnia: Verùm
Nondum finis erit. 7. Gens insurget quia contra
Gentem, regnumq; in regnum: pestesq; futurę;
Suntq; fames, terręq; tremores, per loca quæque.
8. Hæc verò omnia *erunt* exordia prima dolorum.
Supr.10.17 9. Tunc affligendos vos tradent, vosq; necabunt:

Omni-

Omnibus exosi estis Gentibus atq; futuri,
Nominis è ratione mei. 10. Atq; offensio multis
Tunc erit: Alterutrum prodent alios alijque,
Atq; alios alij detestabuntur vtrinque.
11. Exorti surgent & multi pseudoprophétę,
Seducturi & sunt multos. 12. Et multiplicata
Quando-quidem violatio iuris iniqua vigebit,
Ergo refrigescet multis dilectio chara.
13. Vsq; sed ad finem constans qui sustinet, ille
Salvus erit. 14. Simul-atq; palam narrabitur istud
Regni Euangelium, in terrâ generaliter omni,
Gentibus omnibus vt foret hoc in testificatum;
Quô factô; veniet tum consummatio demùm.
15. Propterea, quum conspicietis, quanta futurâ
Monstrosa, horrenda, informis, vastatio fiet,
Hanc ipsam, quę dicta est à Daniele Prophetâ,
Esse locû in sanctô positam; quisquis legit; ille
Esto anima'dvertens. 16. Fugiant in monticulosa
Tunc *loca*, qui in Iudęæ sunt regione futuri.
17. Nequaquam descendit, qui *est* solariô in eius,
E domô vt ipsius quicquam desumere posset.
18. Néuve reuertatur quiscunq; profectus in agrum,
Auferat vt secum sua vestimenta *relicta*.
19. Væ sed-enim prægnantibus, & lactantibus ipsis,
His in temporibus. 20. Veruntamen este precantes,
Né sit per brumam, per Sabbata nec fuga vestra.
21. Quandoquidem tunc est compressio magna futura,
Qualis ab ipsâ non fuit anteà origine mundi,
Tempus ad hoc instans, nec erit *quandoq;* futurum.
22. Atque dies nisi decurtati sint priùs illi;
Seruaretur nulla caro, propter tamen ipsos
Electos, exinde dies sunt abbreviandi.
23. Tempore quô, vobis si quisquam dixerit; Ecce,
Hic Christus, sive hic, nequaquàm credite. 24. Surgent
Falsi quandoquidem Christi, falsiq; prophetę,
Edent signaq; magna, *sed* & miracula, sic vt
Ipsos electos etiam seducere possent,

luc. 21. 12. iohan. 15. 20. & 16. 2.

Mar. 13. 14. luc. 21. 20. Dan. 9. 27

Act. 1. 21.

Mar. 13. 21. luc. 17. 23.

Si posset fieri. 25. Vobis prius En ego dixi.
26. Si vobis ulli dicturi sint, ideoque,
En in deserto est; non egrediamini eodem.
En, *seu dicant* in conclauibus *est*; Neq; verbis
His adhibete fidem. 27. Quia fulgur vt exit ab ortu,
Donec in occiduum comparens, emicat vsque;
Filij is est hominis sic aduentusq; futurus.

Luc. 17. 37. 28. Illuc, est vbicunq; futurum namque cadauer;
Protinus aduolitant aquilæ glomerando gregatim.

Marc. 13. 24. luc. 21. 25. esa. 13. 10. ezech. 32. 2. ioel. 2. 31. & 3. 15. Apoc. 1. 7. dan. 7. 13. zach. 12. 11 1. Cor. 15. 52. 1. thes. 4. 16

29. Illicò transactâ pressura porrò dierum
Illorum, sol obscurabitur, haud dabit atque
Luna suum lumen, stellæ sunt atq; casuræ
E cœlô; atque potestates sunt concutiendæ
Cœlorum. 30. Deinde apparebit Filij in ipsô
Cœlo tunc hominis signum: tum deniq; plangent
Terrę, sunt quæcunq; tribus, simul atque videbunt
Filium *adesse* hominis, venientem in nubibus illum
Cœli, cum virtute potenti, & gloriâ abundâ.
31. Angelicasq; suas *turmas* emittet, & eius
Voce tubæ cum magna electos vndiq; cogent,
Quattuor à ventis, extremo vertice ab *vno*
Ipsorum, extremum cœlorum verticem ad *alteram*.
32. Collatum exemplum discatis ab arbore fici;
Quando tener fit ramus ei, folia & sua nata
Germinat; æstatem cognoscitis esse propinquam.
33. Sic etiam vos, ista videbitis omnia quando,
Prę foribus propè adesse *diem* scitote, quòd instat.
34. Dico Amen vobis; ætatem prętereundam
Non hanc, donec erunt completa hęc omnia factû.

Marc. 13. 32. 35. Cœlum transibunt & terra, mei tamen isti.
Sermones non pertransibunt. 36. De tamen illô
Adueniente die, deque ipsâ nemo scit horâ.
Immo nec Angeli in ipsis cœlis, vnicus atqui
Ille Pater meus. 37. Immo dies *per tempora* Nöe
Vt *fuerant*; hominisq; adventus Filij *in orbem*

Luc. 17. 28 genes. 7. 5. 2. pet. 3. 2. Sic erit ipsius. 38. Velut illis namq; diebus,
Diluvio *qui praecesserunt, tunc &* edebant,

Atq;

Atque bibebant; vxores duxêre, dederunt
Et nuptûm, vel adusque diem quô intrauit in arcam
Nöe. 39. Et diluvium non agnouêre, priusquam
Aduenisset *in illos* omnes susq; tulisset:
Filij itemq; hominis simul ille perinde futurus
Sic erit aduentus. 40. Duo erunt quô tempore in agrô; *Luc.17.35. 1.thes.4.17*
Vnus & accipietur, & alter reijcietur.
41. In pistrino *porro* duæ *frumenta* molentes,
Assumenda erit vna, sed altera reijcietur.
(In lectô bini pariter simulatq; cubabunt,
Assumptusq; erit vnus eorum, alterq; relictus)
42. Propterea sitis vigiles, horam quòd eandem
Nescitis, Dominus vester quâ namq; redibit. *Mar.13.35. Luc.12.39 2.the.5.2. apoc.16.18.*
43. Illud enim-verò scitote, Pater-familiaris
Si sciret, custodiâ in ecquâcunq; veniret
Fur, vigilaret, nec sineret sibi perfodiendam
Esse domum. 44. Quocircà & vos estote parati:
Illâ quâ non quippe putaretis estis in horâ,
Filius est hominis tunc aduenturus *in orbem*.
45. Quapropter, quis servus is est, *qui est* ille fidelis, *Luc.12.42.*
Et prudens Dominus famulatum quem super eius
Constituit, quòd eis alimentum in tempore reddat?
46. Ille beatus erit servus, quum venerit eius,
Quem Dominus facientem sic inuenerit. 47. Amen,
Vobis dico, quòd ille bonis super omnibus eius
Ipsum præficiet. 48. Verùm si dixerit ecquis
In corde ipsius, servus malus ille, Moratur
Ipsius aduentum Dominus meus: 49. Incipietq;
Verbere conseruos sibi, percutiendo ferire:
Quin-etiam cum ebrijs edat & bibat. 50. Illius in quô
Ipse die *Dominum* non expectabit; & horâ
Quam non scit, Dominus serui est venturus. 51. Eumq; *Supr.13.42. infr.25.33*
Secernet, partem sed & assignabit eidem,
His cum qui sunt *dissimulando vt* hypocritæ *habendi*.
Illic fletus, stridor dentibus estq; futurus.

CAPVT. XXV.

VIrginibus simile esse decem quô tempore fiet
Regnum cœlorum, quæ lampadibus sibi sumptis
Egrediendo suis, tendunt occurrere sponso.
2. Atqui-verò quinq; fuerunt inter easdem
Prudentes, sed & insipientes quinq; fuerunt.
3. Lampadibusq; suis acceptis, insipientes
Secum non oleum *fotâm* sumpsêre *lucernas.*
4. Prudentes oleum veruntamen accipiebant
Ipsorum in vasis, cum lampadibus simul vnà.
5. Quæ sed-enim-verò, (sponsô tardante) moratę,
Nictarunt omnes, & concessêre sopori.
6. Clamor at exoritur mediâ de nocte subortus:
Ecce venit Sponsus, progressę occurrite eidem.
7. Virginius simul assurrexit tunc chorus omnis,
Quæ sed & aggressę sunt exornare lucernas:
8. Illę tum verò fatuę prudentibus aiunt;
Ex oleô vestrò date nobis, quippe lucernæ
Nostrę extinguuntur. 9. Responderunt tamen ipsis
Istę prudentes, dicentes, *Immo negamus,*
Nē non sufficiat nobis, vobis etiamque.
Ite ad eos potiùs qui vendunt, sitis ementes
Atq; ipsę vobis ipsis. 10. Abeuntibus autem
His emptum, venit sponsus, tunc atq; paratæ
Quæ fuerant, ad connubij festum introierunt
Vnà cum *sponso*: simul atq; est ianua clausa.
11. Virginibus verò posthæc venientibus illis,
Quæ reliquę fuerant; Domine, O Domine, *ingeminantes,*
Dixerunt; Aperito nobis. 12. Attamen ipse
(Dico Amen vobis, vos nescio) retulit, aiens.
13. Proptereà sitis vigilantes, quippe quòd illum
Neuvè diem, neuve horam illam cognoscitis in quâ

Supr. 24.43. marc. 13.33

Filius

Filius est hominis venturus. 14. Namq; perinde *est*, *Luc.19.12.*
Ac homo, qui peregrè proficiscens, quando vocârit
Ipse suos servos, bona tunc sua tradidit illis.
15. Insimul huic equidem tradebat quinq; talenta;
Tradidit ast alij duo; at alt'ri *tradidit* vnum,
Vnicuique facultatem *tribuendo* secundum
Ipsiûs propriam: Peregrè mox estque profectus.
16. Perrexit verò qui accepit quinq; talenta,
Atque negotia agens, simul altera quinque talenta
Ex illis fecit. 17. Qui bina itidem quoque cœpit,
Exponens, lucratus ab his est altera bina.
18. Discedens isthîc verò qui cœperat vnum,
In terrâ defodit idem, Dominiq; recondit
Ille sui argentum. 19. Post multum temporis autem,
Istorum Dominus servorum venit, & idem
Cum servis illis rationem ponit habendam.
20. Tunc ille accedens qui accepit quinq; talenta,
Attulit altera quinque talenta, *illi* (Domine) aiens;
Quinque talenta mihi tradebas, altera quinque
(Ecce) talenta supra, quæ sum lucratus ab illis.
21. Ipsiûs Dominus tum verò dixit ad illum,
Est bene, serve bone, atque fidelis; *quando* fuisti
Rebus in exiguis *supra tam pauca* fidelis,
Constituam *rebus* te multis *posse* præesse:
Gaudium inire tui Domini sis ingrediendus
22. Accedens sed & is, qui accepit bina talenta;
Ista talenta mihi Domine (inquit) bina dedisti;
Bina alia (En) ab eis lucratus sumq;. 23 Ait illi
Ipsius Dominus; Bene, serve bone, atque fidelis,
Quandoquidem fueris supra *tam* pauca fidelis,
Constituam *rebus* te multis *posse* præesse.
Gaudium *habere* tui Domini *simul* ingrediare.
24. Accedens qui porrò talentum acceperat vnum,
Esse hominem durum cognovi te (Domine) inquit;
Quippe, metes vbi non sevisti, cogas sed & inde,
Non vbi sparsisti. 25. Timidus quapropter abivi,
Occuluiq; tuum *fossa* in tellure talentum:

Ecce,

Ecce, tibi quod debebatur, *rursus* habeto.
26. Eius respondens Dominus sed dixit ad illum;
Serve male, atque ignave; sciebas *tu ne* memet
Esse metentem, non vbi sevi; cogere & inde,
Non vbi sparsi? 27. Te committere oportuit, ergò,
Argentum exponendo meum, vt mensarij haberent:
Atque recepissem veniens cum fœnoris auctû
Ipse meum. 28. Quapropter ab illo auferte talentum,
Contribuatis ei, qui habet atque talenta decena.

Supr. 13. 10 mar. 4. 25. luc. 8. 18. & 19. 26. Supr. 8. 12 22. 13.

29. Omni nam tribuetur habenti, augebitur atque,
Sed qui non habet, hoc etiam tolletur ab illô,
Quicquid habet. 30 Servumq; etiam quòd inutilis extat,
In tenebras hunc exteriores eijciatis;
Illic fletus, stridor dentibus estque futurus.
31. Filius ast hominis cum maiestate reversus
Quum suâ erit, sanctis comitatus ab omnibus eius
Angelicis turmis; tunc ille thronum super eius
Est maiestatis sessurus. 32. Quum simul omnes
Ante ipsum gentes cogentur, dividet atque
Abs alijs alios secernens ipse seorsim,
Sicut pastor oves secretim ponit ab hædis.
33. Atque equidem sibi sistet oves à dexterâ; at hædos
Inde sinistrorsùm statuet. 34. Quò tempore dicet
Rex his qui sibi erunt à dext'ris; *vos* benedicti
Patris adeste mei, Regnum quò possideatis,
Quod fuit hærêdum vobis de iure paratum,
A fundamentis proiectis ipsius orbis.

Esa. 58. 7. ez. ech. 18. 7.

35. Esurij siquidem, mihi vescier atque dedistis:
Quum sitis vrebat, mihi potum porrò dedistis:
Hospes eram, simul & me collegistis *in ædes*:

Eccles. 7. 39

36. Nudus; opertum me & curastis vestibus esse:
Ægrotavi; me *vos* inuisistis & *ægrum*:
Carcere clausus eram; venistis me quoq; visum.
37. Cui iusti tunc respondentes, Te (Domine) aient,
Quando vidimus esurientem; pavimus & te?
Sive siti pressum, dedimus tibi denique potum?
38. Vidimus hospitiô te verò quando carentem,

In

In nostrasque vagum tete collegimus *ædes?*
Aut nudum, curavimus & *te* veste tegendum?
39. Aut ægrotantem quando te vidimus *esse?*
Aut inclusum carcere quando; & venimus ad te?
40. Tunc respondendo rex illis, inquiet; Amen,
Dico vobis; Id fecistis quatenùs vni
Ex minimis mihi fratribus his; mihi *scilicet* ipsi
Fecistis. 41. Tunc dicit & his qui *astando* sinistræ
Sunt: A me (maledicti) æternum abeatis in ignem,
Qui pro dæmonio, Angelicisq; *cohortibus* eius,
Ante paratus erat. 42. Namq; esurij; atque dedistis
(Quod manducarem) mihi nil. Ardore sitivi;
Omninò nihil atque mihi potare dedistis.
43. Hospes eram; non & me collegistis *in ædes:*
Nudus; & haud amicivistis me: Ægrotus; *eram*que
Carcere clausus; & haud invisere me voluistis.
44. Tunc respondebunt ipsi, dicent & eidem;
Vidimus ecquando nos te (Domine) Esurientem,
Aut sitientem, aut hospitem, amictû sive carentem,
Aut ægrotantem *conclusum* carcere sive;
Atque ministeriô tibi non subvenimus? 45. Aiet,
Respondens quò tempore ad ipsos: Inquio vobis
Amen; Haudquaquàm fecistis quatenùs vni
Ex istis minimis; mihi nec fecistis *idipsum.*
46. Isti perpetuum cruciatum tunc & adibunt:
Ad vitam iusti *transibunt* atque perennem.

Psal.6.9.
supr.7.23.
luc.13.27.

Dan.12.2.
iohan.5.29.

Caput XXVI.

Et factum est, sermones quùm hos finisset Iesus
Omnes discipulis ipsius; 2. Noscitis (inquit)
Post biduum fore Pascha: Hominis quoq; filius ille
(Figi posse cruci) tradetur. 3. Porrò coacti

Marc.14.1
luc.22.1.
Iohan.11.47

Tumq;

3. Tumq; Sacerdotûm primores, tum quoque Scribæ,
Tum populi Seniores congrediuntur in aulam
Summi Pontificis, Caiáphe nomine dicti.
4. Et consultarunt, vt fraude prehendere possent,
Atque trucidarent Iesum. 5. Veruntamen aiunt;
Non in festô, ne in populô sit fortè tumultus
Factus. 6. Béthaniȩ verùm quandò esset, in æde
Simonis leprosi Iesus. 7. Venit ad illum
Fœmina, habens valdè pretiosi vnguenti Alabastrum,
Atque super caput accumbentis fuderat eius.
8. Eius Discipuli tum verô quando viderunt;
Indignabantur, dicentes; Perditio isthæc
Quorsum? 9. Quandoquidem potuit divendier istud
Vnguentum magnô, largiri pauperibusque.
10. Hoc atquì verò quùm cognovisset Iēsus,
Ipsis dicebat; Cur *obstreperando* molesti
Isti *sic* estis mulierclæ? Namque opus illa
Ergà me est operata bonum. 11. Quòd habebitis omni
Tempore cum vobis inopes: non me tamen omni
Tempore habebitis. 12 Hoc vnguentum namq; quòd illa
Corpus in immittendo meum diffuderit; egit
Id mihi, quod fieret celebrandi funeris instar.
13. Amen dico vobis; Est vbicunque futurum
Hoc Euangelium narrandum, publicè in orbe
Totô divulgabitur id quod fecit & illa,
Commemoretur vt hæc. 14 Porrò tunc vnus eorum,
Qui fuerant duodeni, ab eis discessit, Iūdas
Iscariótes dictus, ad ipsos sacrificantes
Qui primarij erant. 15 Quibus inquit; Quid mihi vultis
Elargiri, & eundem vobis ipse ego tradam?
Hi verò triginta illi appendêre monetas
Argenti. 16. Atque ab eô quæsivit tempore tempus
Opportunum, quomodo tradere posset eundem.
17. Porrò *die* primô, quô debent mandere panes
Infermentatos, ad Iēsum discipuli eius
Venerunt, dicentes illi; Vis vbi *demum*
Ad manducandum tibi Pascha parare queamus?

Mar 14.3. *Iohan*.12,3.

Deut,15.11

Mar.14.12 *luc*.21.4.

Marc.14.12. *luc*.22.7.

18. Ad

18. Ad quendam (dicebat at hic,) abeatis in vrbem,
Et dicetis ei; Præceptor dicit, adesse
Tempus nunc instando meum; Celebrabo apud *ades*
Pascha tuas, cum discipulis mihi. 19. Discipuliq;
Fecerunt, sicut Iesus præceperat ipsis:
Atque paraverunt *comedendum* Pascha *futurum*.
20. Cum duodenis (esset serum quumq; diei)
Discubuit. 21. Dicebat item, (comedentibus ipsis,)
Amen dico vobis; Vestrûm quippe quòd vnus
Me prodet. 22. Qui contristati tunc vehementer,
Dicere cœperunt, *quærentes* singuli eorum; (inquit,
Num (Domine) *iste* ego sum? 23. Respondens ipse sed
Ille manum catinô mecum qui intingit in istô,
Me prodet. 24. Revera hominis qui est Filius ille
Vadit, sicut scriptum est de illô; homini tamen huic væ,
Filius est hominis per quem prodendus: eidem
Præstasset, si natus homo non ipse fuisset.
25. Respondens autem Iudas, qui prodidit illum,
Dixit; Númne ego sum, Rabbi? Qui dixit eidem;
Tu dixisti. 26. Iesus sed comedentibus ipsis,
Accipiens panem, & benedicens, fregit *eundem*,
Discipulisq; ipsis dedit, atque ait; Accipitote,
Manducate: est hocce meum corpus. 27. Calicemq;
Accipiens, & agens grates, ipsis dedit, aiens;
Ex istô bibite omnes. 28. Sanguis enim meus hoc est,
Fœderis ille novi, *sanguis* qui effunditur ille
Pro multis, vt sint ipsis peccata remissa.
29. Dico autem vobis, quòd ab istô tempore, fructû
Ex istô vitis non porrò bibam, quoad illum
Vsque diem, sum quando novum bibiturus idipsum,
Vnà vobiscum regnô mihi Patris in ipsô.
30. Et quando cecinissent hymnum, tunc olearum
In montem exibant. 31. Tunc illis dicit Iesus
In me nocte omnes vos offendimini in istâ.
Est siquidem scriptum; Pastorem verbere cædam,
Dispergentur ovesq; gregis. 32. Sed quandò resurgam,
In Galilæam vos præcedam. 33. Petrus at illi

Mar. 14.18
luc. 22.14
iohan, 13,21

1 *Cor.* 11.24.

Mar. 14.27
iohan. 6 30.
& 18.8.
Zach 13.7
Mar 14.28.
& 16.7.

Respon-

Respondens dixit; Licet omnes scandala passi
In te sint; patiar *nihilominùs ipse* ego nunquam
Iohan.13.38. *In te* offendiculum. 34. Iesus dicebat ad ipsum;
Amen dico tibi, quòd in istâ nocte, priusquàm
Gallus cantabit; ter memet *tute* negabis.
Mar.14.31. 35. Dicit ei Petrus; Quamvis vel oporteat vnà
Luc.22.39. Tecum me interimi, non te inficiando negabo,
Omnes discipuli simili dixêre modoque.
36. Vnâ cum hisce, locum tunc Iesus venit in illum,
Qui Geth-sémáne appellatur, discipulisque
Hic (ait) este sedentes, donec adusque, vacatûm
Hinc illùc abiens precibus, secessero, vt orem.
37. Assumptoq; Petrô, Zebedes natisq; duobus,
Cœpit tristari, mœrore gravissimè & angi.
38. Tunc Iesus affatur eos; Ad mortis agonem,
Est anima vsque mihi mea contristata dolore:
Hic maneatis, & vnà mecum pervigiletis.
39. Eius & in faciem (progressus deinde pusillum)
Procumbendo, precesq; profundens; Mi Pater (inquit,)
Si modò possibile est, à me fac transeat istud
Poc'lum. Non tamen vt volo ego, veruntamen vt tu.
40. Tunc ad discipulos accessit, eosq; sopore
Repperit oppletos; & Petro siccine dicit,
Anne horam potuistis non vigilare vel vnam
Vos mecum? 41. Vigilate, orateque, ne introeatis
In tentamen. Promptus Spiritus ipse profectò,
Ast infirma caro *est*. 42. Abijt rursumque secundò,
Atque preces profudit, dicens; Mi Pater, hoc si
Non à me poc'lum poterit transire; sed illud
Immò bibendum sit; tua facta sit ista voluntas.
43. Et quum venisset rursum; indulgendo sopóri
Repperit hos, oculi fuerant his namq; gravati.
44. Oratûm rursus discessit, eisque relictis,
Tertiò & orando, sermonem dixit eundem.
45. Tunc ad discipulos ipsius venit, & illis,
(Quod superest, dormitote, & requiescite,) dicit:
Ecce, propinquavit *nunc instans* ipsamet hora;

Filius

Filius ille hominis tradetur *proditione*
Inque manus peccata patrantûm. 46. Surgite, eamus;
Ecce, propinquavit meus est qui proditor ille.
47. Dum loqueretur & ipsemet hæc; En, venit Iudas,
Ex ipsis vnus duodenis, multaque turba,
(Cum gladijs, cum fustibus, illum suntque sequuti,)
Quæ de Pontificûm primoribus, & Seniorum
E populi *turmis missa est*. 48. Qui prodidit illum,
Signum porrò dedit, dixitque *cohortibus* istis;
Oscula cui dedero, is est; retinebitis illum.
49. Confestim simul atque accedens hic ad Iesum,
Dixit; Ave Rabbi: Cui mox sed & oscula fixit.
50. Atqui verò Iesus illi dixit; Amice,
Quorsùm venisti? Tunc accessêre, manusque
Iniecêre in Iesum, & cum tenuere prehensum.
51. Vnus & (En) ab eis qui Iesum sunt comitati,
Extendendo manum, gladium distrinxerat eius,
Pontificis summi percusso denique servô,
Abstulit huic aurem. 52. Iesus tunc dicit ad illum,
Convertas gladium locum in eius. Quippe quòd omnes,
Qui gladium accipient; gladij *mucrone* peribunt.
53. Arbitrére meum me nunc non posse precari
Patrem, qui plures duodenis huc mihi legi-
ones, angelicos sistet. 54. Sed quomodo demùm
Tunc ergò possent Scripturæ implerier illæ,
Quæ dixêre, modô fieri quòd oporteat istâ?
55. Illâ *tum verò* Iesus dicebat in horâ
Turbæ; Me tanquam latronem ex'-istis adorti,
Vnà cum gladijs & fustibus, ire prehensum
Memet posse, docens qui quotidie ipse sedebam
Inter vos, templi nec me prâ'ndistis in æde.
56. Est hoc sed totum factum, implerentur vt illæ
Scripturæ, quas prædixerunt ata Prophetæ.
Omnes discipuli tunc (ipso deinde relictô)
Aufugêre. 57. Sed hi Iesum abduxêre prehensum,
Pontificem ad summum Caipham, *tunc* vbi Scribæ
Convenêre simul, Seniores suntque coacti.

58. Ve-

Mar. 14. 43. luc. 22. 47. Iohan. 18. 3.

Gen. 9. 6. apoc. 13. 10.

Esa. 53. 10

Supr. 14. 31.

Mar. 14. 53. luc. 22. 54. Iohan 18. 14.

58. Verum-atenim-verò tum Petrus ponè sequutus,
Hunc intervallô longô, *prorepsit* in aulam
Pontificis summi, qui ingressus vt esset & intrò,
Vnà cum asseclis finem spectare sedebat.

Mar.14.53 59. Porrò Sacerdotes primores, & Seniores,
Et totus consessus, falsum testificatûm
Quærebant contra Iesum, quò morte necandum
Procurare ipsum possent. 60. Non inveniuntque;
Immò, nec inveniunt etiam, quum falsa loquuti
Accessissent multi testes: advenientes
Postremò at falsi *producti sunt* duo testes;

Iohan.2.19. 61. Qui dixerunt; Iste Dei dissolvere templum
Possum, dixit, idem triduoq; reædificare.
62. Exsurgensq; Sacerdotûm princeps, ait illi;
An nil respondes? Quid *id est* quod testificantur
Isti adversum te? 63. Iesus sed porrò silebat,
Respondensq; Sacerdotûm princeps, ait ipsi;
Te te adiuro Deum per vivum; dicito nobis,
Christus es ipse Dei tu numquid Filius ille?
64. Dicit ei Iesus; Dixisti tu: tamen aio

Supr.16.19 Vobis; visuros abs istô tempore vosmet,
rom.14.10 Hunc hominis qui Filius est, virtutis adesse
1.thes.4.14 Ipsius ad dextram pro maiestate sedentem,
Qui est Deus, & cœli venientem in nubibus esse.
65. Iste Sacerdotum princeps tunc dilaceravit
Vestimenta sibi, dicens; blasphema sonavit:
Amplius an simus nos testibus ecquid egentes?
En nunc audivistis eum blasphema loquutum.
66. Quid vobis visum? Responsum dant at ijdem,

Esa.50.6. Dicentes; Mortis reus est. 67. Tunc inspuere eius
In faciem satagunt, colaphos infligere eique,
Ast alij palmis feriunt. 68. Qui vaticinare
Nobis (Christe) aiunt; qui te percussit, is est quis?

Mar.14.66 69. Exteriùs verò Petrus consedit in aulâ,
luc.22.55. Accessitq; ad eundem quædam ancillula, dicens;
iohan.18.25. Vnà cum Iesû Galilæô tuque fuisti.
70. Tunc atenim-verò coram omnibus ille negavit,

Aiens;

Aiens; Quid dicas, ignoro. 71. Digredientem
Illum in vestibulô vidit verò altera: dixit
Atq; illis ibi qui *fuerant*: Simul hic erat vnà
Cum Iesu Nazarénô. 72. Tunc atque negavit
Rursus *idem* cum iuramentô: Non *ego* novi
Hunc hominem, *dicens*. 73. Verùm post inde pusillum,
Qui sed & astabant, accessêre, hi quoq; Petro
Dixerunt; Verè, tu ex ipsis es simul vnus:
Ipsa loquutio nam manifestum te tua reddit.
74. Occepit diris tum devovêre seipsum,
Et iurare; aiens; homo non est hic mihi notus.
Protenus & gallus vocem dedit. 75. Atq; recordans
Verborum Christi Petrus, qui dixerat ipsi;
Antea quàm gallus cantet, ter *tute* negabis
Memet. Et egrediens extrà plorauit amarè.

CAPVT. XXVII.

QVum matutinum iam verò tempus adesset,
Occepêre Sacerdotes primarij inire
Omnes consilium, populi Senioribus vnà
Coniunctis aduersus Iêsum, morte necandum
Vt procurarent. 2. Abduxeruntq; ligatum,
Pontio item Pilato tradunt, Præsidi eundem.
3. Tunc Iudas, qui prodidit illum, quando videbat,
Quòd damnatus erat, (dum *facti* pœnitet ipsum,)
Argenti *nummos* triginta rettulit illos,
Ipsis Sacerdotes ad Summos, & Seniores.
4. Dicens; Peccaui prodendô sanguine iustô.
Hi verò dixêre; Quid ad nos? Videris *id* tu.
5. Argenti nummis proiectis insimul istis,
In templô secessit; deinde abiensque, seipsum
Suspendit laqueô. 6. Primores Pontificesq;
(Argenti *nummis proiectis* hisce receptis,)

Marc 15.1
luc. 22.66.
iohan. 18, 28.

Act. 1. 18.

Non licet illos in Corbánan mittere, dicunt:
Quandoquidem precium *fundendi* sanguinis esset.
7. Verùm (consiliô captô,) mercantur ijsdem
Agrum illum figuli, tradendis esse sepulchro
Hospitibus. 8. Quâ de ratione ager ille vocatur,
Donec ad vsq; diem presentem, ager ille cruoris.
9. Tunc est impletum, (*Ieremiâ aiente Prophetâ)
Dictum quod fuit; Acceperunt *hi* quoq; *nummos*
Triginta argenti, precium illius appreciati,
Quem nati Israel statuerunt hôc preciô emptum:
10. Quos ad agrum figuli mercandum porrò dederunt,
Vt Dominus mihi constituit. 11. Iesus stetit autem
Coram præside, Præses & exquisivit ab illô,
Dicens: Num Rex Iudæorum tunc es is ille?
Dixit ei verò Iesus; Tu dicis. 12. Et ipse
Quandò accusatus fuit à primoribus illis
Sacrificantibus, & Senioribus; haud dedit vllum
Responsum. 13. Pilatus tunc dicebat ad ipsum,
Non audis, quàm multa aduersus testificentur
Temet? 14. Et illi verbum non respondit ad vllum.
Vsq; adeò Præses valdè miratus vt esset.
15. Preses at in festis consueuerat hisce diebus
Præcipuis, aliquem turbæ dimittere vinctum,
Vnum quem vellent. 16. Qui vinctum tunc at habebant
Insignem, qui dicebatur *nempe* Bar-abbas.
17. Ergò, Pilatus collectis his, ait ipsis;
Vtrum dimittam vobis vultisne Bar-abbam,
An verò Iesum, qui Christus dicitur ille?
18. Sciuit enim quòd tradiderant ex inuidiâ ipsum:
19. Proq; tribunali tunc illô porrò sedente,
Ipsiûs coniux (dicens) mittebat ad ipsum;
Illô cum iustô nihil esto rei tibi quicquam,
Namq; in somnio, cum propter sum plurima passa
Ipsa hodie. 20. Primores verò Sacrificorum,
Et Seniores turbe persuasêre, Bar-abbam
Vt peterent. Quòd verò ad Iesum, perderet illum.
21. Respondens autem Preses, dicebat ad ipsos;

Act.1,19 · **Zacharia.* · *Zac.11,13* · *Marc.15.3* · *luc.23.3.* · *iohan.18,33.* · *Marc.15.11* · *luc.23.18.* · *iohan.18.40.* · *act.3.14*

Quem

Quem vultis vobis dimittam, de hisce duobus?
Ipsi tum sed-enim-verò dixêre; Bar-abbam.
22. Illis dicebat Pilatus; Quid faciam, Ergò,
Cum Iesu, qui dictus is est *cognomine* Christus?
Omnes cui dixêre cruci sit fixus. 23. At immo
Dicebat Preses, Quid enim-verò ille patrauit,
Quod sit nequities? Clamâre sed amplius illi
Continuantes, ingeminârunt; sit crucifixus.
24. Quod non proficeret Pilatus quumq; videret,
Maiorem verò fieri *cœpisse* tumultum;
Coram turbâ accepit aquam, manibusq; lauatis,
Dixit; Ego innocuum me presto à sanguine iusti
Huius: Vos videatis. 25. Rursùm cunctus eidem
Respondens populus, dixit; Cruor illius iste
Esto super nos, proles *esto* super quoq; nostras.
26. Deinde Bar-abbam *soluens* dimittebat eisdem;
Quando flagellâsset sed Iesum, tradidit ipsum,
Ad crucifigendum 27. Tune Præsidis inde cohortes
Militiæ, Iesum quando Prætorij in *ædem*
Hinc abduxissent: collectauêre cohortem
Totam ad eum. 28 Simul-atq; exútum quùm spoliassent
Illum vestibus; huic chlamidem circum-posuerunt
Coccineam. 29. Contextam è spinis atq; coronam
Ipsius capiti imposuêre, & arundinem in eius
Dexteram, & ante ipsum summisso poplite flexi
Illuserunt, (Iudæorum Rex ei Aueto,)
Dicentes. 30. In eumq; screatum quando spuissent;
Virgam *rursus* arundineam cepêre, & eidem
Verbere percussêre caput. 31. Tum denique postquàm
Huic illusissent; Chlamide illâ despoliârunt,
Atq; amiciverunt proprijs sibi vestibus illum,
Atq; abduxerunt, vt eum crucifigere possent.
32. Porrò Cyrénæm quendam tunc de vrbe profecti
Invenêre hominem Simonem nomine *dictum*;
Hunc eius portare crucem violenter adorti
Cogebant. 33. In eumq; locum, qui Golgotha dictus,
(Quod Caluariæ idem locus est) tum quando venirent.

Marc.15.16. iohan.19.2

Marc.15.22 luc.23.26.

Mar.15.20 luc 23.33. iohan.19.16.

Mar,15,24. 34. Huic potum tribuere bibendum felle & acetô
Mistum; qui quandò degustavisset eumque,
Non voluit potare. 35. Cruci-fixêre sed ipsum
Postquam; tunc ipsius vestimenta fuerunt
Partiti, sortem iacientes; posse Prophetę
Impleri dictum; Mea sunt sibi vestimenta
Partiti, sortem vestemq; meam super illam
Iecerunt. 36. Ipsum servabant atq; sedentes
Psal. 22,19. Illic. 37. Caput atq; super illius imposuerunt
Ipsius causam conscriptam, *scilicet*, HIC EST
IESVS IVDAEORVM REX. 38. Quicum cruci-
Tunc sunt latrones bini, *quorum* vnus ad *eius* (fixi
Dexteram *erat*; *fuit* alter ad *illius* atque sinistram.
39. Sed qui præteriêre, in eum conuitia dira
Iactarunt, capita hi sua concutiendo mouentes;
Iohan. 2,19. 40. Et dicentes; O tu, qui templum destruis, idq;
Ædificas tridui spaciô, servato teipsum.
Si sis Filius ille Dei, descende *solutus*
A cruce. 41. Porrò Sacerdotûm pariter simul-atque
Primores, cum Scribis & Senioribus vnà,
Huic illudentes dicebant : 42. Fecit vt essent
Salvi alij, nunquidne potest servare seipsum?
Si modo Rex est Israëlis, de cruce iam nunc
Descensum faciat, simul & credemus eidem.
Psal. 22,9 43. *Ille* Deum confidit in ipsum; liberet illum
Sapiens. 2,18 Nunc, si vult ipsum. Siquidem, sum Filius, inquit,
Ipse Dei. 44. Verùm latrones id simul illi
Exprobrauerunt, qui cum ipsô sunt crucifixi.
45, Ex horâ sed-enim-verò sexta, super omnem
Terram sunt tenebræ factę, horam vsq; novenam.
Psal. 22,2. 46. Verùm-atenim-verò, nonam *tunc* circiter horam,
Ingenti (dicens) voce exclamauit Iêsus,
Eli, Eli, lama-sábachthani? *scilicet*, hoc est;
Mi Deus, *ah*; Deus *ah* mi : Cur me deseruisti?
47. Quidam porrò sed ex ipsis astantibus illic,
Hôc auditô, aiebant Eliam vocat iste.
48. Confestim simul atq; occurrens vnus eorum,

Spongiam

Spongiam vt accepisset, quum replesset acetô, — *Psal.69.22.*
Et calamo circum posuisset, ei dedit, *illud*
Vt biberet. 49. Dixêre tamen reliqui; Sine verò
Vt videamus, num veniat, seruaret vt ipsum
Elias. 50. Verùm, quando exclamasset Iêsus
Ingenti voce; emittebat Spiritum. 51. Et ecce, — *2.Par.3.14.*
Diruptum templi velum diffinditur ipsum
In binas partes, à summô vertice ad imum:
Terraq; mota fuit; petrę fissęq; fuerunt.
52. Et monumenta adaperta fuêre, & corpora multa
Sanctorum, qui dormierant, à *morte* resurgunt.
53. E monumentis egredientes *quippe* fuerunt,
Eius quum rursus surrectio facta fuisset;
In Sanctam fuerant vrbem sed & ingredientes,
Qui multis etiam sese exhibuêre videndos.
54. Centurio verò, qui cum fuerant sed & illô,
Seruantes Iesum; telluris quandò tremorem
Comtemplarentur, quæ sunt & facta, timebant
Hi valdè, dicentes; Verè Filius iste
Extitit ipse Dei. 55, Sed fœminæ erant ibi multæ
E longinquô, quæ spectatûm conuenientes,
Galilæâ Iesum sunt sectando sequutæ,
Esse ministrantes ipsi. 56. Inter quas erat illa
Quę Magdallénê Maria est, Maria atque Iacobi,
Et Iosê mater, mater natis quoq; Zebdei.
57. Esset quum serum, iam factum porro diêi; — *Mar.15.42. luc.23.50. iohan.19.38.*
Ex Arithmatthéâ venit vir nomine Ioseph,
Dives opum, qui discipulus fuit hic & Iêsu.
58. Hic Pilatum adijt, corpus Iesuq; petiuit:
Tunc iussit reddi corpus Pilatus *eidem*.
59. Corpore & acceptô, Iosephus Syndone purâ
Illud convolvit; 60. Posuitq; novô in monumentô
Ille suô-ipsiûs quod *is* in petrâ excidit *ante*.
Tunc & ad ostiolum monumenti grande volutum
Applicuit postquàm saxum, discessit. 61 At illic
Magdallénê aderat Maria, & Maria altera, contrà
Quę consederunt *simul* è regione sepulchri.

 62. Porrò

62. Porrò Parascéven tum posteriore sequente
Luce, Sacerdotûm primores, & Pharisæi,
Conuenêre simul Pilatum; 63. Cui Domine aiunt,
Mente recordamur, seductor quippe quòd ille
Dum fuit in vivis, dixit *de morte* resurgam
Tertio *abinde* dié. 64. Custodiri ergo sepulchrum
Tertium adusq; diem iubeas, ne quando venirent
Eius discipuli noctû, furentur eumque,
Et dicant populo; surrexit, morte solutus:
Vltimus error erit *longè* peiorq; priore.
65. Sed Pilatus dixit eis: Custodiam habetis,
Pergite, & vt scitis, fiat custodia vestra.
66. Ipsi porrò profecti muniuêre sepulchrum,
Signantes lapidem; positis custodibus illi.

Capvt. XXVIII.

Mar.16.6.
iohan.28.11.

SAbbatô at extremô quandò lucessere cœpit,
Hebdomadis tum prima dies; venêre Maria
Magdalléne, atque alt'ra Maria videre sepulchrum.
2. En, & facta fuit terre commotio magna.
Qui Domini fuerat descenderat Angelus (id quòd)
E cœlo, accedens, & ab ostiolô *monumenti*
Avolvens saxum, super illô etiamq; sedebat.
3. At veluti fulgor visus resplenduit eius,
Et sicut nix est, vestitus ei fuit albus.
4. Custodes autem pre eius terrore fuerunt
Perculsi, & facti, velut ac si morte soluti.
5. Respondens autem mulieribus Angelus, inquit,
Vos nolite timere: scio nam quærere Christum
Vos crucifixum. 6. Non est hic. Siquidem, pröut ipse
Predixit,

Prædixit, surrexit. Adeste, videte locellum,
Ipse iacebat vbi Dominus. 7. Mox atq; profecti,
Dicite discipulis ipsum de morte solutis
Surrexisse. Præitq; (En) vobis in Galilæam:
Quem spectabitis illic. Vobis (En) *ego* dixi.
8. *Protinus* egressæq; fuerunt è monumentô;
Cum *trepida* formidine, magnâ lætitiâque,
Currebant vt declarare hæc nuncia possent
Discipulis eius. 9. Quando essent porrò profectæ,
Eius discipulis hęc nuncia velle referre,
En Iesus occurrit eis, qui dixit, Avéte.
Hæ verò tunc accessêre pedesq; prehensant
Eius, adorarunt & eum. 10. Tunc his at Iésus,
Ne timeatis, abite; meis & fratribus (inquit)
Declarabitis, ipsi vt abirent in Galilæam;
Illic atq; videbant me. 11. Quæ quando abijssent;
En quidam venerunt ex custodiâ, in vrbem,
Atque Sacerdotûm primoribus omnia narrant,
Quæ patrata fuerunt. 12. Ipsi porrò coacti
Cum Senioribus, accipientes consiliumq;
Nummos militibus numerosâ stipe dederunt:
13. Dicite (dicentes) venerunt discipuli eius
Nocte, & eum furati sunt dum *somniculosi*
Nos dormivimus. 14. Hoc si quando à Præside verò
Auditum fuerit; nos persuadebimus illi:
Vos quoq; securos *ab eo* pręstabimus *esse*.
15. Acceptis nummis, fecêre sed hj velut essent
Abs his edocti: divulgabatur & iste
Inter Iudæos sermo, diem adusq; hodiernum.
16. Discipuli vndeni tunc insuper in Galilæam,
In montem exibant, vbi Iesus constituisset
Ipsis. 17. Atq; videntes illum procubuerunt,
Hunc vt adorarent, quidam dubit inter at hærent.
18. Accedens Iesus, est ipsis atq; loquutus, *Heb. 1. 2.*
Dicens, In cœlô, simul in tellure potestas
Est omnis largita mihi. 19. Quapropter, euntes, *Marc. 16. 15.*
Vt sint discipuli, gentes quascunq; docete.

Tingentes ipsos lymphâ baptismatis vndæ,
Nomen in eius *qui est* Pater,& *qui* Filius,& *qui*
Sanctus Spiritus. 20. Omnia eos servare docentes,
Quæ demandaui vobis. Ego sum sed &,ecce,
Vna vobiscum simul omnibus ipse diebus,
Vsq; quoad sæc'lum istud consummabitur. AMEN.

EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

Capvt. I.

IEsu Christi Evangelij *sic cœpit* origo,
Ille Dei qui Filius *est*. 2. In vt *Illa* Prophetis
Scribitur; En ego portantē mea nuncia mitto
Ante tuam faciem, tibi reddat vt ille paratam
Esse viam coram te. 3. Vox clamantis in
Desertô; Domini sit vobis ante parata (ipsô
Orbita, complanetis calles tramitis eius.
4. Extitit in desertô baptizando Iohannes,
Et proclamabat mentis baptisma prioris
Conversæ à noxis, vt sint peccata remissa.
5. Exijt atque ad eum regio Iudaica tota,
Et Solymitani; baptizabantur & omnes,
Qui sunt abs illo loti Iordanis in amne,
Confessi peccata sua. 6. At vestitus amictû
Veste pilorum è pelle cameli erat iste Iohannes:
Et circa lumbos eius coreacea zona:
Atque locustas, mel etiam sylvestre comēdit.
7. Et proclamabat, dicens; Qui fortior est me,
Ille venit post me, cuius sum solvere dignus
Corrigiam minimè solearum, pronus adorans.
8. Baptizavi ego vos equidem baptismate lymphæ;
Hic verò vos baptizavit Spiritu in Almô.
9. Est & factum, Iesus venit in hisce diebus,
A Galilææ Nazareth vrbe; ab eoque Iohanne,

Malac. 3. 1
Esa. 40. 3.
luc. 3. 4.
iohan. 1. 15.
Mat. 3. 4.
Mat. 3. 5.
Levit. 11. 21
Mat. 3. 12
luc 3. 16.
iohan. 1. 27.
Act 1. 5. & 2. 4. & 11. 16 & 19. 4.
Mat. 3. 14.
luc. 3. 22.
iohan. 1. 39.

In

In Iordane fuit lotus baptismatis vndâ.
10. Et mox ascendens ab aquâ, conspexit apertos
Cœlos, Spiritum item super hunc tanquamq; columbam
Descendentem. 11. Vox è cœlis facta fuitque;
Tute es Filius ille meus dilectus is, in quô
Est mihi complacitum. 12. Confestimq; expulit illum
Spiritus in desertum. 13. Atque in desertô erat illic,
Quadraginta (illum Sathanâ tentante) diebus:
Cumque feris *versatus* erat, fuerantq; ministri
Angeli ei. 14. Sed quando Iohannes traditus esset
In custodiam, Iesus contulit in Galilæam
Sese, *vbi* læta Dei de regnô nuncia narrans
Prædicat: 15. Opportunum (dicens) tempus & esse
Impletum, regnumq; Dei factum esse propinquum
Pœniteat vos de peccatis, credite firmè
Atque Evangelio. 16. Galileæ sed mare iuxtà
Præteriens Simonem contemplatur, & eius
Andræam fratrem; mittentes in mare rete
Piscatores namque fuerunt. 17. Dixit Iesus
Atque illis; Me consectemini, *Ego* efficiamque
Vos piscatores hominum fieri. 18. Hiq; relictis
Retibus *inde* suis sectantur protinus illum.
19. Illinc progressusq; pusillum deinde Iacobum,
Qui Zebedæô natus erat, fratremq; Iohannem
Ipsius vidit, qui tunc in nave fuerunt,
Hique resarciri curabant retia *fracta*.
20. Moxq; vocavit eos, ipsiq; in nave relictô
Patre suo Zebedé, reliquis conducticijsque
Ipsum consectati sunt. 21. Atque ingrediuntur
Inde Capernäum; simul estque ingressus Iesus
In Synagogam, mox per Sabbata eosque docebat,
22. Hi quoque perculsi *vehemente* stupore fuerunt
Doctrina super eius. Eos ita namque docebat,
Iure potestatis velut vtens, non velutique
Scribæ. 23. Porrò fuit quidam Synagoga in eorum,
Spiritus impurus fuit in quô, qui *reboando*
Exclamavit. 24. Dicens, Ah, nobis, tibi quidque,

Iesu,

Mat. 4. 1. Luc. 4. 1.
Mat. 4. 12 Luc. 4. 14. Iohan. 4. 43.
Mat. 4. 18. Luc. 5. 2.
Mat. 4. 13. Luc. 4. 31.
Mat. 28.
Luc. 4. 32.

Iesu, qui de Nazareth es; nos perdere numquid
Venisti? Novi te qui sis, sanctus is ille
Ipse Dei. 25 Obiurgavit eumque, & dixit Iesus;
Obmutesce, atque exi ab eô. 26. Tunc Spiritus iste
Impurus discerpens illum, voceque magnâ
Exclamans, exivit ab illô. 27. Quum simul omnes
Sic adeò pavefacti sunt, vt quærere cœptum
Esset ab his, inter sese dicentibus; Ecquid
Est hoc? Quæ doctrina nova hæc? Cui tanta potestas,
Impuris vt spiritibus simul imperet; hique
Auscultent ipsi. 28. Mox fama vagatur at eius
Oras in Galilææ circumquâq; iacentes.
29. E Synagogâ egressi, & mox Simonis in ædem,
Atque Andreæ, cumq; Iacobô, cumq; Iohanne,
Venerunt. 30. Sed decumbebat febricitando
Socrus Simonis; de quâ mox huic quoque dicunt.
31. Illius atque manû tunc accedendo prehensâ,
Hanc erexit: continuò dimisit eamque
Febris. deinde ministeriô inservivit eisdem.
32. Vespere iam factô, quum solque occumberet, omnes
Adduxêre ad eum malè habentes, demonijsque
Possessos. 33. Et ianuam ad *ædis* tota coacta
Vrbs erat. 34. Et multos sanavit sic malè habentes
Ex varijs morbis, eiecit denique multa
Dæmonia, atque loqui non dæmonia illa sinebat;
Ipsum quandoquidem noverunt. 35. Maneq; valdè
Quum surrexisset, (dum nox iam multa fuisset;)
Exijt, inque locum desertum abscessit, & illic
Oravit. 36. Quem Simon consectatur, ijque
Vnà qui cum ipsô fuerant. 37. Quô deinde repertô,
Ipsi dicebant; Te quærunt ilicet omnes.
38. Queis tunc dicit; Eamus in oppida parva propinqua,
Prædicem vt atque illic, sum namque egressus ad istud.
39. Et verbum in Synagogis promulgavit eorum,
In totâ Galilea, & dæmonia eijciebat.
40. Atque ad eum venit leprosus, eumq; precatur,
Procumbens flexoq; genu dicebat ad illum;

Mat.8.14. Luc.4.38.

Mat.8.2. Luc.5.12.

Si

Si vis, me purgare potes. 41. Miseratus at eius
Iesus, extendendo manum tangebat eundem,
Et dicebat ei; Volo, sis purgatus. 42. Et *istud*
Quum dixisset; abivit ab illô lepra, fuitq;
Purgatus. 43. Graviter cui deinde minatus Iēsus,
Leuit.14.4. Protinus ablegavit eum. 44. Dicebat eique;
Ne dicas vlli quicquam videas; sed abito,
Imò Sacerdotem præsentâ temet ad ipsum
Offer, & illa tuô quæ pro purgamine Moses
Prçcepit, cedant vt eis in testificatûm.
Luc.5.18. 45. Declarare sed hic egressus plurima cœpit,
Et rem divulgatam reddere, sic vt Iēsus
Vrbem tunc illam manifestè intrare nequiret,
Immò foris verò loca per deserta manebat;
Venerunt ad eum simul omni ex parte fluentes.

CAPVT. II.

Mat.9.1. POrrò Capernāum rursusque intravit in vrbem,
Post exinde dies aliquot; tum quando domi illum
Auditum fuit esse. 2. Statim multique coacti
Sunt ad eum, *loca* sic vt non caperent ea plures,
Sed nec ianua: sermonemque loquutus ad illos
Est *Evangelij*. 3. Venerunt tunc ad eundem
Portantes nervis resolutum, à quattuor vt qui
Portatus fuerat. 4. Qui quumque venire propinquè
Non poterant præ turbâ; detexêre supernè
Ipsiûs tecti tabulatum, tegmine sub quô
Extitit; atque illô perfossô, funibus ipsum
Demisêre grabâtum, in quô iacuit resolutus
Nervis. 5. Quandò fidem sed Iēsus vidit eorum;
Affecto nervis, (Fili, peccata remissa
Sunt tibi, quę tua commisisti) dixit ad illum.
6. De Scribis aderant illic tum porrò sedentes

Quidam,

Quidam, verba suis & cordibus ista volutant, Iob 14.4. esa.43.15.
His ratiocinijs mussantes: 7. Iste loquutus
Quid blasphema hæc est? peccata remittere quisnam
Vlla potest, Deus ipse nisi *tantummodò* solus?
8. Spiritu & ipse suo quum mox cognosset Iesus,
Hæc quę murmura facta fuissent semet ad ipsos;
Dixit eis: Quid sic in vestris cordibus estis
Ista volutantes? 9. Facile est, vtrum magis, aias
Nervis obstructo, tibi sunt peccata remissa;
Hoc vel dicas; surge, tuum tollasque grabátum,
Ambula itemque. 10. Potestatem sed vt esse sciatis
Ipsi nato hominis, peccata remittere posse
In terra, resolutum nervis dixit ad istum;
11. Surgito, dico tibi, sustolle tuumq; grabátum,
Atq; domum re-meato tuam. 12. Surrexit & idem,
Protenùs inq; humeros sustollens *ille* grabátum,
Exijt inde foras spectantibus omnibus ipsum;
Sic adeo vt fuerint omnes ingente stupore
Perculsi, atque Deum simul omnes glorificarint,
Vidimus (aientes) fieri non tale quid vnquam.
13. Rursus & egressus fuit ad mare; totaque turba Mat.9.9. luc.5.25.
Hæc ad eum veniebat, quos etiamq; docebat.
14. Et quando prætergrederetur; vidit adesse
Alphæi Leuin, ad vectigale sedentem:
Dixit & illi; Me sequitor: Surgensque, sequutus
Est illum. 15 Et factum est, quum accumberet eius in æde
Iesus, multi etiam qui vectigalia tractant,
Et peccatores simul vnà discuboere
Cum Iesû, cum ipsiùs discipulisque, fuerunt
Quandoquidem multi, fuerant ipsumq; sequuti.
16. Et quando Scribæ vidissent, & Pharisæi,
Hisce telonítis, cum peccatoribus hisq;
Esse cibum commanducantem *comminùs* ipsum;
Discipulis eius dixerunt; Quid sibi vult quòd
Hisce telonítis cum peccatoribus hisq;
Vescitur atq; bibit? 17. Quod quandò audisset Iesus, 1.Tim.1.13.
Dicit eis; illis qui existunt corpore sanô,

Non

Non opus est medicô; sed ijs qui sunt malè habentes.
Non veni, vt qui iusti existunt, hosce vocarem;
Sed peccatores, vt ij resipiscere possint.
18. Discipuli verò ieiunavêre Iohannis,
Ac Pharisæorum, veniuntque, aiunt & ad ipsum,
Cur *mos* discipulis *est* ieiunare Iohannis,
Et Pharisæorum; sed discipuli tibi qui sunt,
Hi non ieiunant? 19. Tunc Iesus dixit ad illos; *Mat. 9. 14. luc. 5. 33.*
Filij an hi possunt thalami, (quô tempore secum
Est sponsus) ieiunare? Illô tempore quando
Sponsum secum habeant, hi ieiunare nequibunt.
20. Verùm porrò dies venient; quùm sponsus ab illis
Sustollendus erit, deinde illis inq; diebus
Tunc ieiunabunt. 21. Est autem nemo, vetustæ
Vesti panniculum qui impexum consuit vlli:
Quin alias, eius supplementum hocce novellum.
Auferet *huic aliquid* veteri *de veste priore*,
Et peior fissura futura est. 22. Nemo novumque
In veteres vinum vtres fundit; vinum alioquin
Effundetur, vtres pereuntque: sed immò recentes
Vinum in vetes debent homines infundere mustum.
23. Et factum est iterum per Sabbata prætereunti *Mat. 12. 1. luc. 6. 1.*
Discipuli ipsius quòd per sata vellere spicas
Cœperunt, iter in faciendo: 24. Tunc Pharisæi
Ipsi dixerunt: En, cur per sabbata, quod non
Est licitum faciunt. 25. Rursus dicebat ad illos; *1. Reg. 21. 6*
Omninò nunquam legistis, fecerit ecquid
(Quando necesse habuit) Davides, esur & esset,
Ipse, & ij fuerant qui secum? 26. Quomodo in ædem *Exod. 29. 33 leuit. 8. 31 & 24. 9.*
Ingressus fuit illa Dei (sub Abiathar illô
Principe Pontificum,) quùm panes ederit ipsos
Propositurae qui fuerant, quos non licet esse
Vllis omninò, nisi Sacrificantibus vnis,
Illis & dederit, qui cum ipsô vnaque fuerunt?
27. Sabbatum itemq; hominem propter (dicebat ad illos)
Est factum: non propter Sabbatum eratque homo factus.
Sabbati is est Dominusq; hominis qui est Filius, ergò.

CAP.

Capvt. III.

Mat. 12. 9. luc. 6. 6.

IN Synagogam rursus & est ingressus *Iesus*,
Atq; arente manû quidam mutilus fuit illic:
2. Observauerunt & eum, sanaret an illum
Sabbatô, vt accusarent ipsum. 3. Tunc homini inquit,
Hac arente manû mutilato; Surgito coram
In medium. 4. Dicebat & illis an bona facta
Sabbatô in ipso, vel mala facta licétne operari?
Aut animam seruare hominis, vel perdere *præstat*.
Conticuêre sed hi. 5. Quum circumspexerat illos,
Atque subiratus, dum contristando doleret,
(Quippe quòd excæcatum cor occalluit ipsis;)
Huic homini (Protende manum tibi) dixit; & ille
Protendit. Manus eius item, velut altera, sana
Rursus facta fuit. 6. Digressi tunc Pharisæi,
His cum qui à secta fuerant Herodis inibant
Consilium contra ipsum, vt eundem perdere possent.
7. Porrò, suis cum discipulis secessit Iēsus
Ad mare; quem simul est & plurima turba sequuta,
A Galilæâ, & Iudæâ. 8. Solymorum & ab vrbe,
Atq; ab Idumeâ, Trans-Iordane & regiône,
Circà quiq; Tyrum, qui habitant. Sidonis & vrbem,
Confluxêre ad eum, magnâ comitante catervâ:
Quandò audivissent miracula quanta patrârit.
9. Discipulisq; suis dixit, sibi semper adesse
Præsto navigium, turbæ ratione prementis,
Ipsis ne opprimerent. 10. Siquidem sanaverat *ægros*
Vsq; adeò multos, vt & inciderent super ipsum,
Ipsum nimirum vel saltem tangere posse,
Inflictis quotquot *morbis* habuêre flagella.
11. Impuris à spiritibus quum visus & esset;
Huic pedibus se provoluebant; vociferantes,

Et dixêre; Dei tu existis Filius ille.
12. Illos hic multùm sed & obiurgabat, vt ipsum
Non manifestarent. 13. Tunc montem ascendit, eosque
Advocat ad se quos voluit; venêre & ad illum.
14. Constituebat item duodenos, vt simul essent
Secum, quosque palam vulgatûm mittere posset
Hos Evangelium. 15. Sit vt ipsis atque potestas
Sanandi morbos, & dæmonia eijciendi.
16. Primùm Simonem, cui Petri nomen & indit,
17. Atque Iacóbum, *de Zebedæi germine natum*,
Atque Iohannem, fratrem *illiùs nempe*, Iacobi;
(Imposuit verò Boänerges nomina ijsdem
Filij, id est, tonitrû.) 18 Atq; Andręam, deinde Philippũ,
Bartholomeum etiam, & Matthæum, denique Thomam,
Atque Iacóbum, qui *fuit idem filius* Alphei,
Et Thaddæum, de'in Simonem, qui Cananites;
19. Et Iudam Iscariótem, qui quoque prodidit illum.
Veneruntque domum. 20. Convenit turbaque rursus
His adeò vt fuerit nec vesci pane facultas.
21. Ipsiûs & quandò audivissent *illa* propinqui,
" *Hi quando audissent, qui circa ipsumq; fuerunt;*
Exiverunt, illi vt eum compr'endere possent;
" *Ad turbam venıunt, vt eundem sistere possent;*
Dicebant, quoniam, non est apud ipse seipsum.
" *Dicebant, siquidem, quod se subduxerat ipsum.*
22. E Solymis Scribæ qui descendêre sed illi *vel ita*
" *Extra namque domum, dicebant, exijt illinc*
Affirmarunt: Certè, habet *illa* Beelzebub, estque
Dæmonia eiectans, in principe dæmoniorum.
23. Illos ad semet tum verò quandò vocasset;
Hisce figuratis dixit sermonibus ipsis:
Quâ ratione potest Sathanas expellere semet
Ipse Sathánam? 24. Nec si regnum dissideatque
Adversus sese, poterit consistere regnum
Illud. 25. Si domus & contra se dissidet ipsam,
Illa domus non stare potest. 26. Sathanas etiamque
Insurgit si contra, dissidet áque seipsô;

Infr. 6.7. matth. 10, 1 luc. 9. 1.

Hæc versio minusculis characteribus est Caroli Cominæi: quæ & bene textui convenit, & avertit omnem malam suspicionem et blasphemiam in propinquis Christi, acsi putassent vel dicerent, eum insaniisse. Mat. 9. 34 & 12. 34. luc. 11. 14.

Haud-

Haudquaquam constare potest, dissoluitur autem.
27. Non potis est quisquam *cuiusquam* vasa potentis
Eius in ædes ingrediendo diripere illa;
Hunc *hominem* si non constrinxerit ante potentem,
Exhinc illius sit direpturus & ædes.
28. Amen affirmo vobis, peccata remitti
Quævis posse hominum natis, blasphemiæ itemque:
Hi blasphemantes fuerint vtcunq; quibusvis.
29. Blasphemaverit at si quisquam Spiritum in Almum;
Non habet isthic in æternum peccata remissa.
Verùm Iudiciô æternô reus ille tenetur.
30. Impurus (quia dixerunt) est spiritus illi.
31. Adueniunt idcircò fratres, mater & eius,
Stantes atq; foris, ad eum misêre, vocarunt
Atque ipsum. 32. Verùm circa ipsum turba sedebat;
Huic illi porrò dixerunt; En tua mater,
Teq; (foris *stantes* qui fratres sunt tibi,) quærunt:
Tunc respondit eis, dicens; Quænam est mea mater?
Atque etiam qui sunt *illi, qui sunt* mihi fratres?
34. Vndiq; quum verò circumspexisset in illos,
Tunc in circuitû qui circumquaq; sedebant:
En, (ait) hæc mihi mater, & isti *sunt* mihi fratres.
35. Quisquis enim Deus id quod vult effecerit: hic est
Ipse meus frater, soror & mea, mater & *illa*.

Mat. 12.31 luc. 12.10. 1. ioh. 5.16

Mat. 12.35. luc. 8.19.

Capvt. IIII.

AD mare cœpit itemq; docere, coactaq; turba
Plurima tunc ad eum convenerat, vsq; adeoq;
Vt nauim ingressus, maris ipse sederet in vndis,
In terrâ verò fuit ad mare tota caterua.
2. Multa figuratis sermonibus hosq; docebat,
Inq; *tenore* suæ doctrinæ, dixit ad illos.
3. Auditote, Sator sua semina mandere terræ

Mat. 13.1 luc. 8.4.

Exijt. 4. Et factum est, Sator vt sua semina sparsit;
Excidit huic aliud iuxta constrata viarum,
Et volucres cœli venerunt, idq; vorarunt.
5. Insuper in petrosa aliud cecidit, nec ibidem
Terrę habuit multum, mox exortumq; virebat:
Propterea sedenim quòd erat non terra profunda;
6. Solis ad exortum fuit hoc vredinis æstû
Contactum, quòd idem radicem non & habebat,
Tabuit exarens idcircò. 7. Aliud ceciditq;
In spinas; & quum sint spinę ascendere cœptę;
Suffocaverunt, & fructum non dedit illud.
8. Inq; bonam cecidit tellurem aliud, dedit atq;
Fructum assurgentem, & crescentem; aliudq; tricena, &
Sexagena aliud, centena aliudq; ferebat.
9 Tunc ait his. Quibus audiat audiet is qui habet aures.
10. Sed quum solus erat, percontabantur ab ipsô,
Illi qui fuerant circa ipsum, cum duodenis,
De sermone figuratô hôc. 11. Ait his quoq; vobis
Regni nosse Dei mysterium idem datur; illis
Existunt qui porrò foris, *ea* cuncta figuris
Assimilatis abdita fiunt. 12. *Illa* videntes,
Vt videant, & non cernant: vt & auribus hausta,
Audirent; non intellectû perciperentque;
Nè quandò sese conuertant, atq; remissa
His peccata forent. 13. Quibus inquit prætereaq;
Numquid nescitis sermonem huiusce figuræ?
Quomodò tunc omnes sermones assimilatos
Cognoscetis? 14. Qui sator est, *hic* seminat ipsum
Sermonem. 15. Qui porrò viam secus excipiebant
Semen, sunt illi, sermo quibus est satus; atqui
Sermone auditô; Sathanas mox aduenit, atq;
Eripit hic sermonem, qui fuit insitus ante
Cordibus illorum. 16. Sunt hi pariterq; petrosâ
Qui in terrâ excipiunt sementa *videlicet* illi,
Audierint qui quum sermonem, protenùs ipsum
Cum iubilô excipiunt. 17. Radicem non & habentes
In se, mutatô sed tempore, se quoq; mutant;

Esa.6.9. mat.13.14 luc.8.10. Ioh.12.40. Act.28.26 rom.11,8.

Quum

Quum tribulatio, siue oppressio deinde sit orta,
Propter sermonem; mox scandala perpetiuntur.
In spinis sed qui semen sunt excipientes;
Hj sunt sermonem capientes auribus : 19 Huius
Ærumnæ at sęcli, & fallacia divitiarum,
Et circa reliquas quæ res est fixa cupido,
Ipsum sermonem suffocant, introëuntes;
Sermo quibus fructùs omninò redditur expers.
20. In terramq; bonam qui semen percipiebant,
Hj sunt sermoni qui auscultant, excipiuntque,
Fructum deinde ferunt, aliud triginta, aliudq;
Sexaginta, aliud centenáque *grana ferendo.*
21. Insuper & dicebat eis, venit anne lucerna,
Vt subter modium ponatur, siue sub ipsô
Lectô? Non immò potiùs ponatur vt illa
In candelabro? 22. Res namq; abscon sa nec vlla
Delitet, hęc quæ non manifestè fiet aperta:
Nil & vt abscondatur, at vt retegatur *oportet.*
23. Aures si-quis habet quibus audiat, audiat. 24. Ipsis
Præterea, Audieritis, (ait) quodcunq; videte:
Quâ cum mensurâ mensi fueritis, eâdem
Rursus erit mensum vobis, atq; adijcietur
Vobis, qui auditis. 25. Siquidem tribuetur habenti,
Et qui non habet, hoc etiam tolletur ab illô
Quicquid habet. 26 Dixitq;, Dei regnum est, velut acsi
Quispiam homo semen terram proiectet in ipsam,
27. Dormiat isq; exsurgit item noctuq; diuque;
Germinet & semen, crescensq; assurgat in altum,
Ipse sed *intereà* non sentit quomodo *crescat.*
Sponte etenim tellus fert fructum primitùs herbam,
Dein spicam, in spica frumentum deniq; plenum.
29. Sed quùm prodiderit se maturescere fructus,
Protenùs immittit falcem, quia messis adinstat.
30. Dixit itemque, Dei regnum assimilabimus eccui,
Huic vel adaptari poterit collatio quænam?
31. *Illud at esse* velut grano *assimilabo* sinapis,
Quod quando in terrâ seritur, minus omnibus extat,

1.Tim.6.17.

Mat.5.15. luc.8.16.& 11.33.
Mat.10.26. luc.8.17.& 12.2.

Mat.7.2. luc.6.38.
Mat 13.13. & 25.29. luc.8.18.& 19.26.

Mat.13.31 luc.13.19.

Illud seminibus, quæ terrâ sunt super ipsa.
32. Quumq; satum fuerit, surgens ascendit in altum,
Cunctorumq; olerum fit summum, fert quoq; ramos
Tum magnos, volucres vt cœli fronde sub eius
Nidificare queant. 33. Sermonibus assimilatis
Talibus est multis verbumq; loquutus ad illos,
Hæc audire pröut fuit his concessa facultas.
34. Absq; figuratô verùm sermone loquutus
Omninò quicquam non est his *ipse*: seorsim
Discipulis ipsiûs verò quæq; relata
Explicuit. 35. Tum porrò die illô dixit ad ipsos,
Vespera iam tandem fuerat quùm facta diei,
Ripam è contrà transulcemus in vlteriorem.
36. Ergo dimissâ turbâ, (tunc vt fuit) ipsum
Accepêre in navigium; fuerant sed & vna
Cum ipso aliæ naves. 37. Tunc demùm turboq; venti
Exoritur magnus, violentôq; impete fluctus
In navim irruerant, ita vt impleretur *ab vndis*.
38. In puppiq; super tunc ceruicale sopori
Ipse indulsit: Et experrectum quando citassent
Hunc è somnô; dicûnt illi; Nonne (Magister)
Est tibi quid curæ, quòd *fluctibus hisce* perimus?
39. Ergò experrectus, ventum obiurgauit, aitq;
Ipse mari. Sile, & obmutesce. Quievit & indè
Ventus, itemq; sequuta fuit pacatio magna.
40. Tunc illis dixit; Quid sic timidi estis? habetis
Quomodo neuve fidem? 41 Magnô & timuêre tremore,
Obstupefacti, itidemq; aiebant alter ad altrum;
Iste quis est, cui ventus, item mare morigerantur?

Mat. 13. 34

Mat. 8. 23
Lu. 8. 22.

CAP.

CAPVT. V.

IN maris & ripam venerunt vlteriorem,
In Gadarénorum regionem. 2. Quando sed ipse
E naui egressus fuerat, mox è monumentis
Huic occurrit homo, in quô impurus spiritus esset.
3. In monumentis qui domicillum *saevus* habebat:
Quem poterat quisquam nec-dum vincire catenis.
4. Quandoquidem pedicis quum vinctus saepe fuisset,
Atq; catenis; discerpebat tumq; catenas,
Abs illô pedicę contritæ etiamq; fuêre?
Nec potis extitit ipsum vel quiscunq; domare:
5. Continuoq; diû noctûq; in montibus illis,
Exclamans fuit, & monumentis; concidit atq;
Ictibus hic lapidum *violentis* ipse seipsum.
6. Quando sed à longè prospectauisset Iesum,
Concitus accurrit; prostratus eumq; colebat.
7. Et magnô clamans dicebat vocis *hiatû*;
Iesû, nate Dei supremi, quid mihi tecum?
Tete adiuro Deum *per* eum; torquendo quòd haud me
Divexare velis. 8. Quia *Iesus* dixerat illi;
Ex homine istô impure *abscedens* Spiritus exi.
9. Tunc percontabatur eum: Quodnam *est* tibi nomen?
Et respondebat, dicens; Legio est mihi nomen:
Multi quippe sumus; 10. Multùm est illumq; precatus;
Extrà non vt eos regionem mitteret illam.
11. At circà montes porcorum grex fuit illic
Magnus compascens. 12. Et dæmonia illa precata
Omnia sunt ipsum, dicentia; Mittito nosmet
Ad porcos illos, vt in ipsos introeamus.
13. Ipsis confestim permisit & *istud* Iesus
Dæmonia illa impura egressa etiamq; fuerunt,
Introeuntia in istos porcos; & ruit ille

Mat. 8. 28.
luc. 8. 26.

In mare grex, cursu violentò præcipitatus,
Qui porrò numerò circà bis mille fuerunt,
Inq; maris suffocabantur gurgite mersi.
14. Illi cura quibus fuerat sed pascere porcos,
Fugerunt, declarauerunt hęc, & in vrbem,
Et per agros. Egressi qui sunt, vtq; viderent
Id quod erat factum : 15. Simul & veniunt ad Iesum,
Atq; vident, dæmon quem divexaverat, illum
Esse quietè discumbentem, veste & amictum·
Sanę mentis eumque, priùs cui Legio inesset;
Et timuerunt. 16. Qui viderunt id quoq; factum
His narrauerunt, factum sit quomodo, quidq;
Ipsi dęmonium qui habuit, de ipsis quoq; porcis.
17. Qui tum cœperunt illum simul atq; rogare,
Vt de finibus ipsorum discedere vellet.
18. Quumq; in navigium conscenderet, ille rogauit
Dæmone qui fuerat possessus, quippe quòd esset
Cum ipsò. 19. Sed Iesus non permittebat eidem,
Sed dicebat ei : Propriam remeabis ad ædem,
Nempe ad eos, ad te qui spectant; nuncia & illis
Quanta tibi Dominus fecit, quòd eratq; misertus
Ipse tui. 20. Quapropter abivit, cœpit & *ille*
In regione, decem cui nomen ab vrbibus extat,
Divulgare palàm quanta huic fecisset Iesus,
Omnes & mirati sunt. 21. Quùm rursus Iesus
Trans freta navigiò venisset in vlteriorem
Ripam, tunc ad eum conuenit plurima turba,
Tunc apud & mare erat : 22. Venit quando vnus & ecce
De Synagogarum præfectis, nomine Iairus,
Atq; ipsum simul vt vidisset; procidit eius
Ante pedes supplex. 23. Ipsum est multumq; precatus
Dicens; Filia ad extremum mea ducta, laborat
De vita : venias, imponas insuper illi
(*Oro*) manus, vt conseruari, & vivere possit.
24. Cumque ipsò Iesus abscessit, eumq; sequuta
Multa caterva fuit, sic vt compresseret ipsum.
25. Et mulier quædam, quę fluxum sanguinis alvi

Mat.9.18.
luc.8.41.

Pro-

Profluviô duodenos annos passa fuisset;
26. A medicis multis perpessa & multa fuisset,
Impendisset item *bona* quę sua cunq; fuerunt,
Quæ nihil atq; adiuta fuisset; venerat imò
Sed magis in peius. 27. Quum de ipsô audisset Iësu,
In turba, à tergô venit, tetigit sed & eius
Vestimentum. 28. Dixit enim; Si vel modò tangam
Vestimenta eius; servabor. 29. Continuoq;
Sanguinis illiûs fons est exhaustus, & illa
Corpore sanatum sensit sese esse flagellô
Abs istô. 30. Iesusq; statim quum sese apud ipsum
Cognovisset vim quę prodivisset ab ipsô;
In turbâ illâ conversus, dixit; Mea quisnam
Est tetigit *qui* vestimenta? 31. Aiunt & eidem
Discipuli ipsius: Turbam non aspicis vt te
Comprimit obtrudens; & dicis; Quis tetigit me?
32. Et circumspiciebat eandem posse videre
Hoc quę fecerat. 33. At mulier pavitansq; tremensq;
(Vt quę *nimirum* fuerat sibi conscia facti
In se quod fuerat) venit sed & accidit illi
Ante pedes, cui rem reverâ retulit omnem.
34. Hic verò dicebat ei; Tua (Filia) tete
Ipsa fides salvam fecit; pacata recede,
Ex hoc esto etiamq; tuô sanata flagellô.
35. Tunc à Pręfectô Synagogę, (illô *ista* loquente,)
Adveniunt *quidam* dicentes; Filia mortem
Oppetijt tua. Quorsum vexas inde magistrum
Amplius? 36. At Iesus, mox audiuisset vt istum
Sermonem qui dicebatur, dicit ad illum
Pręfectum Synagogę. Ne metuas, modò crede
Tantùm. 37. Nec permisit eum sequeretur vt vllus,
Præterquam Petrus, atque Iacobus, itemque Iohannes,
Ipse Iacobi frater. 38. Tunc accessit ad ædem
Præfecti illius Synagogæ, quandò tumultum
Conspicit, & flentes, vlulantes deniq; multum.
Ingressusq; aiebat eis: Mœrore quid estis
Turbati, & fletis? non est defuncta puella,

Sed dormit. 40. Tunc illum derisére. Sed ipse
Omnibus eiectus, assumptò patre puellę,
Et matre, hisce *tribus* secum qui vnaq; fuerunt,
Est ingressus eòque, puella vbi ista iacebat.
41. Apprendendo manumq; puellæ, dixit ad illam;
Talitha cumi; Quod vult (si interpres es eius;)
Surge puella; tibi aio. 42. Surrexitq; puella
Protinùs; & pedibus perrexit. Namque erat illa
Nata duodenos annos. Tunc obstupuerunt
Perculsi vehemente stupore. 43. Et deniq; multùm
Nè quis id omninò resciret, Iussit eisdem;
Dixit itemq; dari commanducare puellę.

CAPVT. VI.

Mat.13.54.
Luc.4.16.

ILline egressus simul est, deuenit & eius
In propriam patriam, quem sunt simul atque sequuti
Eius discipuli. 2. Quum Sabbatum & aduenìebat;
In Synagogâ illâ doctrinam tradere cœpit,
Atque auditores multi admirando stupentes,
Dixerunt; Vnde isthæc huic? Sapientia quę-que
Est ea, quæ datur huic; virtutes quippe quòd istę
Ipsiùs tales *operante* manû efficiantur.
3. Annon hic est ille faber, qui filius idem
Est Mariæ, ille Iacobi, & Iose, & frater Iudę,
Et Simonis? Nonne hìc sunt eiusq; sorores,
Nobiscum? Simul-atq; offendebantur in ipsō.

Iohan.4.44.

4. Dixit & his Iesus; Non est sine honore Propheta,
Pręterquàm popriâ in patria, sed & inter eosdem,
Qui sunt cognati, propriâ *qui sunt* & in æde.
5. Illic virtutem potuit sed & edere nullam,
Ægrotis tantùm nisi paucis imposuisset
Quando manus; quod *eos* sanatos restituebat.

6. Mi-

6. Miratusque est propter eorum incredulitatem: *Mat.9.33.*
Atque docens, vicos circumcirca ivit in orbem, *luc.13.22.*
7. Deinde vocavit eos duodenos, cepit & illos
Mittere binos, atque potestatem dedit ipsis, *Mat.10.1.*
Spiritibus super impuris. 8. Præcepit eisque, *luc.9.1.*
Vt nihil assumant ad iter, tantùm nisi virgam; *supr.3.14.*
Non peram, non panem, non æs zonâ in *eorum.*
9. Sandalijs *pro* calceolis *utendo* sed irent: *Act.12.8.*
Insuper vt tunicis non binis induerentur.
10. Et dicebat eis, vbicunque intrabitis ædem,
Illic este manentes donec abibitis illinc.
11. Vos excepturi quotquot non sint etiamq;
Et quotquot fuerint, qui vos audire recusant, *Mat.10.14*
Inde revertentes (quando discedítis illinc) *luc.9.5.*
Pulvere sub pedibus vestris excussô abeatis: *Act.13.51*
Hoc adversus eos vt testificatio fiat. *& 18.6.*
Amen affirmo vobis; tolerabiliorem
Hinc Sodomitarum fore *demum* conditionem,
Sive Gomorrhorum die in *advemente futuro*
Iudicij; quàm *tunc* erit illiùs vrbis. 12. Et *illi*
Egressi proclamaverunt, vt resipiscant.
13. Dęmonia & multa eiecerunt, denique multos *Iac.5.14.*
Ægrotos vnxêre oleô, morbisque levarunt.
14. Sed Rex Herodes *cum Christi* audiverat *acta*; *Mat.14.1.*
(Namque palàm nomen manifestò inclaruit eius,) *luc.9.7.*
Intulit, iste Iohannes est Baptismatis author:)
A defunctis qui surrexit; Proptereaque
Istæ *quæ* virtutes *sunt*, operantur in illô.
15. Dicebant alij, Est Elias. Porrò Propheta
Est, alij dixerunt; vnus sive Prophetis
Ex illis. 16. Herodes verò quum auribus *ista* *Luc.3.19.*
Excepisset; Dixit; Nempe est iste Iohannes.
Ipse ego decollavi quem; de morte peremptis
Ille *resurrexit.* 17. Qui Herodes namque prehensum
Ipse *satellitibus* missis sistendo Iohannem
Cepit, eum in carcere vinxerat, id quòd haberet
Hic Herodiadem, quæ coniux illa Philippi,

Ipsius

Ipsius fratris *fuerat*; quia duxerat illam
Leuit.18.16. Vxorem. 18. Herodi dicebat namque Iohannes;
Nequaquam licet vxorem tibi fratris habere.
19. Institit insidijs sed eidem Herodias, ipsum
Atque trucidandum cupiebat, at immò nequibat.
Mat.12.26. 20. Herodes ipsum metuebat, namque Iohannem;
Esse virum iustum quòd eum sanctumq; sciebat,
Et simul observans erat eius, multaq; fecit
Ipsô auditô, mente audivit eumque libenti.
21. Quando dies igitur *qui erat* opportunus adesset,
(In natalitijs ipsius,) tempore quandò
Herodes esset cœnam facturus eisdem,
Qui fuerant eius magnates, atque Tribuni,
Et Primates in Galilæâ. 23. Atque introijsset
Nata Herodiadis, simul & saltasset, & ipsi
Herodi placuisset, & accumbentibus vnà;
Rex ait inde Puellæ; A me, quodcunque libebit,
Expetito; & donabo tibi. 24. Iuravit eique;
Quod sit cunque petas à me, tibi largiar illud,
Ad mediam regni vsque mei. 25. Digressa sed indè;
Quid peterem? matri illa suæ inquit. At illa, Iohannis
Baptistæ caput, inquit. 26. Continuoque reversa
Ad Regem, gressû quandò introijsset anhelô;
Expetijt, dicendo velim (nunc tempus ad instans)
Vt mihi des patinâ caput in præsente Iohannis
Baptiste. 26. Rex autem valde tristis *ob istud*
Est factus; sed iusiurandum propter, eosque,
Qui secum simul accubuerunt, noluit ipsam
Temnere reiectam. 27. Mox Rexq; satellite missô)
Imperio mandat, caput afferretur vt eius.
28. Hic abiens, in carcere decollavit at illum:
Insuper in patinâ simul & caput attulit eius,
Illud qui dedit atque puellæ: deinde puella
Illa suæ matri dedit illud. 29. Discipuli eius
Quumq; hoc audissent; venerunt, susque tulerunt
In monumentô etiamque eius posuêre cadaver.
Luc.9.10. 30. Tunc & Apostoli erant ad Iēsum convenientes,

Et

Et quæ fecerunt, referebant omnia ad ipsum,
Quæque simul docuerunt. 31. Dixit eisque; Venite
In loca *subducentes* vos deserta seorsim
Et spaciô paulô requiescite. Quippe quod essent
Accedentes atque abeuntes copia multa:
His vt neuve cibum vel manducare vacaret.
32. In desertum navigioq; abiêre seorsim
Inde locum. 33. Sed eos abeuntes turba videbat,
Atque ipsum multi agnoverunt, atque pedestres
Vndique concurrêre ex vrbibus omnibus, illûc,
Prævenêre & eos, & convenêre ad eundem:
34. Egressus turbam tunc multam vidit Iêsus;
Intimô & affectû permotus commiserandi
Est, super his, quòd erant vt oves pastore carentes:
Orsus & est illos etiam permulta docere.
35. Quumque dies esset iam multus; discipuli eius
Accessêre ad eum, dicentes; Est locus iste
Desertus, multusq; dies iam cœpit abire:
36. Dimittas illos, vt in agros, & quoque vicos,
Circumquaque iacentes *disquirendo* profecti,
Panes mercentur sibi; nam, quem mandere possint,
Non cibus est illis. 37 Respondens ipse sed illis
Dixit; Vos date eis, quô possint esse refecti.
Tunc dicunt ipsi; Ducentis numquid euntes
Prò denariolis, panes mercabimur, illis
Vt pastúm demus? 38. Qui verò dixit eisdem;
Panes *vos* quot habetis; abite, simulque videte.
Et quum cognorant; dixerunt: Quinque, duosque
Pisciculos. 39. Tunc iussit eos, discumbere cunctos
Vt facerent, turmarum per convivia sparsi,
Qui viridi *sedeant* super ipsô gramine fusim.
40. Ergò, per areolas secretim discubuerunt,
Partim centeni, quinquageni quoque *partim.*
41. Panibus acceptis atque illis quinque; duobus
Piscibus atque illis, in cœlum suspiciendo,
His benedixit, eos & panes fregit, eosque
Discipulis dedit *ille* suis, vt ponere possent

Mat.14.13
luc.9.10.

Mat.9.38.
& 14.14.
luc.9.11.

Mat.14.15

Mat.14.17
luc.9.13.
iohan.6.4.

Ante

Ante ipsos; piscesq; duos divisit ad omnes.
42. Et manducarunt omnes, & sunt saturati.
43. Et de fragmentis *remanentibus inde* tulerunt
Repletos cophinos duodenos *relliquiarum*,
Et de piscibus. 44. Hi qui pascebantur erantque,
Essent atque perinde virorum millia quinque.
45. Discipulos mox *ille* suos tum deinde coegit
Navigium conscendere; *ripam* & in vlteriorem,
Bethsaïdæ quæ est opposita è regione,)præire;
Intereà donec turbam dimitteret ipse.
46. Quumque illos amandavisset; abiit precatum,
Montem conscendit. 47. Quùm serum porrò diei
Esset; erat maris in mediô tunc navis,& ipse
In terrâ solus. 48. Vexatos vidit eosque,
Navem, quando remulcantes, vrgendo laborant:
(Quandoquidem flavit ventus contrarius ipsis)
Tempore quô, circà quartam vigilantibus horam
Noctis & hos adijt, pedibus pergens super æquor;
Præter & ire volebat eos. 49. Hi porrò videntes,
Quod super æquore progrederetur; & esse putantes
Spectrum; tunc exclamaverunt. 50. (Quippe quòd om-
Illum viderunt, conturbatiq; fuerunt.) (nes
Cum quibus *ille* vnà mox est etiamq; loquutus;
Confidatis, (aitque) Ego sum; nolite timere.
51. Tunc in navigium simul atque ascendit ad ipsos,
Et ventus sedatus erat, multô magis *hi*que
Sese apud ipsos obstupuérunt, atque stupentes
Mirantur. 52. Siquidem non intellectus eorum
Percepit *quod erat factum* de panibus illis;
Namque occalluit illis cor vecorde stupore.
53. Trans freta quùm verò remeassent,traijcientes;
Appulsi in terramque Genazareth applicuerunt.
54. Egressi de navigiô tum quandò fuissent;
Ipsum protenùs agnoverunt. 55. Quum Regionem
Hanc percurrissent, circumquacunque iacentem
Totam, cœperunt in lectis se male habentes
Circumferre, vbicunque audirent ipse quod esset.

Mat. 14.23 Iohan. 6.16.

56. Et quemcunque locum simul introijsset; in vllos
Vicos, aut vrbes, âut agros; se malè habentes
Exposuêre foris; ipsum sunt atque precati,
Eius fimbricolam modò vestis tangere posse;
Qui servabantur, tetigerunt quotquot erantque.

Capvt. VII.

TVnc ad eum Pharisæi convenêre, coacti
Sunt etiam quidam de Scribis, è Solymâ vrbe
Qui devenérunt. 2. Qui quosdam quando viderent
E *numero* ipsorum fuerant qui discipuli eius,
Pollutis manibus (non lotis, scilicet) esse
Panem; conquesti sunt. 3. Quandoquidem Pharisæi,
Iudæique omnes, manibus pugnô nisi lotis,
Non comedunt, Seniorum traditione retentâ.
4. Eque forô quando veniunt, (fuerint nisi loti,)
Non comedunt; alia & sunt plura accepta, tenenda
Abs illis; vt sunt poc'lorum nempè lavâcra,
Horum qui & Sextarij erant, vasorum & ab ære
Quæ conflabantur, lectorum porrò *lavâcra.*
5. Tunc Scribæ & Pharisæi, percontantur ab illô;
Cur tibi Discipuli qui sunt, non illa secundum
Incedunt, quę sunt Seniorûm traditiones;
Immò, solent manibus non lotis mandere panem?
6. Hic atenim-verò respondens, dixit eisdem:
Rectô de vobis Esaias iure Prophetans,
Prædicebat, Hypocritę hi qui *scilicet* estis;
Vt scriptum est; Populus labijs hic memet honorat,
Cor at abest procul ipsorum veruntamen à me.
7. Existunt sed me frustraneô honore colentes,
Doctrinas hominum quæ sunt mandata docentes.
8. Prętereuntes namque Dei mandata; tenetis

Mat.15.2.

Esa 19 13.

Illas

Illas humanę quę existunt traditiones,
Scilicet vt loturę *quæ sunt* vrceolorum.
Et poc'lorum, multa alia atq; huiusce farinę
Efficitis, similis quę existunt conditionis.
Exod.20.12. deut.5.16. ephes.6.2 Exod.21.17 leuit.20.9 prou.20.20 9. Insuper inquit eis; pręclarè transilijstis
Reijciendo Dei mandatum, traditionem
Seruatûm vestram. 10. Nam Moses dixit; Honorans
Esto tuum patrem, matremq; tuam: Simul & qui
Patri vel matri maledixerit, ille feritor
Morte repercussus. 11. *Contrà* vos dicitis autem,
Si Patri, Corban, vel matri dixerit ecquis;
Quod notat, hoc donô de me quô cunque iuvari
Possis; *hic erit insons.* 12. Nec permittitis ipsi,
Omninò quicquam pręstare Patri ampliùs eius,
Siue suæ matri. 13. Per vestram traditionem,
Quam vos traditis, est à vobis factus inanis
Sermo Dei : & facitis conformia talia multa.
Mat.15.10. 14. Ad se compellatâ etiam turbâ vndique totâ;
His Ait; Audite omnes, meque intelligitote,
15. Est nihil extrà hominē, quando ingredietur in illum,
Cui vis est ipsum pollutum reddere posse:
Hæc *solum* sed ab ipsô procedentia quę sunt,
Pollutum reddūt hominem. 16 Quiscunq; habet aures,
Queis audire potest; aures hic arrigat eius.
17. Quumque domum (turbam devitans) introijsset,
Eius Discipuli percontabantur ab ipsô
De sermone figurato isto. 18. Dixit eisque;
Siccine? Vosmet desipientes numquid & estis?
Non intelligitis, veniens extrinsecùs omne,
Ingrediens in eum quòd non hominem queat vllum
Reddere pollutum. 19. Quia cor non intrat in eius:
Vadit at in ventrem, descendens inque recessum
Exit latrinę, purgando quaslibet escas.
20. Atqui dicebat verò, quòd prodit ad exteriora
Ex homine egrediens, hominem contaminat illud.
Genes.6.5. & 8.21. 21. Intùs enim de corde hominûm mala mente voluta
Egrediuntur, adulteria, & meretricia facta,

Cædes, 22. Furta, rei augendæ artes, nequiter acta,
Texere fraude dolos, tumidè insultare protervum,
Invidus aspectus, maledicta, superbia, vecors
Stultitia. 23 Hæc scelera omnia progrediuntur ab intùs,
Quę *violando* hominem pollutum denique reddunt.
24. Et surgens illinc abijt confinia versus
Ipsa Tyri & Sidonis; itemque ingressus in ædem,
Istud nullum scire volebat; at immò latere
Non potuit. 25. De ipsô siquidem muliercula quando
Audivisset, spiritum habebat filia cuius
Impurum, veniens accessit & accidit illi
Pro pedibus. 26. (Mulier *Gentili stemmate* Græca;
Quę Syro-phœnicûm genus est de gente professa,)
Atque rogavit eum de dæmoniô eijciendo
Filia ab ipsius. 27. Cui verò dixit Iesus;
Permittas, proles qui sunt saturentur vt ante.
Namque bonum non est, panem (qui prolibus esset
Dandus,) vt accipias, hunc obijciasque catellis.
28. Illa sed huic respondit, eique (Etiam Domine) inquit;
Sub mensâ ex micis puerorum namque catelli (abito,
Mandunt. 29. Tunc ait huic; Sermonem hunc propter
Dęmonium exijt ex tibi filia. 30. Vt hæc & abivit;
Repperit inde domi, quòd dæmon ab'isset ab eius
Filia, & vt lecto super eius *sana* iacebat.
31. Eque Tyri rursus, Sydonis finibus atque
Ad mare venit quod Galilęæ est, inde regressus
Per medios decumarum fines vrbium earum
Quæ sita ibi sunt. 32. Cui surdum tardeque loquentem
Adducunt, orant vt eique imponere vellet
Ipse manum. 33. Quem quando abduxerat inde seorsim
E turbâ; misit digitos ipsiûs in aures:
Quando spuisset item; tetigit linguam ipsius. 34. Inque
Cœlum suspiciens, gemitum trahit, inquit eique;
Ephthata, id est aperitor, 35. Apertę continuoque
Sunt aures eius, Linguæ illius atque solutum
Est ipsum vinc'lum, rectè simul estque loquutus.
36. Qui ne cui dicant interdicebat eisque,

Mat. 15.21

Attamen

Attamen hi quantò magis interdixerat illis,
Evulgare palàm *satagebant* hoc magis illi.
37. Mirati supraque modum, dixêre stupentes,
Omnia perfecit bene, fecit namque *quòd illi*,
Qui sunt surdi audire queunt; mutique loquuntur.

Capvt. VIII.

Mat.15.32 MVlta omninò esset quùm turba diebus in illis,
Quod manducarent etiam, quicquã nec haberent;
Discipulos ad se ille suos vocat, inquit & ipsis
Iesus: 2. Commoveor miserandi ductus amore
Hanc ergà turbam, triduum sunt quippe manentes
Iam mecum, nec habent quicquã quod mandere possint.
3. Et si ieiunos illos dimisero, in ædes
Ire suas; sunt defecturi, in tramite lassi.
Venerunt siquidem quidam procul inter eosdem.
4. Responsúmque dederunt illi discipuli eius,
Panibus vnde quis est potis, hic, satiaret vt istos,
In desertô? 5. Verùm percontatur ab ipsis
Panes ecquot habetis? At hi (septem) retulêre.
6. Qui tunc demandavit humi discumbere turbam:
Acceptis illis & septem panibus, egit
Grates, & fregit, dedit eius discipulisque,
Apponant vt eis, turbę simul apposuerunt.
7. Pisciculi paucique fuerunt hisce pusilli:
Et quando benedixisset, pręcepit vt illos
Insimul apponerent. 8. Manducavêre sed *illi*,
Et saturati sunt : fragmentorumque tulerunt
(Quę super extiterant) septenas *denique* sportas.
9. Qui manducarunt quater at quasi mille fuerunt:
Et dimisit eos. 10. Ingressus mox quoque navim
Mat.15.39 Ipsiùs cum Discipulis, enavigat *illinc*.

In

In Dalmanuthæ partes & venit. 11. Eoq;
Venerunt Pharisæi, cœperuntq; molesti
Esse, altercantes cum ipsô, (tentando sed ipsum)
E cœlô signum quærunt ostendier illis.
12. Ipse sed altè quum ingemuisset spiritû in eius;
Intulit; ob quam rem, signum gens ista requirit?
Dico Amen, vobis; Signum dandum si erit isti
Genti. 13. Tunc ingressus navim, illisq; relictis
Trans-freta ripam discedebat in vlteriorem.
14. Discipuliq; fuêre obliti sumere panes;
In naui secum panem vnum nec nisi habebant,
15. Interdixit eis dicensque; videte, cauete,
A Pharisæorum fermento; Herodis eôque
A fermentô. 16. Disceptantes ergò fuerunt
Inter se, dicentes, Panes quòd nec habemus.
17. Id verò quum nosset Iêsus, dixit ad illos:
Quid disceptatis, panes quoniam nec habetis?
Annon-dum cognoscitis, & non percipientes
Intellectû estis? vestrum cor immò stupore
Cæcatum retinetis adhuc? 18. Oculos an habentes
Nonne videtis? Quum sint vobis insimul aures,
Annon auditis? Memori nec mente tenetis?
19. Quinq; illos panes ad millia quinq; virorum
Quando confregi: quot sportas inde tulistis
Quę fragmentorum frustis mansêre repletę.
Cui dicunt duodenas. 20. Porrò, quum quater illis
Mille viris panes septem, quot deinde tulistis
Sportas fragmentis plenas? Dixêreq; septem.
21. Quomodo (Tunc ait his) non persentiscitis illhæc?
22. Bethsaidam verò veniebat, ei quoque cæcum
Adduxêre, precantur eumq; vt tangeret ipsum.
23. Apprensaq; manû cæci, deduxit eundem
Extra vicum. Quumq; spuisset in eius ocellos,
Imposuisset eiq; manus, quærsiuit ab illô,
Ecquicquam-ne videret; 24. Ocellis isq; leuatis,
Arboribus similes homines incedere cerno,
Dixit. 25. Deinde manus quando imposuisset ocellis,

Mat. 16,1

Mat. 16,4.

Mat. 16,5.

Mat. 16,6

Iohan. 6,11

Rurſus eiq; oculos iterùm ſuſtollere fecit;
Redditus illi viſus & eſt,cernebat & omnes
Eminùs & clarè. 26. *Ieſus* dimiſit & illum,
Poſſe ſuam *remeare* domum; dicens; Nec in iſtum
Ingreditor vicum;In vicô *hac* nec dicito cuiquam.

Mat,16.13 luc.9,19.

27. Egreſſuſq; eſt Ieſus, eius Diſcipuliq;
Cæſareæ in vicos, quæ eſt appellata Philippi:
Diſcipuloſq; ſuos interrogat inter eundum;
His dicens;Homines quem me aiunt eſſe? 28. Sed illi
Reſponſum referunt,Baptiſtam te eſſe Iohannem
Eliamq; alij *te dicunt*, eq; Prophetis
Ex ipſis alij *te dicunt* inſuper vnum.
29. Ipſe ſed his ait; At quem vos me dicitis eſſe?
Reſpondens verò Petrus; Tu Chriſtus es ille,
Dicit ei. 30. Miſcendo minas prę cepit & ipſis,
Vt de ſe non *auſint iſtud* dicere cuiquam.
31. Cœpit itemq; docere illos, Hominis quòd oportet
Natum multa pati, ſed & à Senioribus eſſe
Reijciendum, prę cipuis etiamq; Sacriſtis
Et Scribis, occidi deniq; poſt triduumq;
Deinde reſurgere. 32. Apertè ſermonemq; loquutus
Eſt iſtum. Quem Petrus tunc *retinendo* prehendit,
Cœpit & obiurgare illum. 33. Converſus at ipſo,
Diſcipuloſq; ſuos inſpectans, increpitavit
Petrum; cui dixit;Sathana diſceſſeris à me,
Non ſapis illa Dei, quę *ſunt*, humana ſed illa.

Mat,10,38. & 16,24. luc.9.2.& 17.34. Mat.10,39. & 16,25., luc.9,24.& 17.33. ioh.12,25.

34. Ad ſe iam verò turbam ſimul vtq; vocaſſet,
Diſcipulis vnà cum ipſius, dixit ad illos;
Me quicunq; ſequi vult, abneget ipſe ſeipſum;
Tollat porrò crucemq; ſuam me deinde ſequatur.
35. Namq; ſuam ſervare animam quiſcunq; ſtudebit,
Hic amittet eam. Quicunq; amiſerit autem
Ipſiuſq; animam,(ratione mei *modò fiat*,
Atq; Evangelij,) ſeruandam reddit is illam:
36. Profuerit quid enim cuiquam, lucratus vt eſſet
Quis totum mundum, iacturam fecerit idem
Ipſe animæq; ſuæ, 37. Vel ab vllô reddita demùm

Pro

Pro redimendâ animâ quæ compensatio fiet?
38. Nam quemcunq; mei, sermonûm sive meorum,
Gente in adulterâ, & ista peccatrice, pudebit:
Filium itemq; Hominis, Tunc eius porrò pudebit,
Quandò sui Patris redeundo gloriâ in eius,
Venerit, Angelicâ sanctâ comitante catervâ.

Mat.10.33
luc.10,26.&
12.8.

Caput. IX.

DIxit prętereà illis; Amen inquio vobis,
Ex illis astant quidam præsentibus isthic,
Qui gustaturi minimè sunt mortis agonem,
Advenisse Dei regnum in virtute priusquàm
Aspiciant. 2. Sextò inde die posthæc & Iesus
Assumpsit Petrum, atq; Iacobum, etiamq; Iohannem,
Et solos illos montem subduxit in âltum
Privatim; mutatus erat formęq; figurâ
Ipsis coram. 3. Vestimenta simulq; corusca
Facta fuerunt; tanquam *nix* est candida valdè
Qualia non potis est * tam candida reddere fullo
Vlla super terram. 4. Visus fuit insuper ipsis
Elias cum Mose, simulq; fuere loquentes
Isti cum Iesu. 5. Respondens Petrus & inquit
Iesu; Rabbi; nos hic esse bonum est: faciamus
Trina tabernac'la, ergô; vnum tibi *fiat*; & vnum
Mosi; atq; Eliæ vnum. 6. Nondum namq; sciebat
Quid loqueretur, erant perculsi quippe timore.
7. Extitit *hinc* nubes vmbrosa, operivit & ipsos,
E nube & venit vox, dicens; Filius hic est
Ille meus, dilectus is, auscultabitis ipsi.
8. Atque statim circumspicientes, ampliùs vllum
Non aspexerunt, præter tantùmmodò Iesum
Solum secum. 9. Verùm descendentibus illis

Mat 16.28
luc.9.27

Mat.17.1.
luc.9.28.

* aliquis.

Mat.17.9

E monte, interdixit eis, quæ visa fuerunt
Abs his, vt nulli narrarent, tùm nisi tantum,
Filius ipse hominis postquàm de morte resurget.
10. Istum sermonem quapropter semet ad ipsos
Continuerunt, inter se quærendo, quid illud
Esset quod dixit, de *nempe* resurgere morte.
11. Et percontantes illum dicendo rogarunt,
Malac 4.3 Cur Scribæ dicunt, quòd oporteat vt prius ergò,
Elias veniat? 12. Respondēs hisce sed inquit
Esa.53.4 [illegible];Elias equidem venturus erit, priùs atq;
Omnia restituit: sicut de Filiô & *istud*
Est hominis scriptum, multa vt patiatur oportet:
Prò nihilôq; habeatur. 13. Vobis attamen aio,
Quòd sed & Elias venit, fecêre simulque
Omnia ei quæcunq; volebant, de velut ipsô
Mat.17.14. luc.9.38. In scriptis constant. 14. Veniens ad Discipulosq;
Ipsius, turbam conspexit adesse frequentem
Circa illos, Queis cum Scribę rixasque mouebant.
15. Turbaq; tota statim quandò ipsum vidit adesse;
Est pauidô perculsa timore, accurrit eique,
Atque salutarunt ipsum. 16. Quæsivit ab hisque
Scribis; Hæc inter vos altercatio quid vult?
17. Respondens ait vnus de turbâq; Magister,
Filius est mihi, cui quum mutus spiritus insit,
Ad te adduxi illū, 18. Qui vbicunq; apprenderit ipsum,
Hunc lacerat, *rabido bilem* dum spumat ab ore
*Horrificum*q; suis stridorem dentibus edit,
Arescitque. Tuis à discipulisq; petivi,
Eijcerent vt eum, sed non fuit hisce potestas.
19. Ipse sed inquit ei, responsum dando; Quouśque,
(O incredula natio) apud vos *ipse* ero *tandem*?
Vos tolerabo quouśque? ad me adducatis eundem.
20. Apportauerunt illum quapropter ad ipsum:
Mox & eô visô discerpsit spiritus illum:
Allisus ceciditq; super tellure volutans,
Atq; vomens spumam? 21. Percontabatur & eius
Patrem Iesus; Quantum temporis excidit, ex quô

Illi contigit hoc. Cui verò replicat ipse;
Eius ab infantili ætate. 22. Etiamq; frequenter
Ipsum proiectum *violenter* misit in ignem,
Tum simul atque in aquas, vt eundem perdere posset.
Sed si quid potis es, nobis succurrito, motus
Visceribus nos ergà commiserantis amoris.
23. Cui sed ait Iesus; Es credere si potis istud,
Omnia credenti fieri possunt. 24. Pater autem
Mox pueri lachrimis clamans manantibus inquit,
Credo, succurras (Domine) isti incredulitati
(*Oro*) meę. 25. Simul autem quandò accurrere turbam
Vidisset Iesus; obiurgans increpitavit
Spiritum eum impurum, *Tu* spiritus, inquit & illi,
Exi mute & surde (tibi ipsemet impero) ab istô,
Ampliùs haudquaquam sed & ingrediaris in illum.
26. Et quum *spiritus* exclamasset, & excruciasset
Ipsum, permultùm discerpens; exit ab illô:
Factus & *ille* fuit quasi mortuus, vt quoq; multi
Affirmarint, est reverà morte solutus.
27. Eius porrò manû comprensâ erexit Iesus
Illum qui simul & surrexit. 28. Quum sed in ædem
Ingressus fuerat; percontabantur ab illô
Discipuli ipsius privatim. Pellere cur nos
Non poteramus eum? 29 Qui tum dicebat ad illos;
Dæmonij genus hoc nullâ ratione propelli
Possibile est, nisi sit compulsus abire precatû,
Et ieiuniô. 30. Et illinc demùm digredientes,
*Vnà iter faciebant *oras* per Galileæ:
Vt verò cognosceret *illud* nemo, volebat.
31. Discipulos *pergendo* suos qui namq; docebat,
Et dicebat eis, Hominis quòd Filius ipse
Incurrendo manus hominum, tradetur, *ab ipsis*,
Quem sed & occident, occisus quiq; resurget
Tertio is ille dié. 32. Dictum sed prorsus id ipsi,
Ignorabant, percontari ab eôq; timebant.
33. Tumq; Capernaüm venit, devenerat autem
Quandò domum; quæsivit ab ipsis; In viâ, id inter

Mat. 17.22
luc. 9.22.
* Vnà iter me-
ditabantur

Mat. 18.1.
luc. 9.45.

Vos quid erat, de quo disceptabatis *euntes?*
34. Ipsi verò conticuêre; quòd in via *euntes,*
Contrà alios alij certantes disseruissent,
Maximus inter eos *esset* quis *nempe futurus.*
35. Quùm consedisset, duodenos insuper illos
Accersivit, & inquit eis; Si quis velit esse
Primus, *is* esto novissimus omnibus, atque Minister
Omnibus. 36. Acceptum puerumq; locavit eorum
In mediô; quem quum simul excepisset in vlnas:
Dixit eis : 37. Quisquis pueris ex talibus vnum
Excepturus erit meo *&* *hoc* pro nomine, memet
Excipit : & quisquis me exceperit; excipit *ille*
Non memet; verùm qui memet misit eundem.

Luc.9.49. 38. Cui respondit Iöhannes, dixitque (Magister;)
Dæmonia eijcientem quendam vidimus, *idq;*
Nomine eum *fecisse* tuô, qui *porrò* sequutus
Nequaquàm nos est; ergò interdiximus illi.
Propterea, quia nos fuerat non ille sequutus.

1.Cor.12.3 39. Sed Iesus dixit, minimè prohibebitis illum
Nomine quippe meô virtutem non facit vllus,
Hic etiamque loqui de me citò qui malè possit.
40. Quandoquidem nobis qui non contrarius extet,
Partibus è nostris est hic constare *putandus.*

Mat.10.42. 41. Potum quisquis aquæ calicem dederit quia vobis,
Nomine dando meô Christi quòd *scilicet* estis,
Amen, affirmo vobis; non perdet *is* eius

Mat.18.6. *Luc.17.1.* Mercedem. 42. Quisquis simul-atque offenderit vnum
Ex parvis istis in me credentibus; esset
Hoc illi satius, saxum appendisse molare
Circa eius collum positum; proiectus & esset

Mat.5.29. *& 18.8.* In mare *mergendus.* 43. Si verò etiam tua fiat
Offensæ ipsa tibi manus; amputa eam : tibi præstat,
Mancus vt introeas in vitam; quàm simul ambas
Quandò manus habeas, adeas, (*arsure*) Gehennæ,

Esa.66.24 Igni *qui locus est* extingui qui nequit. 44. Illis
Interit haud vbi vermis, nonque extinguitur ignis.
45. Et si pes tuus efficit, vt te offensio lædat,

Ab-

Abscindas illum: præstat potiùs tibi claudo,
Ingrediaris vt in vitam, quàm *si vel* habentem
Temet vtrosque pedes, & in ignis abire Gehennam,
Qui non extingui potis est. 46. Vbi vermis eorum
Interit haud *vnquam*, nunquamque extinguitur ignis.
47. Et si oculus tuus offensę tibi re sit in vllâ,
Erue eum, pręstantius est, vt lumine luscus
Diuinum regnum *possis* intrare; magisquàm
Dum binos oculos habeas, sis inque Gehennæ
Ignem proiectus; 48. Non est vbi vermis eorum
Interiturus, & ignis non extinguitur *vnquam*.
49. Omnis homo siquidem salietur ab igne; salique
Quælibet est salienda oblatio. 50. Sal bonus ipse est:
Insulsus verò si sal sit; quônam erit ipsum
Conditum à vobis? Vobis habeatis in ipsis
Ergo salem; pacemque inter vos mutuò habete.

Leuit.2.13

Mat 5.13.
luc.14.34

CAPVT. X.

DIgressusque illinc, Iudęæ venit in oras
Iordani attiguas, ad eundem turbaque rursùm
Conveniebat, & vt consueverat *ante* docebat
Rursus eos. 2. Atque accedentes, sunt Pharisæi
Percontati ab eô; dimittere númne marito
Vxorem liceat? 3. Respondens ipse sed illis
Dixit; quid vobis Moses mandavit? 4. At illi
Dixerunt; Moses permisit *posse* libellum
Scribere reppudij, sed & *hanc* dimittere *posse*.
5 Tunc respondendo Iesus dicebat ad illos;
Durities siquidem vobis in corde quod esset,
Mandatum vobis scribebat *scilicet* istud.
6. Verùm prima ab origine quandò fuêre creati;
Masculum, itemque Deus fęmellam fecit eosdem.

Mat.19.1.

Deut.24.1

Gen.1.27.
mat.19.4.
Gen.2.24.
1.Cor.6.16.
ephes.5.31.

7. Propterea patrem eius homo, matremq; relinquet,
Iunctus adhærebitq; suæ vxori. 8. Duo eruntq;
In carnem vnam. Non duo iam sunt amplius ergò,
1.Cor.7.10 Immò sed vna caro. 9. Coniunxit quod Deus ergò,
Non homo seiungat. 10. Tunc rursum discipuli eius
Quæsivêre domi, de re illâ *plus* ab eôdem.
11. Ipse sed inquit eis, Quisquis dimiserit eius
Mat.5.32 & 199 Vxorem, *si* & duxerit alteram, adulterium ille
Luc.16.18. Committit contra ipsam. 12. Si mulierq; maritum
1.Cor.7.10. *Illa* suum dimiserit, & si nupserit altri,
Mat.19.13 *Hæc* committit adulterium. 13. Tum deinde puellos
Luc.18.5. Oblatos præsentant ipsi, vt tangeret illos:
Discipuli verò obiurgabant, hisce minati
Qui presentarunt. 14. Quod quum vidisset Iesus,
Est indignatus sed & his, permittite, dixit,
Ad me parvuli vt hi veniant, prohibete nec illos:
Constant quippe Dei regnum de talibus. 15. Amen
Dico vobis; Quisquis non exceperit ipsum
Regnum Diuinum, tanquam foret ille puellus,
Ingressus non est in id ipsi aliquando futurus.
16. Complexatus eos quumq; accepisset in vlnas,
Impositis in eos manibus, benedixit iisdem.
Mat.19.16 17. Vt semet daret inq; viam, digressus vt esset;
Luc.18.18. Accurrens quidam genua ad sua poplite flexô
Supplex procumbens, percontabatur ab ipsô,
Quid (bone Præceptor) faciam perquirere posse
Æternam vitam? 18. Cui verò dixit Iesus,
Qua ratione bonum me dicis? Non bonus vllus,
Præterquàm Deus vnicus est. 19. Mandamina nosti;
Exod.20.23. Nequaquam mœchabere; non occidito; furtum
Committas minimè; non contestabere falsum;
Non damnô afficito *quenquam*, Patrem tibi honora
Et matrem. 20. Respondens ille sed inquit eidem;
Hæc obseruavi quæcunq; (Magister) ab ipsâ
Pubertate meâ. 21. Quem contemplatus Iesus,
Hunc dilexit, & inquit ei; Te deficit vnum:
Vadito, sunt quæcunq; tibi divendito, daque

Pauperi-

Pauperibus; simul in cœlo thesaurum & habetis
Atque venito, me (cruce sublataq; sequaris.
22. Iste sed hunc propter sermonem, mœstus abivit,
Factus tristatus; bona plurima namque tenebat.
23. Discipulis (vt quùm circumspexisset Iēsus)
Ipse suis dicit, quàm res est ardua regnum
His intrare Dei, queis copia divitiarum
Suppetit. 24. Attoniti tunc discipuli obstupuerunt,
Hos ad sermones eius. Sed rursus Iēsus
His respondens: Filij ait, Quàm difficile est, vt
Hi qui divitijs confidunt, ingrediantur
Regnum Divinum. 25. Facile est mage posse camelum
Pertransire foramen acus, quàm dives vt intret
Regnum Divinum. 26. Verùm tunc ampliusilli
Percellebantur dicentes semet ad ipsos;
Et quis tum poterit servari? 27. Quos at Iēsus
Aspiciens; Apud *hoc* homines, nullatenùs inquit,
Possibile est; apud immò Deum, non *sic*; quia possunt
(Sunt quęcunque apud illa Deum) fieri. 28 Petrus atqui
Dicere tunc cœpit; Nos queque reliquimus (ecce,)
Te fuimus simul atque sequuti. 29. Dixit Iēsus
Atqui responsum dans; Amen, inquio vobis;
Non est vllus qui domicillum; sive reliquit
Fratres; sive sorores; patrem sive; vel *eius*
Matrem; sive vxorem; proles sive, vel agros;
E ratione mei, *ratione* Evangelijque;
30. Quin centuplicia accipiet, nunc tempore in istô,
Jlle domos, simul & fratres, simul atque sorores,
Et matres, etiam quoque proles, & simul agros,
(*Ac* cum pressuris:) In sæculô & inde futurô
Æternam vitam. 31. Multi sunt porrò futuri
Primi, postremi; postremi denique primi.
32. Inque viâ ad Solymitanam vrbem quùm simul essent
Ascendentes; ipsis dumque præiret Iēsus;
Expavefacti sunt, timuerunt atque sequentes.
Rursus & assumptis duodenis cœpit ijsdem
Ipsemet effari, sibi quæ eventura fuerunt.

Mat.19.27
luc.18.28.

Marc.19.30.
luc.13.30.
Mat.20.17
luc.18.31.

Vrbem

33. Vrbem nos Solymam, *dicens* conſcendimus, (Ecce,)
Principibuſq; Sacerdotûm, Scribiſq; futurus
Filius eſt hominis tradendus; morte & eundem
Condemnabunt, & contradent Gentibus ipſum;
34. Illudent & ei, cædent ipſumque flagellis,
Inſputuri ſunt & in ipſum, quemque necabunt
Morte trucidantes, ternaq; die *ille* reſurget.
Accedunt ad eumque Iacobus, itemque Iohannes,
Mat.20,20. 35. Filij ij Zebedei, qui dixêre (Magiſter)
Eſt deſiderium noſtrum, quodcunque petamus,
Vt nobis preſtes. 36. Quibus is veruntamen inquit,
Ecquid id eſt, vobis quod me præſtare velitis?
37. Hi ſed ei dicunt, Nobis prçſtabis, vt vnus
Proximus ad dextram tibi, & alter vt ad tibi lævam
Gloriâ in *effulgente* tuâ, ſedeamus *vtrinque*.
38. Atqui tum verò Ieſus dicebat ad illos;
Ignoratis quid petitis, bibere anne poteſtis
Poc'lum quod bibo ego; & quô ego ſum baptiſmate lotus,
Vos baptizari? 39. Cui verò (poſſumus) aiunt:
Ieſus autem dixit eis; Equidem bibituri
Eſtis, ego bibo quod poc'lum; baptiſmate & illô,
Quô baptizor ego, baptizandi eſtis: 40 At iſtud,
Ad mihi dextram, ſive ſiniſtram *poſſe* ſedêre;
Hocce meum dare non eſt; eſt quibus immò paratum.
41. Tunc *alij* quandò *iſthæc* audivêre deceni;
Indignantes eſſe Iacobô deque Iohanne
Hi cœperunt. 42. Hos at Ieſus quando vocaſſet;
Luc.22.25 Dixit eis; Qui Gentibus imperitare videntur;
Scitis eos dominari in eas; magnatibus atque
Illarum ſimul eſſe poteſtatem ſuper ipſas.
43. Sed non ſic erit inter vos; Quicunque ſed immò
Inter vos magnus fieri volet, ille miniſter
Sit veſter. 44. Quicunque etiam vult primus haberi
Ex vobis; ſit ſervus is omnibus. 45. Quippe quòd is qui
Filius eſt hominis nequaquam venit *ob iſtud*,
Eſse miniſtrandum ſibi; ſed magis ipſe miniſtret,
Eius vt atque animam precium daret; vnde redempti

Eſſe

Esse queant multi. 46. Iericho tunc adveniebant. *Mat.19.29. luc.18.35.*
De Ierichô egrediente & eô, cum discipulisque
Eius, *cum* multâ simul & *comitante* catervâ;
Bartimæus Timæi qui filius, orbus ocellis,
Ille viam iuxta, dimendicando sedebat.
47. Et quum Iesum Nazarenum audiverat esse;
Tum clamare, & Fili David (dicere) Iesû
(Occepit) miserêre mei. 48. Quem porrò silere
Multi obiurgabant; clamabat at is mage multò;
Fili Davidis miserêre mei. 49. Stetit atque
Iesus, præcipiens *ad semet* eum esse vocandum.
Atque vocaverunt cæcum, dixêre, & eidem
Esto confidens, exsurgas, te vocat. 50. Atqui
Palliô is abiectô (quandò surrexerat) eius;
Ad Iesum venit. 51 Respondens, inquit at illi
Iesus: Quid tibi vis præstem? Cui cæcus at inquit,
Rabboni, vt rursùs videam. 52. Cui dixit Iesus;
Vade; fides tua te servavit. Moxque recepit
Visum, deinde viæ comes assectatur Iesum.

Caput. XI.

Quum Solymis etiam cœpissent esse propinqui, *Mat.21.1. luc.19.29.*
Ad Bethphage, & Bethaniam, ad montem illum O-
E sibi discipulis binos mittebat; 2. Eisq; (leatum
Ex adversô in vicum vobis (inquit) abite,
Invenietis ibiq; statim (quum intrabitis illuc,)
Pullum constrictum, cui non insederit vllus
Ante hominûm; solvatis, & adducatis eundem.
3. Et si sit quisquam, qui vobis dixerit; Istud
Cur facitis? Dicetis ei; Domino est opus illô.
Isthùc mox & mittet eum. 4. Quapropter ierunt,
Pullum comperiêre, ad ianuam cumque ligatum,

In

In bivio ante fores, quem reddunt atque solutum.
5. Tunc quidam dixerunt his, de astantibus illic;
Quid facitis, pullum qui solvitis? 6. Hi sed ijsdem
Dixerunt, sicut Iesus mandaverat ipsis;
Et demiserunt illos. 7. Qui tunc ad Iesum
Pullum adduxerunt, iniectaque pallia *dorso*
Ipsi substernunt, super illum deinde sedebat.
8. Perque viam sua substraverunt pallia multi,
Ast ex arboribus quidam proscindere frondes,
Inque viam ponunt constrandam. 9. Quique prçibant,
Acclamaverunt, (dicentes,) quique sequuti,
Hosanna: benedictus *is esto*, nomine quisquis
Advenit in Domini. 10. Benedictum Patris *& esto*
Nostri Davidis regnum, quod nomine *nempe*
Advenit in Domini: Hosanna: *O tu, qui es* in altis.
11. Et Solymam Iesus *sic* est ingressus in vrbem,
Atque in Templum. Circumspectans quumque videret
Omnia, quùm demùm iam vespera & hora fuisset;
Cum duodenis inde ad Bethaniam vsque recessit.
12. Tum de Bethaniâ quum posteriore dieq;
Exivissent; esurijt. 13. Quumque eminùs illinc
Vidisset ficum foliorum fronde virentem;
Accessit *visum* numquid reperiret in illa.
Quumque ad eundem devenisset; nil nisi tantum
Tunc folia invenit, quia nondum ficubus esset
Tempus. 14. Respondens Iesus huic *ficui* & inquit;
Prorsus in æternum quisquam non amplius ex te
Manducet fructum. Sed & *illud* discipuli eius
Audivêre. 15. Vrbem Solymorum tunc & adibant:
Ingressus Iesus templumque, expellere cœpit
Illos, in templô qui vendebant, & emebant,
Illorum mensas à nummis quique fuerunt
Mutandis, cathedras vendentibus atque columbas
Subvertit. 16. Nec quenquam deportare sinebat
Vas per templum. 17. Quos docuit, dicebat eisque
Existit scriptum, Domus est mea nonne vocanda
Vt precibus Domus esset Gentibus omnibus ipsa?

Latro-

Marginal notes: *Iohan.12.14.* — *Mat.21.10. Luc.19.45.* — *Mat.21.19* — *Isa.57.6. Iere.7.11.*

Latronum speluncam vos fecistis at illam.
18. Et Scribæ, atque Sacerdotes primarij *idipsum*
Audivêre, & quæsiverunt quomodo possent
Ipsum perdere, namque illum timuêre; quòd omnis
Turba stupens valdè mirata fuit super eius
Doctrinâ. 19. Quùm verò vespera facta fuisset;
Egrediebatur tunc Iesus *rursus* ab vrbe.
20. Et quùm manè revertebantur, pręterеuntes;
Illam viderunt ficum, radicitùs esse
Arentem factam. 21. Petrus tunc atque recordans;
Dixit ei; Rabbi, en, ea ficus cui male-dixti,
Aruit. 22. Et Iesus respondens, dixit ad illos;
Este fidem * Dei habentes 23. Amen (inquio) vobis,
Quòd quicunque isti monti, (sustollitor) aiet;
In mare proiectus quoque sis non hæsitet ille
Atque in corde suô; sed crediderit fore cuncta
Quæ dicit; sibi fiet idem, quod dixerit omne.
24. Propterea dico vobis; quæcunque precantes
Expetitis, *vos* accepturos, credite; eruntque
Vobis, 25. Atque precaturi quùm steтis; habentes
Adversus quenquam quodcunque remittite eidem;
Vester & ille Pater cœlestis vestra remittet
Hæc etiam vobis, quæ vos peccatis in ipsum.
26. Nam si vos non dimittetis; nec Pater ille
In cœlis vester vobis peccata remittet.
27 Tunc vrbem ad Solymam rursus veniunt, vbi quandò
Ambulat in templô, venerunt ipsi ad eundem
Cumque Sacerdotum primores, tum quoque Scribæ,
Tum Seniores. 28. Insuper illi, Quâ facis (aiunt)
Ista potestate? Et quisnam est tibi, qui dedit istam
Ille potestatem, quâ fultus es, ista patrare?
29. Verùm respondens illis dicebat Iesus,
Vos etiam quandam rem percontabor & ipse,
Respondete ideoque mihi; dicam quoque vobis,
Porrò potestatem per quam facio ipsemet ista.
30. An *divinitùs* è cœlo, anne humanitùs illud
Scilicet extiterat, quod erat baptisma Iohannis?

Mat.21.9

Mat.7.7.
luc.11.9.

Mat.6.14.

Mat.21. 14.
luc.20.1.

Respon-

Respondete mihi. 31. Sed ijdem semet ad ipsos
Hôc ratiociniô dixerunt; Cœlitûs *esse*
Si dicemus *id ortum*; dicet, Cur ideoque
Nequaquàm fidistis ei. 32. Sed si *vice versâ*
Simus dicentes; humanitùs *esse profectum:*
Tum formidamus populum: de namque Iohanne
Senserunt omnes; quòd verè erat ille propheta.
33. Tunc respondentes, dicunt (Nescimus) Iesû.
Iesus respondens, ait his, etiamque nec ipse
Vobis dico; potestatem per quam facio ista.

Capvt. XII.

Mat.21.33.
luc.2.9.
esa.5.1.
iere.2.21.

ET sermonibus adsimilatis cœpit eisdem
Dicere; vinetum quidam plantavit; eique
Circum-ponebat sepem, foditque lacunam,
Ædificavit item turrim, simul atque locavit
Agricolis illam; peregrè fuit atque profectus.
2. Misit ad agricolas servum quùm tempus eratque,
Vineæ ab agricolis vt fructum sumere posset.
3. Hi sed eum feriunt inflictô vulnere captum,
Atque remiserunt vacuum. 4. Tunc rursus ad illos
Hic alium servum misit, lapidûm quoque iactû
Ictibus inflictis caput illi comminuerunt,
Atque remiserunt tractatum dedecorosè.
5. Misit itemque alium; sed & illum cæde trucidant:
Et multos alios, cædendo quidem hos, sed & illos
Morte trucidantes. 6. Ergò quum filium haberet
Vnicum adhuc, sibi prædilectum; misit ad illos
Hunc & postremò; Reverebuntur mihi natum
Dicens. 7. Agricolę dixerunt se tamen inter,
Hic est hæres is ipse; venite, necabimus illum:
Et *sic* hæredis ius fiet *denique* nostrum.

8. Ip-

8. Ipsum quem simul & capientes, interimerunt,
Extrà vinetum sed & eiecêre *peremptum.*
9. Quid faciet Dominus vineti proptereaque?
Est venturus, deleturus & hosce colonos,
Vinetum dabit atque alijs. 10. Legistis an istam
Non *vos* scripturam; Lapidem quem reijcientes,
Ædificatores reprobarunt, in caput idem
Anguli is est factus. 11. Factum fuit à Dominô istud,
Hoc etiamque oculis est admirabile nostris?
12. Et quæsiverunt ipsum comprendere; verùm
Turbam sunt veriti; cognorat namque quòd istum
Hic ænigmaticum sermonem adversus eosdem
Proposuisset, abiverunt ipsôque relictô.
13. Tunc ad eum quosdam miserunt è Pharisæis,
Atque ex asseclis Herodis ad illaqueandum
In sermone illum captum. 14. Qui tum venientes
Huic (Scimus præceptor) dicunt, es quia verax,
Nec quenquam curas; siquidem non respicis vllum,
Ex personâ hominûm, via vera Dei immò docetur
Verè à te, licet an dare Cæsari, an haud dare censum:
Demus? an haud demus? 15. Quùm verò sciret eorum
Isthic hypocrisin, inquit eis; Tentamine quid me
Estis adorti? Quin denarium (vt *ipse* viderem)
Adfertote mihi. 16. Qui oblatum porrò ferebant.
Dicit tunc ipsis; Isthæc est cuius Imago,
Atque inscriptio? Qui sed eidem Cæsaris aiunt.
17. Dixit & his Iesus, respondens; Cæsaris illa
Quæ *sunt* reddite Cæsari; Itemque Dei *date* quæ *sunt*,
Illa Deo. Tunc admirati sunt super ipsô.
18. Accedebant Sadducæi tunc ad eundem,
Qui quòd rursus erit surrectio nulla futura,
Affirmant: Qui percontati sunt & ab ipsô,
Dicentes; 19. Preceptor, Moses *ista* reliquit
Nobis in scriptis; Si cuius mortuus esset
Frater, qui vxoremque reliquerit, & neque natos
Ille reliquerit; accipiat *tum* frater vt eius
Illius vxorem, semen quoque suscitet *ille*

Psal.118.22 esa.28.16. mat.21.42 act.4.11. rom.9.33. 1.pet.2.6.

Mat.22.15 luc.20.20.

Rom.13.7

Mat 22.23 luc.20.27.

Deut.25.5

Ipsiûs fratri. 20. Fratres septem ergò fuerunt;
Accepitque vxorem primus, mortuus estque,
Semine non relicto. 21. Accepit eamque secundus,
Mortuus est etiam, semen nec & ipse reliquit;
Tertius atque itidem. 22. Quamque illi denique septem
Accepêre, reliquerunt nullum quoque semen.
Vltima post omnes est mortua fœmina demùm:
23. Quapropter, quandò fiet surrectio rursus,
His septem fratres postquam *de morte* resurgent;
Hac cuius *tandem censenda* erit vxor eorum?
Vxorem septem quòd habebant scilicet ipsam.
24. Respondens etiam Iesus dicebat eisdem
Num non erratis, Scripturas neuve quòd estis,
Virtutemque Dei *divinam*, sive scientes?
25. A fato postquàm defunctis namque resurgent,
Nec *tunc* vxores ducunt, nuptum neque dantur:
Sed sunt angeli vt hi *qui* in cœlis *sunt habitantes.*
26. Ast de defunctis, quòd sunt de morte citandi;
Non legistis libro in Mosis, quomodo (dicens,)
In dumô fuerit Deus ipse loquutus ad illum?
Ipse ego *sum* Deus ille Abrahami, *sum* Deus atque,
Ille Isaaci, Deus insimul ille Iacobi.
27. *Atqui* nequaquàm *verò* Deus est *Deus horum*
Qui sunt mortui; at horum qui in viventibus extant:
Erratis multùm vos ergo. 28. Accessit & vnus
Qui fuit è Scribis quidam, qui audiverat ipsos,
Dum disceptarent; (& respondisse sciebat
His ipsum rectè;) percontabatur ab illô;
Quodnam præcipuum mandatum præ omnibus esset?
29. Hoc est præcipuum (Iesus respondit at illi)
Præ reliquis mandatis omnibus *anteferendum:*
Israël, audi; Dominus noster Deus, vnus
Est Dominus. 30. Dominumque Deum tibi, dilige totô
Corde tuô, tota ex animaque tuâ, & quoque totâ
Mente tuâ, totisque tuis ex viribus ipsis.
Hoc est mandatum primum. 31. Simile atque secundum
Est hoc: Dilige eum qui proximus est tibi, tanquam

Exod.3.6. mat.22.32.

Mat.22.35

Deut.6.4.

Levit.19.18. mat.22.39 rom.13.9. gal.5.14. iac.12.8.

Diligis

Diligis ipse teipsum. Non est maius habendum
His aliud mandatum. 32. Scriba hic dixit eique
Rectè, (Præceptor) reverâ verè ais *istud.*
Nam Deus vnicus est, est nullus præter eumque.
33. Diligere atque ipsum de toto corde, simulque
Ex intellectû totô, de totâ animâque,
Viribus ex totisque; Et eum qui proximus extat,
Diligere, æquè ac temet *amore amplectiris* ipsum
Plus est, omnia quàm quæ prorsus sacra cremantur,
Et *quam sunt* quæ oblata litantur. 34. Quumque videret
Iesus cordatè quòd respondisset; eidem
Dicebat, Nequaquam longè existis ab ipsô
Regnô *tute* Dei. Tum denique nemo *deinceps*
Ampliùs audebat percontari ecquid ab illô.
35. Iesus respondens dicebat itemque docendo
In Templô, Sobolem Dauidis quomodò Christum
Esse aiunt Scribæ? 36. Quùm Dauid Spiritû in almô,
Ipsemet aiebat Dominus Domino ipse meo inquit,
Ad dextram mihi consideas, quoadusque scabellum
Esse tuos hostes, pedibus tibi ponere possim.
37 Dauid eum Dominum quando ipsemet (ergò) vocavit:
Vnde is Filius est ipsius? Multaque turba
Auscultaverunt ipsi cum mente libenti.
38. Ipse suâ sed & in doctrinâ dixit eisdem,
A Scribis caveatis; amantibus ire stolatis.
Inq; foris donari posse frequente salute:
39. Primos consessus atque in conventibus *urgent*,
Accubitusque in cœnis primos. 40 *Insuper* ædes,
Quæ viduarum *sunt*, satagunt glutire vorando;
Prætexuntque precum longis ambagibus [illegible]
Iudicium sunt accepturi duriùs isti.
41. Quando ex oppositôque loci sedisset Iesus
Eius, vbi thesaurus erat *Templi* ipse repostus;
Aspectabat quomodò turba æs injiciebat
Thesauri in loculum; locupletes denique multi
Injiciebant plurima, 42. Quum vidua atque veniret
Quædam, quæ pauper *fuerat*, quæ iniecerat *aris*

Mat. 22.41. luc. 20.41.

Psal. 119.1

Mat. 23.6 luc. 11.43 & 20.46.

Mat. 23.14 luc. 20.47.

Luc. 21.1.

Bina minuta;(quod est quadrans;) 43 Quũq; *ille* vocasset
Ad se discipulos ipsius; dixit ad illos;
Dico, Amen, vobis, Vidua hęc paupercula plusquàm
Omnes iniecit, qui nummos inijciebant
Thesauri in loculum. 44. Miserunt quippe quòd omnes
Ex illô quod eis effluxerat vsque redundans;
Hæc verò penuriâ ab illius omnia misit
Quæ possedit, (victum totum *scilicet eius*.)

Capvt. XIII.

Mat.24.1
luc.2.15.

E Templô quumq; egrederetur, dixit ad illum
Quidam è discipulis eius; Spectato (Magister)
Quales *sint* lapides, structuræ *hæ* denique quales.
2. Tunc etiam Iesus respondens, dixit eidem;
Luc.19.44
Ædificata vides magnô hæc molimine structa?
Non lapis est lapidem super vllus in hisce futurus
Linquendus, destructus erit quin funditùs idem.
3. Quumque Olearum in monte sedens erat, è regione
Templi, Petrus itemque Iacobus, itemque Iohannes,
Et simul Andreas, exquisivêre seorsim
Abs illo; 4. Fient hæc quandò dicito nobis,
Et quod *erit* signum, fuerit tum quando futurum,
Ephes.5.6.
2.thes.2.3
Omnia vt a[illegible]ant hæc finem. 5. Cœpit at illis
Dicere respondens Iesus; Estote videntes,
Ne vos seducat quisquam. 6. Venient quia multi,
Prętexendo meum qui nomen *scilicet* aient;
Ipse ego sum *Christus*, seducent deniq; multos.
7. Audierîtis quandò verò bella, simulq;
Bellorum *spargi* rumores; inde timore
Turbati minimè sitis, quòd oportet vt ista

Fi-

Fiant; finis erit sed nondum. 8. Gens quia surget
Adversus gentem, regnum ruet in quoque regnum,
In plærisque locis telluris eruntque tremores,
Annonæq; fames, *confusæ* denique turbæ.
9. Principia ista dolorum *sunt.* Caveatis at immò
Vos vobis-ipsis. quia tradent vos in eorum
Consessus, atque in Synagogas : Cæsi eritisq;
Tum quoque Præsidibus coram quoq; Regibus estis
Sistendi, ratione mei; quod semet in ipsos
Testificatui erit. 10. Gentes etiamq; apud omnes
Primò Evangelium quòd promulgetur oportet.
11. Quum vos tradentes, ducti veruntamen estis;
Solliciti minimè curantes este, quid ante
Sitis dicturi, meditantes sed neque sitis;
Sed quicquid dabitur vobis momentô in eodem,
Este loquentes id, Non estis quippe loquentes
Vos *illud*; *loquitur* sed Sanctus Spiritus ipse.
12. Ad mortem frater sed fratrem tradet, & *eius*
Qui pater *est* prolem : proles contraq; parentes
Insurgent, illos curabunt morteque plecti.
13. Exosi omnibus atque eritis mihi nominis ergô:
Ad finem verò qui perduraverit vsque;
Is seruabitur. 14. At quùm devastatio vastans
Illa videbitur à vobis, de quâ à Daniele
Extitit *ante* Prophetâ dictum, stet quòd in illô
Post'a locô, nequaquàm in quô *consistere* debet,
(*Hic* anim'advertat, quisquis qui legerit *ista*)
Tunc qui in Iudeâ sunt, in montana capessant
Inde fugam. 15. Sed qui *fuerat* tectô super eius,
Non descendat in ædem, porrò nec ingrediatur,
E domô vt ipsiùs, quicquam desumere posset.
16. Quiq; in agrô fuerit, non inde revertitor illuc.
Retrò, pallium vt illinc eius sumere posset.
17. His vterum qui gestant, væ, lactantibus illos
Perque dies. 18. Oretis verò ne fuga vestra
Sit *vobis remoram factura* in tempore brumæ.
19. Quippe dies illi quòd erunt afflictio *talis*,

Mat. 10, 19 luc. 12. 11. & 21, 14.

Mat 24. 16 luc. 21 20 Dan. 9. 25.

 Qua-

Qualis nequaquam fuit ipsa ab origine primâ
Vllarum rerum, Deus ecquas condidit, vsque
Tempus ad hoc præsens, nec erit *quandoq;* futurum.
20. Atque dies Dominus nisi decurtasset eosdem;
Nulla caro conseruaretur: propter at illos
Electos. elegit quos; *Deus* abbreviavit
Hosce dies. 21 Et tunc si vobis dixerit ecquis;
Ecce *vel* isthîc Christus *adest, est* Ecce vel illic;
Ne credatis. 22. Pseudochristi, & Pseudoprophetæ
Surgent multi etenim, signa & miracla daturi
Ad seducendum (fieri si possibile esset)
Electos etiam. 23 Sed vos estote caventes,
Ecce prius dixi vobis quæcunque futura.
24. Porro dies per eos,, afflictio quando peracta
Hæc fuerit, sol obscurabitur, & neque luna
Splendorem dabit ipsa suum. 25. Stellæ quoque cœli
Corruituræ sunt, cœlorum deniq; vires
Concutiendæ sunt. 26. Hominis Natumque videbunt,
Tunc virtute potenti in nubibus aduenientem,
Cum multâ *aspicuum fulgenti* gloriâ & *eius*.
27. Angelicos *genios*que suos tunc *vndique* mittet,
Electosque suos à ventis porrò quaternis
Coget, ab extremis telluris partibus, vsque
Ad cœli extremum. 28. Sed ab ipsâ discite ficû
Exemplum typicum; Quùm ramus iam tener eius
Extiterit, det item foliorum germina; nostis
Æstas quòd prope sit: 29. Sic quando conspicietis
Et vos, hæc fieri; scitote *Dei* prope adesse,
Adque fores *regnum*. 30. Vobis Amen *Ego* dico,
Isthæc existet quòd præteritura nec ætas;
Omnia donec erunt isthæc confecta priusquam.
31. Cœlum, terra etiam tansibunt, sed mea verba
Non transibunt. 32. De illô porrò diê, sed & horâ,
Nemo quidem novit, non immò nec Angeli ijdem,
Qui sunt in cœlô; nec Filius ipsemet; atqui
Ipse Pater. 33. Caueatis, & invigiletis; & este
Orantes, siquidem nescitis quando futurum

Mat. 24,23 *luc.* 21,8.

Ezech. 32.7 *esa.* 13,10. *ioel.* 2.10.31. & 3.15.

Mat. 24.13

Tem-

Tempus erit. 34. Nam Filius est hominis velut, ac-si
Esset homo peregrè proficiscens æde relictâ
Ipse suâ, servisque suis dedit inde recedens.
Iura potestatis proprium sibi cuique opus indens:
Ianitor atque habuit mandatum, quòd vigil esset.
35. Inuigilate igitur; nescitis quando redibit
Namque domûs Dominus; num vespere, noctis an *alta*
In mediô; an galli cantû, vel mane *diei*.
36. Nè quum venerit ille repentè, invenerit *esse*
Vos dormitantes. 37. Quæ vobis attamen aio;
Hæc eadem (sitis vigilantes) omnibus aio.

CAPVT. XIIII.

PAscha diebus & Azyma binis post erat autem,
Tumque Sacerdotum primores, tum quoq; Scribæ
Expiscati sunt quâ ipsum ratione prehensum
Frande trucidarent. 2. Verùm nihilominùs aiunt;
Non in festô, sit populi ne forte tumultus.
3. Bethaniæ verò quùm *Iesus* esset in æde
Simonis Leprosi; venit fœmina quædam,
Cui fuit vnguenti spicati nardi alabastrum
Ingentis precij; quæ alabastrô denique fractô
In caput *vnguentum* perfuderat illius. 4. Atqui
Intra se quidam sunt indignando frementes,
Et dixêre; vnguenti quorsum perditio ista
Facta fuit. 5. Denariolis plus namque trecentis
Hoc poterat vendi, donari pauperibusque
Et fremuêre in eam. 6 Iesus sed omittite dicit,
Illam sitis ei quânam ratione molesti?
Ergà memet *nempe* bonum est operata opus illa.
7. Quandoquidem, vobiscum semper habetis egenos,
Quandocunque voletis item benefacta potestis

Mat. 26. 1.
Luc. 22. 1.

His impendere: non semper habebitis autem.
8. Isthæc quod potuit, fecit: Namque vngere corpus
Posse meum, prævenit *in hoc* pollinctor vt esset,
Funeris *ipse mei*. 9. Vobis Amen *ego* dico,
In quôcunque locô per totum *scilicet* orbem,
Hoc Euangelium quum promulgabitur *olim*,
Istud itemq; quod hęc fecit narrabitur *vna*,
Vt memores *etiam q; homines* sint *insimul* eius.

Mat. 26. 14
luc. 22. 4.

10. Judas Iscariotes vnus & è duodenis
Tunc ad Pontifices primores venit, vt illum
Proderet his. 11. Quem quum audierant, prę gaudiô o-
Promisêre pecuniam & ipsi se esse daturos. (varunt
Ergò quęrit, vt opportunè proderet illum.

Mat. 26. 17
luc. 22. 7.

12. Deinde die primô quô mandunt Azyma; Pascha
Quando mactabant; dicunt huic discipuli eius;
Quò vis pergamus, Pascha vtque paremus edendum?
13. E sibi discipulis tûnc binos mittit, eisque
Dicit; In vrbem abeatis, ibique occurret onustus
Amphorâ aquæ vobis homo; consectemini eundem.
14. Et quocunque intraverit *in*; dicetis ad illum,
Qui pater est famulatus; Dicit *nempe* Magister,
Diuersorium vbi est, vbi possim Paschate vesci,
Cum mihi discipulis? 15. Est monstraturus & ipse
Vobis cœnac'lum, constratum, grande, paratum:
Illic nobis *Pascha* paretis. 16. Tunc abierunt
Eius discipuli, venerunt deniq; in vrbem,
Omnia & invenerunt, sicut dixerat illis:
Atq; para[illegible]runt Pascha. 17. Et vt esset vespera f[illegible]cta;
Cum duodenis venit. 18. Discumbentibus autem,

Mat. 26 20
luc. 22. 14.
iohan. 13. 21

Et commanducantibus ipsis, inquit Iesus;
Amen vobis dico; Ex vobis quippè quòd vnus
Me prodet, comedens mecum. 19. Cœpêre sed illi
Tristes esse, sigillatim quoq; dicere eidem,
Vnus numquid ego'n? Numquidne ego *dixit &* alter?
20. Hic atqui verò respondens inquit eisdem;
Ex vobis vnus duodenis ipsemet *inquam*,
Me prodet, catinô mecum qui intingit in ipsô.

21. Filius

21. Filius ille hominis reverè abit, est vti scriptum
De ipso: Homini sed ei væ, per quem Filius ille
Est hominis prodendus. Si non natus is esset
Omninò; præstasset ei. 22. Et comedentibus illis
Quum panem accepisset Iesus, tum benedicens,
Fregit, & his dedit, atque ait, accipiatis, edatis,
Hocce meum est corpus. 23. Perceptô poculo, agensque,
Grates, his dedit; Omnes ex illôque biberunt.
24. Hisque ait, Hoc meus est sanguis, qui est fœderis eius
Ille novi, qui prò multis effunditur. 25. Amen,
Dico vobis; Non bibiturus ero ampliùs exhinc
De fructû vitis, diem ad illum donec eundem,
Regnô deinde novum fuero bibiturus in ipsô
Divinô. 26. Quando cecinissent insimul hymnum;
In montem exibant Olearum. 27. Dicit Iesus
Hisque; Omnes in me nocte offendemini in istâ;
Quippe quòd est scriptum; Pastorem percutiam; atque
Dispergentur oves. 28. Postquàm surrexero verò,
In Galilæam vos præcedam 29. Petrus at illi
Dicebat; Quamvis sint omnes scandala passi;
Non at ego *offendar*. 30. Tunc illi dicit Iesus;
Amen dico tibi; me hodiè istâ nocte, (priusquàm
Gallus bis vocem dederit) ter tute negabis.
31. Hic magis at multò dixit; Si sit mihi tecum
Commoriendum; nullâ te ratione negabo.
Deinde modô parili dicebant insimul omnes.
32. Inq; locum veniunt, fuerat qui nomine dictus
Gethsemane; Discipulis dicebat & eius;
Este sedentes hic, donec fuero vsque precatus.
33. Et Petrum, secumque Iacobum, tumq; Iohannem
Assumit, cœpitque pavere grauissimè & angi:
34. Valdè (ait hisq;) anima est mihi mortem tristis adusq;:
Hic estote manentes, & vigiletis. 35. Et *illinc*
Paulùm progressus, terram pronus super ipsam
Procidit; orauitque, vt (si fieri modò posset)
Hora ea pertransiret ab ipso. 36, Denique dixit;
Abba Pater, fieri *quæ tu vis* omnia possunt.

Mat.26.26
1.cor.11,24

Iohan.16.32.
Zach.13.7.

Infr.16.7.

Mat.26.30.
luc.22.39.

A me transferto istud poc'lum. Sed tamen illud
Non ego quod volo, sed quod tu vis *fiat*. 37. Itemq;
Venit, eos invenit & indulgere sopori,
Et Petro dicit: Simon num dormis? & vnam
Horam nequaquàm vigilare potes? 38. Vigilate,
Atque oretis, vt in tentamen nè introeatis,
Spiritus *est* equidem promptus, caro debilis autem.
39. Rursus & abscedens, oravit, dixit eundem
Et sermonem. 40. Rursus eosdem deinde reuersus,
Inveniebat dormitantes; namque gravati
His oculi fuerant *hebetudine*, neuve sciebant
Omninò, quod ei responsum reddere possent.
41. Accessit vice ternâ etiam dicebat eisque;
Quod super est, nunc *ilicet* indulgete sopóri,
Et requiescite, sufficit, instans imminet hora;
Ecce manus in peccatorum traditus ipse
Filius est hominis. 42. *Sed iam* surgatis, eamus:
Ipse mei qui proditor est, est ecce propinquus.

Mat. 26.47
luc. 22.47.
iohan. 18.3

43 Mox quoq; dum loqueretur, adest Iudas, qui erat vnus,
E duodenis, cum quô *venit* multaque turba,
Cumgladijs, & fustibus à primoribus illa
Missa Sacerdotum, & Scribis, Senioribus atque.
44. His verò signum dederat qui prodidit illum
Commune inter eos, dicens dedero cuicunque
Oscula; is est: apprendite, eumque abducite tutò.
45. Qui quum venissetque, accedens mox ad eundem
Rabbi, Rabbi, inquit, dedit oscula & *insuper* ipsi.
46. *Hi* verò iniecêre manus in eum, sed & illum
Prenderunt. 47. veruntamen ex astantibus vnus,
Ense Sacerdotis destrictô percutiebat
Supremi servum, sed & abstulit illius aurem.
48. Respondens atqui verò Iesus, ait illis
Adversus tanquam latronem, prendere memet
Posse, exivistis gladijs & fustibus vsi.
49. Inter eram vos quottidiè, in templô *ipse* docendô,
Nec me prendistis: *fieri* tamen *istud* oportet,
Impleri vt possint Scripturæ. 50. Ipsôque relictô,

Om-

Omnes fugerunt. 51. Ipsum fuit atque sequutus
Tum quidam iuvenis, super *eius corpore* nudô,
Syndone vestitus, iuvenes illumque prehensant.
52. Attamen ipse relictâ syndone, nudus ab illis
Effugit. 53. Iesum deduxerunt & ad ipsum
Pontificem summum; convenerunt simul omnes
Tumq; Sacerdotes, primores, & Seniores,
Et Scribæ. 54. Petrusque à longe ipsumque sequutus
Est, adeò vt supremi *etiam* penetrarit in aulam
Vsque Sacerdotis, consedit cumque ministris,
Cum quibus atque ipsum semet calefecit ad ignem.
55. Porrò Sacerdotes summi consessus & omnis,
Quęsiverunt testificatum adversus Iësum,
Vt mulctarent illum morte; sed inveniebant
Nullum. 56. Quandoquidem quum falsum testificatum
Multi adversus eum dixissent, attamen illa
Consona non illorum testificata fuerunt.
57. Tunc surrexerunt quidam, falsumque ferebant
Testificatum adversus eum. 58. Qui audivimus (aiunt)
Nos illum dicentem; Ego templum (exędificatum
Hoc hominum manibus) dissolvam; Intra triduumque,
Alt'rum (non hominum manibus factum) ædificabo.
59. Sed neque sic fuit hæc par testificatio eorum;
60. Maximus in medium tunc assurgendo Sacerdos,
Percontabatur Iesum, dicens; Nihil anne
Prorsus respondes? Quid *id est quod* testificantur
Isti adversum te? 61. Veruntamen ipse silebat,
Responditque nihil. Percontabatur ab ipsô
Rursus maximus ille Sacerdos, dixit eique;
Numquid an ipsemet es tu Christus, Filius ille
Illius Benedicti? 62. EGO SVM, dixit sed Iësus:
Filium eumque hominis simul ipsum conspicietis,
Ad dextram *Patris* virtute potente sedentem,
Insuper & cœli cum nubibus advenientem.
63. Summus at ille Sacerdos, ruptis vestibus eius;
Vt quid adhuc nobis opus est *iam* testibus, inquit?
64. Audistis blasphemiam eam: Quid *porro* videtur
Vobis?

Mat. 26. 57.
luc. 22. 54.
Iohan. 18. 24

Mat. 26. 59.

Iohan. 2. 19

Mat. 24. 30.

Vobis? Iudicium tunc omnes hique dederunt,
Condemnans adversus eum, censendo teneri
Pœnâ mulctandum *subeundæ* mortis eundem.
65. Inspuere & quidam cœperunt tunc insuper ipsum;
Obtegere atque eius faciem; colaphos sed & illi
Infligendo, ferire ipsum; dicendo & eidem,
Vaticinare: Ministri cædebantq; bacillis.

Mat. 26. 69. luc. 22. 55. iohan. 15. 28

66. Quùm verò inferiùs tunc esset Petrus in aulâ
Pontificis summi, veniens ancillula quædam
Accessit: 67. Quum calfacientem seque videret
Illa Petrum; dicebat, quùm conspexerat ipsum,
Tu cum Iesu Nazorenô etiamq; fuisti.
68. Qui tamen ipse negavit, aitque, nec est mihi notus,
Nec scio quid tu dicas. Insuper exijt extrà
Hinc in vestibulum; gallus cantuque sonavit.

Mat. 27. 71. luc. 22. 56. iohan. 18. 25

69. Tunc ancilla itidem rursus vidisset ut illum;
Dicere cœpit eis, qui astabant; vnus eorum
Isthic est. 70. Rursum veruntamen ipse negavit,
Et rursus paulò post, ex astantibus illis,
Dixerunt quidam Petro: Verè vnus eorum
Es *tu*; qui siquidem Galilæus es, & tua lingua
Est similis. 71. Tunc cœpit devovere seipsum
Hic diris, & iuramentis stringere sese;
Dicens, Non hominem, noui quem dicitis istum.
72. Illicô cantauit gallus tum deinde secundô,

Mat. 27. 57 iohan. 13. 38

Estque recordatus verborum Petrus eorum,
Ipsi quem Iesus dicebat, *Tute* priusquàm,
Gallus bis vocem dederit, ter me *ipse* negabis.
Quumque foras se proripuisset; fleuit amarè.

Capvt. XV.

Mat. 27. 1. luc. 22. 66. iohan. 18. 20

PRimô manè statim capientes consiliumque
Pontifices supremi, (cum Senioribus vnà,
Cum simul & scribis,) consessus denique totus,

Illinc

Illinc Iesum vinclis abduxêre ligatum,
Quem quoque Pilato tradebant. 2. Insimul ipsum
Percontabatur Pilatus; Tun' es is ille
Rex Iudæorum? Respondens ipse sed inquit
Illi; tu dicis. 3. Tunc obiecêreque multa,
Accusando Sacerdotes primarij eundem.
4. Percontatus at est Pilatus rursus ab illô,
Dicens; Non quicquam respondes? Ecce, videto,
Contrà te quàm multa ea sunt quę testificantur.
5. Respondit verò Iesus non ampliùs ecquid;
Vsque adeò mirans Pilatus, vt *inde* stupéret.
6. Porro die *Paschæ* Festiuo mos erat illi,
Ex vinctis vt eis *è carcere* solueret vnum,
Quem petijssent. 7. Porrò Barabbas nomine dictus
Vnus erat, vinctus socijs cum seditionis,
Cædem commotâ qui seditione patrassent.
8. Cæperit & quùm vociferari turba petendo,
Ipsis vt faceret semper prout *ante solebat*:
9. Respondens Pilatus eis, veruntamen inquit;
Me Iudæorum Regem dimittere vobis
Nunquid eum vultis? 10. Cognouit quippè quòd esset
Ipse per inuidiam primorum Sacrificantùm
Traditus. 11. Hi verò Primores Sacrificantes
Sollicitauerunt turbam, magis ille Barabbam
Vt demittere vellet eis. 12. Pilatus at illis
Rursus respondens dixit; Quid vultis vt (ergò)
Huic faciam, quem Iudæorum dicitis esse
Regem? 13. *Quiq; item clamarunt; Hunc crúcifige.
14. Dixit sed Pilatus eis; Quid enim mali at ille
Commisit? Verum clamarunt ampliùs illi;
Hunc crucifigito. 15. Sed Pilatus quando cupiuit,
Esset vt ipse satis turbę faciendo; Barabbam
Dimittebat eis; & Iesum (quando flagellis
Cæcidisset eum) *tum demùm* tradidit ipsum,
Ad crucifigendum. 16. Tum militięque ministri
Hunc abduxerunt intrà Aulam, (nempe, vocata
Quæ Prætorium erat) totam simul atque cohortem,

Mat. 27. 11
Luc. 23. 3.
Iohan. 18. 33.

*Qui rursu[s]

Deinde

Deinde vocaverunt: 17. Trabeam tunc purpureamque
Imponunt ipsi, circumposuêre & eidem,
De spinis plexam *capiti impactamq;* coronam.
18. Et cœpêre salutare ipsum, Rex *qui es,* Aveto,
Judęis. 19. Calami caput huic & verbere cædunt.
Atque screare in eum, genibus flexisque colebant.
20. Et quando illusissent ipsi, purpureâ illum
Exutum trabeâ reddunt, & vestibus ipsum
Indutum reddunt proprijs ipsiûs; eumque
Eduxêre cruci quò demùm figere posset.

Mat.27.3 *luc.23.26.*

21. Pręterea angariarunt quendam pretereuntem,
(*Gente* Cyrénęum) Simonem, (*qui* è rure redibat,
Isthic, Alexandri Rufique pater fuit,) eius
Tollere posse crucem. 22 Duxerunt insuper illum,

Mat.27.33 *luc.23.33.* *iohan.19,23.*

In locum eum qui Golgatha dicebatur, (id est, si
Exponas,) locus *à calvâ* Calvaria *dictus.*
23. Ipsi potandum myrrhatum deinde dederunt
Vinum; nequaquàm sumpsit veruntamen ipse.

Mat.27.35 *luc.23.33.* *iohan.19 23*

24. Quùm crucifixissent atque ipsum; (vestibus eius
Partitis;) sortes iecerunt tum super illis,
Quid quis tolleret. 25. Hora erat autem tertia, quando
Hunc crucifixerunt. 26. Erat atque inscriptio causæ
Ipsiûs, verbis inscripta *videlicet* istis;
Rex Ivdaeorvm. 27. Crucifixerunt simul vnà
Cum ipso latrones binos, à dextera & vnus,
Alter ad eius *erat*que sinistra. 28. Impleta fuitque

Esa.53.12.

Hęc Scriptura aiens; Estque adnumeratus iniquis.

Iohan.2.19.

29. Iecêre & convitia in illum prętereuntes,
Qui capita & sua sunt in *eum iactando* moventes,
Et dicentes; Vah, qui templum destruis, & qui
Ædificas triduò: 30. Salvum præstato teipsum,
Et descendito de cruce. 31. Sed pariter simul ipsi
Illudentes Sacrifici de classe supremâ,
Ipsis cum Scribis, dicebant vnus ad altrum
Hic alios servavit: non servare seipsum
Ipse poteft. 32. Rex Israelis Christus is ille
E cruce descendat nunc, vt videamus, *ei*que

Credamus.

Credamus. Crucifixi cum illô quiq; fuerunt,
Illi affecerunt probrosis vocibus ipsum.
33. Sexta diêi quando verò venerat hora,
Tunc tenebræ factæ regionem sunt super omnem,
Vsque horam nonam. 34. Nonâ clamavit & horâ
Iesus magna voce, aiens, Eloï, Eloï
Lammá-Sábachthání? Quod,(si interpres es eius,)
Mi Deus *O*, Deus *O* mi; cur me deseruisti?
Significat. 35. Tunc & quidam de astantibus, *istud*
Quando audivissent; dicebant, advocat, ecce,
Eliam. 36. Quidam tunc accelerando cucurrit,
Qui quoque spongiolam *madefactam* implevit acetô,
Et circumponens calamo, potum dedit illi,
Dicendo; Sinite, Elias venturus erítne;
Intueamur, *de cruce* num deponat vt illum.
37. Emissa at magna voce exspiravit Iésus.
38. Et veli templi ad postremam à parte supremâ
In binas rupti partes est fissio facta:
Ipsi Centurio tunc è regione sed astans,
39. Hunc quùm clamantem sic exspirasse videret;
Filius ille Dei verè fuit hic homo, dixit.
40. Quin & erant mulierclę etiam procul aspicientes:
Inter quas Maria illa fuit de Magdalô, & illa
Quęque María Iacobi Parvi, mater & illa
Quæ Iosé fuit, atque Salómé. 41. Quę simul ipsæ
In Galilęa quùm fuit illum suntque sequutæ,
Quę simul-atque ministraverunt ipsi; aliæque
Vrbem quæ ad Solymam complures cum simul ipsô
Ascendissent. 42. Iam tum porrò quando diêi
Esset serum;(namque Parascéve fuit;(hoc est,)
Profestum quod Sabbati erat, 43. Tunc venit Ióseph
(Ex Arimáthæënsi gente Senator honorus,
Qui regnum sed & ipse Dei expectabat;) adortus
Hic Pilatum animo fidente, petivit Iésu
Et corpus. 44. Pilatus (si iam mortuus esset)
Est autem miratus : & ad se Centurione
Accersitô, quæsivit ab illô, mortuus esset

Psal.22.1. mat.27,46.

Psal.69.22

Luc.8,2.

Matt.27.57 luc.23.50. Iohan.19.8.

An iamdudum. 45. Quod simul atque à Centurione
Nosset; Iosepho donavit corpus eidem.
46. Syndone & hic ēmptâ; quum detraxisset eumq;
Involvebat in istâ Syndone, deposuitque
In monumentô, è Petra excisum quod fuit *illic*.
Saxum dein monumenti advolvit ad ostiolumque.
47. Sed Maria isthęc Magdalléne, atque illa Maria
Iosæ *mater*, vbi positus fuit, aspiciebant.

CAPVT. XVI.

Luc.24.1.
iohan.20.1.

SAbbatum & intercedens quando pręterijsset:
Quę de Magdalô erat Maria, atque Maria Iacôbi
Quæ mater fuit, atque Salóme, quæ priùs ipsę
Mercabantur aromata, vt (*illùc* advenientes)
Vngere eum possent. 2. Tunc valdè mane dieque
Hebdomadis primô, venerunt (sole suborto)
Ad monumentum. 3. Quæ dicebant altera ad altram;
Avoluet saxum quis nobis à monumenti
Ostiolô. 4. Simul atqui verò respicientes;
Esse vident saxum revolutum, nam fuit ingens
Valdè. 5. Quę simul ingredientes in monumentum;
A dextris iuvenem viderunt esse sedentêm,
Qui candente stolæ nituit vestitus amictû.
Et pavefactę sunt. 6. Hic illis attamen inquit;
Ne pavefactæ sitis. Iēsum quæritis illum
Qui de Nazareth est, crucifixus qui fuit; *atqui*
Rursum surrexit, non isthic est: Locus, illum
(En) vbi ponebant. 7. Sed abite, suisq; referte
Discipulis, etiam Petro *ipsum* nempe præire
Vobis in Galilæam; quem spectabitis illic,
Vt dixit vobis. 8. Abeuntes ociùs *hæ*que,
Aufugerunt ē monumentô : nam tremor illas
Atque stupor tenuit : dicebant sed neque cuiquam

Mat.28.1.
iohan.20.12

Supr.14.28.
mat.16.31.

Omninô

Omninò quicquam; quæ namque timore pavebant.
9. Atqui verò quandò resurrexisset Iesus; *Iohan.20.16.* *Luc.8.2.*
Manè die primô hebdomadis comparuit illi,
Tunc primùm Mariæ Magdalléne, eijciebat
Ex quâ septem dæmonia. 10. Isthæc *porrò* profecta,
His declaravit, fuerant qui cum simul ipsô,
In luctû positis ac flentibus. 11. Hi sed vt istud
Audivissent ipsum vivere, cumque fuisse
Abs hâc visum; non credebant. 12. Deinde duobus *Luc.24.13.*
Ex ipsis posthæc peregrè pergentibus, alterâ
Effigie comparuit illis, quando profecti
In pagum fuerant. 13. Abierunt insuper illi,
Et reliquis declaraverunt; nec tamen ipsis
Illi credebant. 14. Tunc accumbentibus vnà *Luc.24.36.* *iohan.20.19.*
Postremò vndenis, *rursus* comparuit illis,
Exprobravit eis & eorum incredulitatem,
Duritiem quoque cordis, ob istud, eis quia vellent
Non adhibere fidem, qui surrexisse videntes
Intuiti fuerant ipsum. 15. Dicebat eisque; *Mat.28.19.*
In totum proficiscentes exibitis orbem;
Humanæque creaturæ enarrabitis omni
Promulgando Evangelium. 16. Qui credet, & *idem* *Iohan.12.48.*
Baptizatus erit, servabitur: Attamen is qui
Non adhibere fidem vult, condemnabitur *ille*.
17. Hos autem qui crediderint, hæc signa sequentur; *Act.16.18.*
Nempe meum per nomen ab illis eijcientur *Act 24. &*
Demonia; & linguæ *vario sermone* loquentur. *19. 46.*
18. Serpentes tollent: Si quid lætale bibentque, *Act.28.5.*
Non omninò lædet eos: *Homines* super ægros *Act.28.8.*
Impositurì suntque manus & se benè habebunt. *Luc.14.51.*
19 Idcircô Dominus postquàm fuit *ista* loquutus
Illis; in cœlum rursus fuit ipse receptus.
Ad dextramque Dei sedit. 20. Tum deinde profecti *Heb.2.4.*
Hi promulgarunt isthæc vbicunque locorum,
Cum Dominô vnà operante simul, sermonem & *eorum*
Confirmante, per ipsa *subinde* sequentia signa.

EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

Capvt. I.

AGgressi quoniam fuerint componere multi,
Illarum rerum seriem narrare volentes,
Quarum plena fide est nobis persuasio facta,
2. Sicut tradebant nobis, ab origine primâ,
Qui spectatores ipsi, simul hique ministri
Eius sermonis fuerant: 3. Est & mihi visum,
(Vtpote qui simul accuratiùs assequor *altè*
Omnia scrutatus, *repetita* ab origine ductâ;)
Ipsamet ad te *singula* vt ordine gesta fuerunt;
Exarare (Theóphile Præstantissime) scriptis;
4. Vt quod in his verum fuit, hoc agnoscere possis
Reverâ, qui aliorum audiveris illa relatû.

1.Par.24.1. 5. Illius Herodis fuit illô tempore *regni*,
Iudææ qui *primus erat* rex ille, Sacerdos
Quidam cui nomen Zacharias, classis Abíę;
Ipsiûs verò coniux *erat* ex Aarônis
Natabus, cui nomen item *fuit* Elisabéta.
6. In conspectû porrò Dei iusti ambo fuerunt,
Omnibus in Domini mandatis, iustitijsque,
Vitâ inculpatâ incedentes absque querelâ.
7. Proles his nec erat, ratione quod Elisabetha
Ista fuit sterilis; prouectâ ætate diebus

Inque

Inque suis tunc ambo fuerunt. 8. Contigit atqui,
Hic vt quandò Sacerdotis sit munere functus
Ante Deum, vicis ipse suę velut ordo petebat,
9. Ritûs *iste* Sacerdotalis munus obivit
Suffitûs faciendi, obvénit sorte quòd ipsi;
In Templum Domini tum postquàm ingressus *is* esset:
10. Quando simul populi collectaque concio tota
Incubuêre foris precibus, sub temporis horâ
Suffitus. 11. Visus Domini huic erat Angelus autem,
Ad dextram suffitus stans altaris. 12. *Eôq;*
Visô, turbatus Zacharias est, timor *vnde*
Incidit inque ipsum. 13. Dixit verò Angelus illi;
Ne Zacharia time: Exaudita oratio namq;
Est tua: Et Elizabeta tibi coniux tua natum
Gignet, Iöhannem cuius nomenque vocabis.
14. Gaudio eritque tibi, exultanti lęticięque,
Gaudebunt multique super natalibus eius.
15. In Domini conspectû erit is quià magnus habendus,
Non erit & vinum, siceram bibiturus & vllam:
Spiritû adhuc Sanctô matrisque replebitur eius
In ventre. 16. Israël natorum denique multos
Ipsorum ad Dominumque Deum convertet. 17. Et ipse
In conspectû eius, cum spiritû, itemque præibit
Virtute Eliæ; vt conuertat corda parentum
In proles; simul atque incredulitate rebelles,
Iustorum ad prudentiam, *eos vt conciliando*,
Instructum populum Domino *velut ante* pararet.
18. Angelo & aiebat Zacharias; Hoc ego nosse
Qua ratione queam; sum quando senex ego? quando
Et mea coniux est provectâ ætate dierum?
19. Tunc etiam respondens Angelus inquit eidem;
Ipse ego sum Gabriel, Divinô Numine coram
Astans; & missus sum temet vt alloquar, ista
Lætaque declarare queam tibi nuncia. 20. Mutus
(En) & eris, nec erit verbum proferre facultas
Vlla tibi, quoadusq; diem quô hæc efficientur:
Quippe meis non credideris sermonibus istis,

Exod. 30. 7. leuit. 16. 17.

Malac. 4. 5. mat. 11. 14.

Tempore quę complenda suô sunt illa futura.
21. At Zachariam plebs erat expectando *morata*,
Atque (quòd in Templo tam longo tempore mansit)
Admirata fuit. 22. Quum verò egressus *is* esset,
Verbula tum non vlla loqui potis extitit illis:
Et cognoverunt, quod visum viderat ipse
In templô; nam nutibus ipsemet innuit illis;
Et mansit mutus. 23. Quum porrò evenit, vt essent
Impletiq; dies, quibus esset munere functus
Officij ille sui; propriam concessit in ædem.
24. Quùm post hosce dies, sua coniux Elisabeta
Prægnans facta fuit, sese occultavit & ipsam
Menses quinq;, aiens; 25. Dominus quia sic mihi fecit,
In quibus est dignatus me aspectare diebus,
Opprobrium quod passa fui, quò tolleret illud
A me homines inter. 26. Tunc sextô denique mense,
Angelus est Gabriel Diuinô à numine missus,
In Galilææ (nomen erat cui Nazaret) vrbem.
Mat.1.18. 27. Virginem ad *intactam* desponsatam viro, erat cui
Nomen Iôseph, *stemma trahenti* David ab æde:
Nomen virginis atque Maria *erat*. 28. Angelus (ergò)
Ingressum faciens ad eam dicebat; Avéto,
Gratuito dilecta *Deo quæ existis* amore;
Est tecum Dominus: Benedicta inter mulieres
Es tu. 29. Quem sedenim-verò vidisset vt illa,
Perturbata fuit sermone eius super istô.
Et perpendit, qualis ea esset forma salutem.
Exoptandi. 30. Rursus ei tunc Angelus inquit,
Ne timeas Maria, ante Deum quę es gratiam adepta.
Esa.7.14. 31. Concipies (ecce) inq; vterô, paries quoque natum:
Infr.2.21. Ipsius nomen sed & appellabis Iesum.
mat.1.21. 32. Isthic magnus erit, qui Filius estq; vocandus
Supremi, Dominus Deus atque tronum dabit illi
Ipsius patris Dauid. 33. Regnabit in ævum
Dan.7.14.27 Æternumq; Iacob super æde, nec eius habendus
mich.4.7. Est regni finis. 34. Maria Angelum ait sed ad illum,
Illud (quando virum non novi) quomodo fiet?

35. An-

35. Angelus hic etiam respondens, dixit ad illum,
Ipse supervenièt *quia* Sanctus Spiritus in te,
Temet invmbrabit virtusq; Altissimi; Id Ergò
Sanctum ex te quod natum erit, appellabitur *esse*
Filius atque Dei. 36. Simul atque En Elisabeta,
Quæ tua cognata *est*, prolem concepit & ipsa,
In provectâ ætate suâ: mensis quoque sextus
Hic est ipsi, quę sterilis fuit *ante* vocata.
37 Nullum verbū namq; Deo est, quod non queat omne
Factô prestari. 38. Dicebat porrò Maria;
Ancilla (En) Domini; iuxta verbum mihi fiat
Hocce tuum. Tunc Angelus iste recessit ab illâ.
39. Est sedenim-verò festina diebus in illis
(Consurgens properè) Maria in montana profecta,
In Iudææ vrbem. 40. Zacharię intravit & ædem,
Exoptavit & Elisabethæ vota salutis.
41. Est & factum, quandò audiverat Elisabeta
Vocem prolatam; (Mariâ exoptante salutem;)
Subsilijt sibi in alvô infans; atque Elisabeta
Afflatû repleta fuit Spiraminis Almi.
42. Exclamavit voce & magnâ, ait &; Benedicta
Inter tu mulieres es; fructus tibi ventris
Quòd benedictus. 43 Et vnde mihi *accidit* istud, vt ad me
Ipsa mei mater Domini *dignata* veniret?
44. En, siquidem, quam-primùm vox tua facta, salutem
Exoptans, resonanda meas devenit ad aures;
Exultans in ventre meô pręgestije infans.
45. Et quę credidit illa beata: quòd efficientur
A Dominô quęcunque illi narrata fuêre. inquit)
46. Tunc, Anima est mea magnificans Dominū, (Maria
47. Spiritus exultat meus atque Deô super ipsô
Seruatore meô. 48. Deiectam conditionem
Quandò suæ ancillæ respexerit. Ecce beatam
Omnes idcirco me ætates inde futuræ
Ex hoc *tempore* sunt dicturæ. 49. Namq; potenter
Ille potens egit sua facta potentia mecum;
Eius & est nomen sanctum. 50. Miseratio & eius

A generantûm progeniebus in omnia sæcla
Vsque *parata* timentibus ipsum. 51. *Quippe* lacerto
Brachij in ipsiûs facinus qui forte patravit:
Dispulit effusim frustrans consulta superbis,
Quæ fuerant in corde ipsis. 52. De sede potentes
Detraxit, tenues atque exultando levauit.
53. Reddidit esse bonis saturatos esurientes,
Divitijs & abundos ablegavit inanes.
54. Ipsius Israël puerum suscepit, vt esset
Affectûs memori miserantis amore recordans:
55. Patribus *ipse* prout nostris est *ante* loquutus;
Scilicet ipsi Abrahamo, semini & eius in æva.
56. Mansit cum sed eâ Maria vnà, circiter vsque
Ad tres menses, *postea* & est exinde reversa,
In proprias ædes. 57. Tum verò tempus adesse
Elisabetę impleri cœpit parturiendi,
Et prolem peperit. 58. Tunc accolę, & illius istud
Cognati quando audiverunt, magnificô vsum
Ipsius erga illam Dominum miserantis amore;
Gratæ propterea collętabantur eidem.
59. In die & octavô est factum; venêre, puellum
Hunc vt circumcidere possent, nomine Patris
Ipsiûs, Zachariam quem simul atque vocabant.
60. Eius verò respondebat mater, aitque,
Nequaquàm; quin appellabitur immò Iohannes.
61. Et dixêre ad eam, nemo est hôc nomine dictus,
In gentilicijs de stirpe propaginis eius,
Ex quâ tu nata es. 62. Nutus fecêre patrique
Illius, appellari ipsum quo nomine vellet.
63. Postulat ille pugillarem simul atque tabellam,
Qui scribens est nomen ei (dixitq;) Iohannes.
Atque admirati sunt omnes. 64. Os & apertum
Protinùs est ipsi, lingua illius estque *soluta*,
Laudibus atque Deum fuit extollendo loquutus.
65. Omnes vicinos timor & pervasit eorum;
Iudeæ regionem, montanámque per omnem,
Isthæc divulgata fuerunt omnia verba.

Esa. 51.9 Psal. 33.10 esa. 29.15. 1. Reg. 2. 6. Psal. 34.11 Esa. 30.18. & 41.8 & 54.5. Ierem. 31.3.20. Gen. 17.19. & 22.15. Psal. 132.11. Supr. 14. Supr. 13.

66. Atque

66. Atque in corde suô posuerunt *ipsamet* omnes,
Hæc qui audiverunt, dicentes; Quis puer iste
Inde futurus erit? cum quo Domini manus vnà
Porrò fuit. *67.* Pater huic Zacharias deinde repletus
Spiritu erat Sanctoque, prophetavit sed & aiens;
68. *Sit* Dominus Deus Israël benedictus, vt ille
Ipsiùs populum qui invisit, eumque redemit.
69. Qui cornu nobis erexit itemque salutis,
Ipsius pueri *esse* sui Davidis in æde;
70. Sicut Sanctorum fuit *hic* ex ore loquutus,
A sec'lô qui *devolvente* fuêre suorum
Vsque prophetarum: *71.* Nostris ex hostibus *vt nos*
Salvos redderet, atque vt *vindicet* à manû eorum,
Quotquot nos habuêre odio. *72* Sit vt *ipse* misertus
Patrûm nostrorum, memor & sit fœderis eius
Sancti *quod* pepigit; *73* Iuris-iuraminis atque,
Quod patri nostro iuraverit *ipse* Abrahamo,
Se largiturum nobis. *74.* Formidine demptâ,
Afferti ex horum (qui nobis sunt inimici)
Captivante manu; servire queamus vt illi.
75. Ipsô coram, in sanctificatû, iustitiaque,
Omnibus hâc vitâ nostrâ *durante* diebus.
76. Tu simul atque puelle vocaberis ipse Propheta
Illius qui Altissimus *est*: qui namque præibis
Prę Domini facie, viæ vt illius ante paratæ
Per te sint. *77.* Dare cognitionem posse salutis
Temet ad ipsius populum, peccata remissa
Quòd sua sint ipsis *ad nuncia læta ferenda.*
78. *Sola* Dei nostri miserantis mota per ipsa
Intima viscera, per quæ nos (qui prodit ab altô
Fulgidus exoriens invisit. *79.* Lumen vt ille
(In tenebris, in mortis itemque sedentibus vmbrâ,)
Exhibeat, nostrosque pedes in tramite pacis
Dirigat. *80.* Iste Puer sed crevit, fortis & idem
Spiritû in augescente est factus, denique ad illum
In desertô erat ipse diem, quò venerit vsque,
Israëlitis vt sese ostenderet ipsum.

Infr. 2. 30. mat 1. 21. Psal 132. 17 Psal. 132. 18. ierem. 23. 6. & 30. 10.

Gen. 22. 16 ierem. 31. 33. heb. 6. 13. 17. 1. Tit. 1. 15

Supr. 17 zach. 3. 9. & 4 12 malac. 4. 2

Capvt. II.

TVnc atenim verò factum fuit hisce diebus,
Cæsare ab Augusto edictum manavit, vt orbis
Totius taxanda foret descriptio census.
2. Isthæc quæ tum prima fuit descriptio facta,
Præfectus Syriæ *tum quando* Cyrenius *esset*.
3. Omnes & scriptô quò taxarentur; in vrbem
Quisque suam sunt ergò profecti: 4. Ascenderat autem
A Galilæa etiam Ioseph, de Nazaret vrbe,
In Iudæam, quę fuerat Dauidis in vrbem
(Bethleem ea dicta fuit.) Siquidem quòd ab æde fuisset,
Et Gentilitij Dauid. 5 Descriptus vt esset
Cum desponsâ vxore sibi Mariâ; fuit ipsa
Quæ gestans vterum. 6. Quando illic porrò fuerunt,
Factum est esse dies completos, in quibus illa
Edere debebat partum. 7. Primogenitumque
Illa suum natum peperit; quę fasciolisque
Involvebat eum, ponebat eumque reclinans
In pręsepi; quandoquidem minimè locus *vllus*
His in diuersoriô erat. 8. Regione in eâdem,
Pastoresque fuerunt invigilando cubantes,
Excubias super atque suô grege noctis agentes.
9. Angelus & Domini iuxta ipsos astitit, (ecce;)
Circumfulsit eos Domini quoque gloria: magnô
Et timuêre timore. 10. Quibus tunc Angelus inquit;
Ne timeatis vobis (En) denuncio namque
Lætitiæ magnę quę nuntia læta futura
Sint toti populo. 11. *Nempe*, est hodiè quia natus
Vobis Seruator (Dominus qui est Christus) in vrbe
Davidis. 12. Signum vobis erit insuper istud,
Infantem implicitum pannis, *recubando* iacentem
In præsepi comperietis. 13. Tumq; repentè

Adfuit

Adfuit vnà cum Angelô eô complurima turma
Militiæ cœlestis, laude Deum celebrantûm,
Et dicentiûm. 14. In excelsis *sit* gloria *cælis*
Danda Deo; atque in terrâ Pax; propensa voluntas
Facta Dei erga homines. 15 Factumq; est, Angeli ab illis
Vt discesserunt in cœlum; tunc alij illi
Pastores alijs dixerunt se inter, Eamus
Bethleem adusque, simul factum videamus & istud,
Quod dominus notum fecit nobis. 16. Ideoque
Festinô gressû venerunt, atque Mariam,
Iosephum sed & invenerunt atque Iacentem
In præsepi infantem. 17. Quod tum quandò videbant;
Divulgaverunt id dictum quod fuit ipsis
Verbum de puero hôc. 18. Admirabantur & omnes,
Quotcunque audiuerunt à pastoribus istis
Ipsis quę rebus super istis dicta fuerunt.
19 Omnia conseruabat verba sed ista Maria,
Contulit atque in corde suô. 20. Domumque reuersi
Sunt pastores, glorificantes, laude simulque
Concelebrando Deum, super illis omnibus; *&* quæ
Audiverunt & viderunt, his prout esset
Dictum. 21 Quando dies simul atque octavus adesset,
Vt puerum deberent circumcidere; nomen
Appellatum est eius Iesus, quippe vocatum
Quod fuit ante abs Angelô *idem*, tunc ipse priusquàm
Conciperetur ventre in *matris*. 22. Quùmque fuissent
Impleti illi *exinde* dies, purganda Maria
Quòd foret ex legis præscriptô Mosis; in vrbem
Adduxêre ipsum Solymam, quò sistere possent
Hunc Domino; 23. (Domini prout est in lege *iubente*
Exscriptum : Primogenitus quòd masculus omnis
Appellandus erit Domino sacratus:) 24. Vt atq;
Oblata offerrent, velut hoc in lege relatum
Est Domini; de turturibus par, sive duobus
Ipsa columbarum pullis *oblatio fiat*.
25 En & homo quidam Solymâ degebat in vrbe,
Cui nomen Simeon, *fuit* hic etiamque homo iustus,

Gen. 17.12
leuit. 12.3
Supr. 1.31
mat. 1.21.
iohan. 7.22.

Levit. 12.6.

Exod 13.2.
num. 8.6.
Leuit. 12.6.

Relligiosus item, solaminis Israëlis
Expectans, erat & super ipsum Spiritus Almus.
26. *Hoc* declaratum fuerat Divinitùs ipsi,
Spiritû & à Sancto, se mortem non priùs esse
Visurum, Domini quàm Christum viderit illum.
27. Venit is in templum, tunc Spiritu eumq; movente,
Quum puerum Iesumque introduxêre parentes,
Illius vt causâ facerent quod legis in vsû
Esset consuetum: 28. Tunc accipiebat in vlnas
Ipse suas illum; Deo item benedixit, & inquit;
29. Nunc Domine ipse tuum servum dimittis *eundem*
Posse in pace *mori*, verbum es velut ipse loquutus.
30. Quando salutare aspexêre tuum mihi ocelli.
31. Omnibus ante oculos populis quod *tute* parasti.
32. Lumen vt illustrans patefactum Gentibus esset,
Israëlis vt atque tuę *sit* gloria plebis.
33. Et mirabantur Iosephus, mater & eius,
Hisce super *verbis*, quę de ipsô dicta fuerunt.
34. Et Simeon benedixit eis, dixitque Marię
Eius matri; Ponitur isthic, (Ecce,) ruinæ,
Atque vt in Israël, rursus-*ve* surrectio multis
Esset, & in signum contra dicatur vt ipsi:
35. Quin animam penetrans gladius tibi traijcietque,
Cordibus ex multis vt sint prætensa retecta.
36. Prætereà *quædam* fuit insuper Anna Prophetes,
Filia quæ Phanuelis *erat*, tribus eccui *erat* Aser:
In multam quando ætatem processerat ista,
Postquàm septenos annos coniuncta marito,
Vitam traduxisset ab eius virginitate:
37. Tum vidua hæc etiam quando permanserat vsque
Ad spacium circà octoginta-quattuor annos,
A templo non abscedebat, *sæpe frequentans*,
Observans ieiunia; *quæ* precibusque vacando,
Servivit *famulata* Deo, noctemque diemque:
38. Hæc igitur tum quando supervenisset eódem
Momento, Domino confessa est ipsa vicissim;
Insuper & de illô fuit omnibus hisce loquuta,

Esa.8.14. rom.9.33. 1.pet.2,8.

A

A quibus expectata redemptio tùm fuit, vrbe
In Solymitanâ. 39. Quum perfecēre sed *illi*
Ad legis Domini præscriptum cuncta; reuersi
In Galilæam sunt, in eorum Nazareth vrbem:
40. Porrò puer creuit, confortabatur & auctim
Spiritû, item sapientiâ erat completus abundè;
Atque erat *ipsa* Dei super illum gratia. 41. Verùm
Ad Solymorum vrbem pergentes vsque quotannis
Paschatis in festô *soliti sunt ire* parentes
Eius. 42. Quandò annos duodenos natus & esset;
Vrbem *tunc* Solymam *simul* ascendentibus illis,
Sicut *erat* solitum festi de more diēi.
43. Hisce diebus quumque peractis, inde reuersi
Hi fuerint; Solymâ puer ipse at in vrbe remansit
Iesus; quod nescivit Iöseph, mater & eius.
44. In comitatû quùm sed opinarentur eundem
Esse; iter vnius *retrò* fecēre diēi,
Atque requirebant cognatos inter, & inter
Illos qui fuerant sibi noti. 45. Quum sed & ipsum
Non invenissent iterum, sunt *inde* reuersi,
Et Solymitanâ quærebant *rursus* in vrbe.
46. Et factum est, illum triduò post comperiebant
In templô mediâ doctorum *sede* sedentem:
Quos etiamque audit, simul atque interrogat ipsos.
47. Omnes quotquot enim sed & audivēre stupore
Perculsique fuēre super prudentiâ, & eius
Responsis. 48. Et eô visô, mirando *parentes*
Attoniti *ipsius* fuerant: Et mater ad ipsum
Eius ait; Fili, fecisti cur ita nobis?
Ecce pater tuus, atque ego, (præ anxietate dolentes,)
Te quærebamus. 49. Qui rursus dixit ad illos;
Quorsum quærebatis me? Num nescij eratis,
Memet in his actis quòd oporteat esse vacantem,
Illa mei patris quæ sunt? 50. Non hi tamen ista
Intellexerunt, fuit hic quæ verba loquutus.
51. Cumque illis descendit, itemque in Nazareth vrbem
Deuenit, simul atque est factus subditus illis.

Deut. 16, 1

Mater

Mater & eius verba suô hæc in corde *reposita*
Omnia conservabat. 52, Verùm proficiebat
In sapientiâ, itemque staturæ, gratiæ & *auctu*
Iesus, erga *etiamq;* Deum, *simul erga* hominesque.

Capvt. III.

IMperij decimô-quintô sed Cæsaris annô
Tiberij, Iudeæ quando Pontius esset
Pilatus Præses, Galilææ quumque Tetrarcha
Herodes; Itûreæ Tetrarcha Philippus
Atque Tracónites regionis frater is eius;
Tetrarchatum Abilénes atque Lysaniâ habente:

Act.4.6. 2. *Porro,* Sacerdotûm Summis primatibus *istis,*
Annâ & Caiáphâ, Verbum Domini est Iöhannem
Factum ad eum, Zachariæ natus *qui fuit, esset*

Mat.3.2. marc.1.4. *Quando* in desertô. 3. Regionem tunc & in omnem
Venit Iordani circumquacunque iacentem,
Qui promulgavit baptisma his, vt resipiscant,
Et quæ patrarint sibi sint peccata remissa.

Esa 40.3. iohan.1.23. 4. In librô sicut sermonum scribitur *istud,*
Vox in desertô (Esaiâ dicente Prophetâ)
Este viam Domino satagentes posse parare,
Semitæ vt ipsius planæ sint efficiatis.
5. Omnis vallis erit repletus, mons sed & omnis
Et collis depressus erit, fient quoque curva
Recta, viarum quę sunt aspera planaque *fient.*
6. Quælibet estque Dei caro conspectura salutem.

Mat.3.7. 7. Propterea turbæ quæ tum confluxit ad illum,
Vt baptizaretur ab ipso, dixit eidem;
Progenies quæ vipereô estis semine nati,

Ven-

Venturâ vobis quis præmonstravit ab irâ
Vt fugeretis? 8. Fructus ergò conuenientes,
Ad resipiscendum mutatâ mente feratis:
Et non incipiatis dicere vos apud ipsos;
Est nobis pater Abrahamus. Quippe quòd aio
Vobis; quòd Deus ex istis etiamq; lapillis
Filiolos Abrahæ potis est vt suscitet *altros.*
9. Ad radicem iam verò est etiamque securis
Imposita arboribus. Quapropter quælibet arbor
Fert quæcunque bonum non fructum, exciditur illa,
Mittitur inque ignem. 10. Percontabantur eumque
Turbæ, dicentes; Ecquid præstabimus ergò?
11. Qui sed enim-verò respondens dixit ejsdem;
Qui tunicas habet ipse duas, impertiat illi
Vnum, qui nec habet: Simul & quicunque habet escas,
Hic itidem faciat. 12 Venerunt atque telônes,
Vt baptizarentur, & aiunt insuper ipsi,
Præceptor; Quid *nos* faciemus? 13. At inquit is illis
Amplius haud vobis quàm sit quodcunq; statutum
Exigite. 14. Hj qui militiam sunt porrò professi,
Percontati illum, dixerunt; Nos etiamque
Quid faciemus? Dixit & illis; Concutientes
Sitis non vllum; circumveniendoque fraudis
Perfidiâ, oppressores sitis nullius; hisq;
Sitis contenti quę sunt stipendia vestra.
15. Expectante autem populô, voluentibus illis
Omnibus atque suis in cordibus, anne Iohannes
Christus is ille foret. 16, Respondens ipse Iohannes,
Dicebat cunctis; Ego vos equidem *nisi tantum*
Vndula aquæ, baptismate tingo; sed venit ille,
Qui me fortior est; (sum cuius non *ego* dignus
Solvere corrigiam soleis·) Vos Spiritû at ipse
Sanctô baptizabit & igni. 17. Ventilabellum
Cuius in illius *est*que manû, illius areolamque
Perpurgabit, qui triticum in horreum adactum
Inque suum coget, paleam comburet & igne
Non extinguibili. 18. Permulta quidem simul-atque

Luc. 2. 15. 1. Ioh. 3. 17

Mat. 3 11. marc. 1. 8. Iohan. 1. 26. act 1. 5. & 8. 4 & 11. 16. & 19. 4.

Plura alia exhortans,(quæ nuncia læta fuerunt)
Publica proposuit populo. 19. Tum porrò Tetrarcha
Herodes ab eodem quum correptus is esset
Causâ Herodiadis, (fratris *quæ erat illa* Philippi
Eius coniux,) deque malis, quæ fecerat ipse,
Omnibus. 20. Adiecit simul & super omnibus *illis*
Hoc, quod Iöhannem conclusum in carcere strinxit.
21. Est autem factum, populus baptismate totus
Tinctus quando foret, quum baptizatus & esset,
Atque precaretur, Iesus; cœlum vt sit apertum:
22. Spiritus ~~sanctus~~ & descenderet, (in specie ac si
Corporeâ tanquam visû foret ipse columba,)
Supra illum, vox & de cœlô existeret aiens;
Filius ille es tu meus is dilectus, vt in quo
Est mihi complacitum. 23. Qui Iesus insuper ipse
Circiter annorum triginta cœperat esse
Filius ille (velut fuerat reputatus) Iöseph;
Filius hic Heli; 24. Qui Matthat *Filius* ille;
Filius hic Levi; Qui Melchi *filius* ille;
Filius hic Ianna; Qui Ioseph *filius* ille;
25. *Filius* hic Mattathiæ; Qui *filius* Amos;
Filius hic Naüm; Qui *filius* hic *fuit* Esli;
Filius hic Naggë; 26. Qui *filius* ille Maatthi,
Filius hic Mattätthię Semei *fuit* ille;
Filius hic Ioséphi *filius* ille Iehúdę;
27. *Filius* ille Iöannę; Rhésæ *filius* ille;
Filius isthic Zorobabëlis; Sallathielis
Isthic; hic Neri; 28. Qui Melchi *filius* ille,
Filius Addi; *filius* hic Cosam; *fuit* ille
Filius Elmodam; *fuit* hic Er *filius*; 29. Ille
Iosë *filius*; hic Eleëzer *filius*; ille
Iorim *filius* hic Matthat; qui *filius* ille
Levi; 30. *Filius* hic Simeon; *fuit* ille Iehudæ,
Filius hic Ioseph; Qui Ionam *filius* ille;
Filius Eliächeim, 31. Melea qui *filius*; ille
Mainan *filius*; hic Mattathæ *filius*; ille
Nathan *filius*; hic Dauidis filius; 32. Ille

Mat. 14. 3. mar. 6, 17.

Mat. 3. 13. mar. 1. 9. iohan. 1. 32.

Sanctus

Iessei;

Iessei; isthic Obedis *filius*; ille Boosi
Filius; hic Salmonis *filius*; Ille Naason
Filius, 33. Isthic Amminadábi *filius*; ille
Qui *fuit* Arram *filius*; isthic *filius* Esrom;
Ille Phares; hic Iudæ *filius*. 34. Iste Iacobi
Filius; Isaac hic *filius*; hic Abrahami
Filius; Ille Tharæ qui *filius*; Ille Nachoris
Filius; 35. Ille Zaruch; Qui Ragan *filius*; ille
Qui Phálegi *filius*; Isthic qui *filius* Heber;
Sale *filius* hic, 36. Qui Cainan *filius* ille
Arphaxat qui *filius* isthic; *filius* ille
Qui Semi fuit; is qui *filius* ille Noachi;
Hic Lamechi. 37. Qui Matthûsala *filius* ille;
Filius hic Enochi; *Filius* ille Iaredi;
Filius hic Cainani; 38. Hic Henos *filius*; hic Seth
Filius hic Adam, Dei is est qui *filius* ipse.

CAPVT. IIII.

QVum verò Iesus repletus Spiritû ab Almô, — *Mat 4.1. mar.1.12.*
A *fluvio demùm* fuerat Iordane reuersus;
In desertum Spiritû ab ipsô tum fuit actus.
2. Quadraginta porrò dies transegit ibidem,
Et manducabat nihil ipse diebus in illis;
Verùm post illos exactos, esuriebat.
3. Tunc obtrectator dæmon dicebat ad illum; — *Deut.8.3. mat.4.4.*
Filius ipse Dei si sis; edicito, fiat
Panis vt iste lapis. 4. Iesus respondit & illi;
Est scriptum (Dicens,) Hominem non vivere solô
Pane; Dei quin [illegible] verbô. 5. Dæmonque cavillans
In montem sublimem quum subduxerat illum,
Omnia terrarum regna illi in temporis ipsô
Ostendit punctô. 6. Delator dæmon eique

Iste

Iste, potestatem, (dixit) tibi largiar omnem,
Vnà *regnorum* simul & cum gloriâ eorum.
(Nam mihi traditur; atque illam, cuicunque iubebo,
Largior.) 7. Idcircò si tu modò memet adores,
Omnia erunt tua. 8. Tum respondens huic at Iesus; — *Deut.6.16 & 10,20.*
A me discedens (dixit) Sathana, facesse:
Scriptum est namque, Deû Dominû tibi pronus adorans,
Quòd recoles, servire vni debebis eique.
9. Tunc vrbem in Solymam duxit, statuebat & ipsum
Suprà pinnac'lum templi, dicebat & illi
Filius ipse Dei si sis, hinc te iace deorsùm.
10. Extat quandoquidem scriptum; *Genijs* quòd is eius — *Psal.91.11*
Angelicis de te iussû mandabit, vt illi
Te custodirent : 11. Manibus quoque temet eorum
Attollent, né quando pedem impingendo tuum ve
Ad lapidem offendas. 12. Respondens huic at Iesus, — *Deut.6.16*
Est (inquit) dictum : Tentare Deum tibi noli
Tu Dominum. 13. Fuit omnis sed tentatio postquàm
Consummata : cavillans dæmon abivit ab illô
Ad tempus. 14. Iesus & cum virtute reversus
(Quam sibi Spiritus attribuit) secessit in *oras*.
Tum Galilææ; de quô fama fuitque vagata
In totam regionem circumquáque iacentem.
15 Rursus & in Synagogis ipse docebat eorum,
Glorificantibus omnibus illum. 16. In Nazareth atque — *Mat.13.54 mar 6.1. ioan.4.43.*
Venit, vbi nutritus erat. Tunc more suétô
Eius sabbati erat tum quumque dies, Synagogam
Intravit, quùm surgeret, & lecturus vt esset;
17. Tunc liber ipsi traditus est etiamq; Prophetæ
Esaiæ, quem porrò librum quandò explicuisset;
Inuenit tunc ille locum, fuit *hoc* vbi scriptum;
18. Me super *est* Domini *qui est* Spiritus, ipse quòd vnxit — *Esa.61.1*
Memet, *ob hoc* quem misit, vt his qui paupere constant
Conditione, Evangelium proponere possem;
Illis vt qui suntcontritô corde medérer,
Et proclamarem captiuos esse remissos;
Restaurentur & ad visum qui lumine capti;

Con-

Confractosq; in libertatem emittere possem. (num.
19 Prædicem vt illum(qui Domino est acceptus) & an-
20. Complicitum librum quùm reddiderat q; ministro,
Sedit;quùm super hunc intenti oculiq; fuissent
Omnibus in Synagogâ. 21. Dicere cœpit ad illos;
Isthæc est hodie Scriptura impleta, quod aures
Vestræ testantur. 22. Testati sunt simul omnes
Hoc ipsi, sed & admirati sunt super eius
Gratiâ abundanti, sermonibus hisce fluenti
Qui processerunt eius dicentis ab ore.
Dicebantq; annon Iosephi filius hic est?
23 Inquit & his;Proverbium idem vulgò quod habetur,
Est is dicturi mihi certè; *Tute* teipsum
Curato medice. Hæc quęcunq; audivimus *à te*
Facta fuisse Capernaum in vrbe,ea fac etiamq;
In propria patriâ. 24. Dixit nihilo-minùs, Amen,
Vobis dico; Quòd est acceptus nemo Propheta
In propriâ patriâ. 25. Verè veruntamen aio,
Multas in terrâ Israële fuisse diebus
Eliæ viduas, quùm cœlum tres erat annos
Clausum, & sex menses; adeò vt sit magna per omnem
Orta fames terram. 26. Quarum non est tamen vlli
Elias missus, tantùm nisi in vrbe Sareptæ
Sidonię, ad viduam mulierclam. 27. Porrò leprosi
Multi tempore erant Elisæ etiamq; Prophetæ,
In *terrâ* Israel, nullus purgatus eorum
Attamen est; tantummodò sed Syrus ille Naamus.
28. Istis auditis; tunc omnes in Synagogâ
Excandescentes fremuêre, furore repleti.
29. Quum surrexissent, illumq; ex vrbe retrusum
Eiecêre, & eum duxerunt montis ad altum
Vsque supercilium, supra quod æ dificata
Ipsorum fuit vrbs, vt eundem præcipitarent.
30. Per medios tamen (ille profectus) transijt ipsos.
31. Inq; Capernaum descendit, quæ est Galilææ
Vrbs; ibi Sabbati, eosq; docens erat ille diebus.
32. Percellebantur doctrinâ etiam super eius

Iohan. 4.44
1.*Reg.*17.9
*iac.*5.17.
2.*Reg.*5.14
*Mat.*4.13.
mar. 1.21.

Illius

Mat.7.29. Mar.1.22. Mar.1.23.

32. Illius sermo siquidem fuerat, velut acsi
Ipse potestatis cum maiestate doceret.
33 Et fuit in Synagogâ vir, qui spiritum habebat
Demonij impuri; clamavit voceque magnâ,
Dicens; Ah, sinito Iesû de Nazareth : Ecquid
Est nobis tecum? Venisti perdere num nos?
34. Noui te qui sis, *nimirum,* Sanctus *es idem*
Ille Dei. 35 Iesus ipsum tamen increpitavit,
Dicens; Obmutescas, atque abscedito ab illô.
Illôque in medium proiectô, dæmon ab illô
Exivit, nihil atque omninò læserat illum.
36. Tunc & obortus in omnibus est pauor, atq; loquuti
Inter sese alijs alij dicendo fuerunt;
Quid sibi vult hoc eius verbum? Namque potestas
Est in verbo eius, cum virtute imperitatque
Spiritibus pollutis his, ipsique recedunt.
37. Et de ipsô rumor divulgabatur in omnem
Vsque locum, regioni qui circum-iacet illi.

Mat.8.14. marc.1.30.

38. E Synagogâ sed quùm surrexisset Iesus,
Introijt Simonis in ædem; Socrus at huius
Simonis, febri magnâ detenta laborat;
Illi etiamque rogarunt ipsum propter eandem.
39. Astans & super hanc, febrim reprehendit; eamq;
Febris dimisit; Verùm tunc illicò surgens,
Ipsa ministrat eis. 40. Sole occumbente sed omnes,
Qui fuerant varij generis languoribus acti;
Ipsos ducebant ad eum, sanabat eosque,
Imponendo manus his vnicuiq; seorsim.

Marc.1.35

41. Dæmonia ex multis sed & exclamantia abire
Compulsi fuerant, simul & dicentia, Christus
Tute es Filius ille Dei. Obiurgando sed ipse
Non ea dicere permittebat; quippe quòd illi
Hunc ipsum Christum cognorint *scilicet* esse.
42. Exortô tum porrò die, digressus abivit
Inde locum in desertum, perquisivit eumque
Turba, ad eum simul & venerunt, quemq; tenebant,
Vt non abs ipsis rursus discedere posset.

43. Ille

43. Ille sed inquit eis; alijs simul vrbibus immò
Enarrare Dei regnum quoque memet oportet;
Quandoquidem missus sum munus vt istud obirem.
44. In Galilææ etiam Synagogis prædicat ipsis.

Capvt. V.

EST autem factum, quum turba propinqua in eundē
Irrueret, studio illa Dei quò audire docentem
Verbum eius posset; iuxta Gennazaret astans
Ipse lacum fuerat. 2. Duo navigia atque videret,
Quæ secus illa lacum prostabant, ex quibus ipsi
Piscatores descendissent retia lotùm.
3. Ingressus verò vnum in eorum navigiorum,
Quod Simonis erat; petit à tellure pusillum,
Hic vt proueheret; quum sedisset que, docebat
E navi turbam. 4. Demùm cessante loquelâ,
Tunc ad Simonem dicebat; Prouehe in altum,
Atque ad capturam dimittite retia vestra.
5 Simon respondens, ait ipsi deinde; Magister,
Quando fatigati fuimus frustrante labore
Per totam noctem, nec prorsus cepimus ecquid,
Rete (tuo iussû nihilominus *ipse* relaxans)
In mare dimittam. 6. Fecissent quum simul istud,
Piscium ab his conclusa fuit tunc copia magna.
Rete sed illorum dirumpebatur. 7. Et ipsi
Amutaverunt socijs, navi altera in illâ,
His accedentes vt opem conferre venirent.
Venerunt igitur naves ambasque replerunt,
Sic adeò vt simul ambæ immersæ penè fuerunt.
8. Quod Simon Petrus tum demùm quandò videret;
Tum genua ad Iesû supplex procumbit, & inquit;
A me discedas Domine, ipse homo sum quia peccans.
9 Namque pavor penitùs stupefecit eum, sed & omnes,

Mat. 4.18
marc. 1.16

Qui secum fuerant, captos pisces super istos
Quos comprensarant. 10. Pariliquè pavore prehensi
Porrò Iacobus erantque Iohannes, qui Zebedæo
Prognati fuerant, socij Simonis ijdem.
Ne metuas, Iesus Simoni tunc ait, *vt qui*
Hinc capies homines ex isto tempore vivos.
11. In terram verò subductis navibus illi
Omnia linquentes sectabantur eundem.

Mat. 8. 2. marc. 1. 40.

12. Et factum est, in quadam quandò existeret vrbe,
Accidit, En lepra quòd quidam plenus, Iesum
Quamprimùm conspexerat illum, pronus adorans,
Procidit in faciem, (dicens,) ipsumque rogavit,
Si modò vis (Domine) est tibi me purgare potestas.
13 Illum (protensaque manu) tangebat *Iesus*,
Et dixit; Volo; Sis purgatus. Continuoque
Illius absque morâ tunc lepra recessit ab illô.
14. Ipse tamen præcepit ei, ne diceret vlli:
Immò profectus abito (ait) atque ostende teipsum
Mundatum esse, sacerdoti; quia denique mundus

Levit. 14. 4

Factus es, offer, sicut Moses iussit; vt esset
Testificatui eis, *quod sis purgatus habendus.*
15. Sed magis huic multò sermones increbuerunt,
Manantes de ipsô: confluxit turbaque multa,
Audituri scilicet ipsum; porrò saluti
Vt per eum morbis ab eorum restituantur.
16. Ipse sed abduxit sese, in deserta recedens,
Atque precabatur. 17 Factumque die accidit vnâ,
Quando doceret, cuum Pharisæi essentque sedentes,
Atque simul legis doctores, omnibus illi
Ex vicis Galileæ, Iudeæque propinquis,
Ex Solymitanâ venerunt insimul vrbe;
Tempore quando fuit Dominique potentia præsens
Sanandis ipsis. 18. Tunc (ecce) *fuère* ferentes

Mat. 9. 2. marc. 2. 3.

Quidam in lectô hominem, qui nervis ipse solutis
Esset, & hunc quærunt inferre, & ponere posse
In conspectu eius. 19. Non attamen invenientes
Illum quâ inferrent, turbæ ratione coactæ;

Ascende-

Ascenderunt supra tectum, per tegulasque
Detectas, demisêre ipsum lectulô in eius,
In mediô coram Iesu. 20. Qui quando videret
Isthanc ipsorumque fidem; dicebat Homo, heus tu;
Quæ commisisti tibi sunt peccata remissa.
21. Tunc tacitis ratiocinijs in mente volutant
Et Scribæ, & Pharisæi, qui dixêre; Quis hic est,
Isthæc qui blasphema profatur? Quis potis hic est,
Vt peccata remittere possit, ni Deus vnus?
22. Sed ratiocinia hæc quum Iesus nosset eorum;
Respondens illis dicebat; Cordibus ecquid
Volvitis in vestris? 23. Vtrum facile est magis, aiat,
Sunt peccata remissa tibi; vel dicere; Surge,
Et proficiscitor? 24. Attamen vt cognosse queatis,
In tellure potestate hac quòd prædirus ipse
Filius est hominis, peccata remittere posse;
(Enervato inquit,) Tibi dico, Surge & abito
Ædes in proprias, sublatô humeris tibi lectô.
25. Illicò consurgens simul hic conspectû in eorum,
Sublatoque *grabato*, in quo *prius ipse* iacebat;
Glorificando Deum, proprias concessit in ædes.
26. Et stupor apprendit cunctos, qui glorificabant
Inde Deum, dicunt simul atque timore repleti,
Certè, sunt hodie quæ vidimus illa inopina.
27. Exijt & posthæc; quum Levi nomine quendam
Vidit, cui officium de vectigalibus esset,
Invenitq; telonio *eum* incumbendo sedentem;
Dixit & illi; me sequitor. 28 Tunc *ille* relictis
Omnibus assurgens, est ipsum *deinde* sequutus.
29. Ædibus in proprijs magnum faciebat & ipsi
Levi epulum; fuit atque illorum magna caterva
Intendentûm vectigalibus, atque aliorum
Vnà cum reliquis hi qui simul accubuerunt.
30. Contra quos Scribæ & Pharisæi, murmure factô
Obstreperô infrendunt, ipsius discipulisque
Allatrando aiunt; Cum collectoribus ecquid
Hisce tributorum, cum peccatoribus hisque,

Mat. 9. 9
marc. 2. 14.

Ob quam rem *com*manducatis, *com*bibitiſque?
31. Tunc reſpondendo Ieſus dicebat ad illos;
Non opus eſt ſanis medico; malè habentibus immò.
32. Non veni iuſtos; peccantes, immò vocatûm
Ad reſipiſcendum. 33. Dixerunt hi ſed ad illum;
Quâ ducti ratione Iohannis crebra frequentant
Diſcipuli ieiunia, & obſecrata precantum,
Et Phariſæorum qui exiſtunt inſimul illi;
Quandò tui ſunt manducantes atque bibentes?
34. Ipſe ſed inquit eis; Numquid præſtare poteſtis,
Filij vt hi thalami, *qui exiſtunt* tempore quantò
His cum ſponſus adeſt, ieiunent? 35. Inſuper atqui
Sunt exinde dies venturi, ſponſus ab illis
Quandò ſuſtollendus erit, quô tempore demùm,
Tum ieiunabunt. 36. Rurſum dicebat & ipſis
Adſimilatum alium ſermonem; Nemo vetuſtum
Ad veſtimentum pannum iungendo recenti
Indit veſtimento; alioqui finditur illud
Veſtimentum quod vetus eſt, remanente recenti;
Pannus item veteri novus is non convenit illi.
37. Nemo novum vinum vetereſque infundit in vtres,
Vinum quin alias (vtres rumpendo novellum)
Effundetur, & ipſum vinum vtreſque peribunt.
38. Eſt id at vtribus immò recentibus inijciendum,
Quod vinum eſt *ætate* novum; *ſic* vtraque *poſſunt*
Conſervari. 39. Etiamque bibens vetus, illicò mavult
Nemo recens; ſiquidem vetus eſt prſtantius, inquit.

1. Tim. 1. 15
Mat. 9. 14.
mar. 2. 18.

Caput. VI.

EVénit verò, quòd ſabbatô, eoq; ſecundô
Poſt primum, quùm pertranſiret per ſata, ſpicas
Eius diſcipuli vellebant, quas & edebant,
Quando ſuis manibus convulſas affricuiſſent.

Mat. 12. 5
marc. 3. 2.

2. E

E Pharisæorum numero dixêre sed ipsis
Quidam; Cur facitis, quod vobis non licet illud
Omninò vt faciatis, sabbati in hisce diebus?
3. Atqui respondens tunc Iesus, dixit ad illos;
Annon hoc equidem legistis; David vt ipse
Quum fuit esuriens, quid fecerit; & simul illi
Qui secum fuerant? 4 Tum quomodò adiverit ædem
Introeundo Dei, panes & sumpserit ille
Prepositurae, atque ederit, & dederit simul ipsis,
Qui secum fuerant, quos non edisse licebat
Vllis, hisce Sacerdotum turmis nisi solis?
5. Et dicebat eis; Hominis *qui est* Filius ille,
Sabbati is est etiam Dominus. 6 Factum fuit autem
Sabbatô itemque alio, quòd quandò ingressus is esset
In Synogogam, quumque doceret ibidem; vt & alter
Quidam, (cuius erat manus arida dextera) præsens
Tum fuerat. 7. Scribæ veruntamen & Pharisæi
Observaverunt ipsum, sanaret an illum
Sabbati eône die; possent reperire quòd ansam,
Vnde adversus eum queat accusatio fingi.
8. Hic atenim-verò tunc isthæc quando sciebat,
Quæ sub mente volutarent; homini (cui erat arens
Ista manus) dixit; Surgas, asta in medioque,
Astitit hic verò surgens. 9. Quapropter Iesus
Inquit eis; A vobis quæro; licebit
Num per sabbata *seu* mala facta operarier *vlla*,
Seu bona facta? animam seruare, an perdere eandem?
10. Atque illos omnes quùm circumspexerat, inquit
Huic homini, Protende manum tuam. Et ille ita fecit,
Et manus illius fuit ipsi reddita sana,
Altera sicut *erat*. 11. Verùm illi amente furore
Repleti fuerant, inter seseque loquuti
Sunt alijs alij, quid agendum adversus Iesum
Ipsis esset. 12. Factum verò est hisce diebus,
Exijt in montem precibus se posse vacare,
Continuisque Deum precibus dum sollicitavit;
Pernoctabat ibi. 13. Quum deinde dies erat ortus,

1.Sam.21.6.

Exod.19.33.
Levit.8.32.
& 94.9.
Mat.12.9.
marc.3.1.

Qui sibi discipuli fuerant, hos convocat ad se,
Atque duo-denos electos inter eosdem
Constituit. Simul vtque vocatus Apostolus esset
Quilibet istorum, voluit: *qui nempe fuerunt,*
14. Simon, quem Petrumque vocavit; frater & eius
Andreas; *etiamque* Iacobus; itemque Iohannes;
Deinde Philippus; *tunc* etiam quoque Bartholomæus;
15. Matthæus; Thomasque; Iacobus, filius ille
Qui fuit Alphæi; Simon sed & ille vocatus
Zelotes; 16. Iudasque Iacobi frater; Iudas
Et *qui erat* Iscariotes, hic qui proditor eius
Est etiam factus. 17 Descendit cum sed & istis,
Substitit inque loco campestri, turba simulque
Discipulorum eius, plebisque frequentia magna,
Totâ ex Iudeâ, Solymorum denique ab vrbe,
Atque Tyri & Sidonis ab oris ad mare positis,
Hunc audituri qui confluxêre, suisque
Restituendos à languoribus esse saluti.
18. Impuris à spiritibus qui sunt quoque torti,
Et sanabantur. 19. Quærebat totaque turba
Tangere eum, quoniam virtus exibat ab ipso,
Sanabatque omnes. 20. Sublatis tunc oculisque
Ipse suis in discipulos, aiebat eisdem;
Paupere *vos estis* qui conditione, beati;
Regnum quippe Dei est vestrum. 21. Sub sorte beatâ;
Estis nunc vos esurientes; nam saturandi
Estis. Iam flentes estis sub sorte beatâ;
Nam ridebitis. 22. Estis tùm sub sorte beatâ;
Vos homines odiô quum insectabuntur, iique
Vos excludent, iactabunt convitiaque *in vos,*
Et nomen vestrum (tanquam *foret* exitiale,)
Eijcient; Hominis fuerit quùm Filij *id* ergò,
23. Gaudentes atque exultantes este die illô;
Ecce, quòd in cœlis *est* vobis plurima merces.
Patres illorum nam sic fecêre Prophetis.
24. Divitibus verò, væ vobis, id quòd habetis
Solamen vestrum. 25. Væ vobis exsaturâtis,

Mat. 9.1. mat. 10.1. marc. 3.13 & 6.7.

Mat. 5.1

Esa 65.13 Esa. 61.37. Mat. 5.3.

Amos. 6.1 eccle. 31.8

Esurietis

Esurietis enim; væ vobis tempus ad instans *Esa.65.13*
Estis qui risû suffusi, vos quia luctû
Et lachrimis solvendi estis. 26. Væ *denique* vobis,
Quum bene de vobis homines quotcunque loquentur;
Sic etenim patres illorum pseudoprophetis
Fecerunt. 27. Vobis (qui auditis) sed tamen, aio;
Diligitote inimicos vestros; his bene agatis, *Mat.5.44*
Qui sunt erga vos affecti mente malignâ.
28. His benedicite, vobis qui maledicta rependunt:
Propter & infestantes vos, estote precantes.
29. Atque in maxillam qui temet percutit; ipsi *Mat.5.39*
Alteram item præbe; qui tollit palliolumque, *1.cor.6.7.*
Huic etiam tunicam noli prohibendo negare.
30. Verùm, contribuas, abs te cuicunque petenti:
Atque ab eo qui tollit quæ tua sunt, ea *reddi*
Ne repetas. 31. Homines vobis prout atque velitis *Mat.7.12.*
Vt faciant, pariter vos & faciatis eisdem. *iohan.4.16.*
32. Nam si adametis eos, vos qui amplexantur amore; *Mat.5.16.*
Quæ vobis est gratia? quùm sint rursus amantes
Horum peccatores, à quibus ipsi adamantur.
33. Et benè si faciatis eis, qui vos benefactis
Afficiunt; quæ vobis *hinc* est gratia? Namque
Hoc peccatores faciunt. 34. Et si dederitis *Mat. 5.42.*
Mutuò eisdem, de quibus & speratis habere *deut.15.8.*
Talia mutuò item; quæ vobis gratia fiet?
Quum peccatores dent peccatoribus, isthuc
Mutuò, vt accipiant paria illi munera rursum.
35. Qui vobis inimici sunt; quapropter ametis; *Mat.5.45.*
Et bene eis sitis facientes; mutuò & este
Contribuentes, vt qui nil sperabitis inde:
Vestra futuraque multa est merces; filij *habendi*
Atque eritis summé præcelsi. Quippe benignus
Erga ingratos ipse malosque est. 36. Este ideoque
Commiserandi affectû moti, sicut & ille
Qui vobis Pater est, affectû commiserandi
Est motus. 37. Ne iudicium referetis in vllum; *Mat.7.2.*
Iudicium rursus nec porrò subibitis ipsi.

Ne condemnetis; non condemnatio fiet
De vobisque. Remittite, erit vobisque remissum.
Mat.7.2. mar.4.24 38. Detis; mensura & vobis dabitur bona, pressa,
Exagitata superque-fluens; reddenda *vicissim*,
Lata sinum in vestrum. Mensurâ quippe quòd illâ
Quâ metiemini, eâdem rursus eritque remensum
Mat.15.14 Vobis. 39. Dicebat sed & ipsis adsimilatum
Ipsum sermonem. Potis est an ducere cæcum
Rectâ cœcus *eundo* viâ? Nonne in foveam ambo
Sunt casuri. 40. Supra non est ipse magistrum
Mat.10.24 iohan.13.16. & 15.10. Eius discipulus quisquam, perfectus at omnis
Ille futurus erit, modò vt eius eritque magister.
Mat.7.1. 41. Vt quid porrò tui spectas in fratris ocellô
Festucam; tuô in ipsius qui insistit ocello
Non animadvertisque trabem? 42. Vel quomodò possis
Dicere *tute* tuo fratri; Permittito (frater)
Eijciam festucam illam, tibi quæ est in ocellô,
Quando trabem tibi, quę est in ocellô, haud aspicis illam?
Eijce (Hypocrita *tute* trabem tibi primitùs illam,
Ex oculô *ipse* tuô; sic demùm despiciesque,
Festucam deducere tunc è fratris ocello
Mat.7.17 Posse tuô. 43. Siquidem non est arbor bona, fructum
Quæ fert illa malum. Malá non est arbor & illa,
Quæ fructum fert ipsa bonum. 44. Nam quęlibet arbor
Mat.6.16. & 12.38. Noscitur ex fructû propriô. Quoniam neque ficus
E spinis collectant, nó vindemiat vuas
Eq; rubô quisquam. 45 Profert bonus *est* homo ab eius
Quisque bono cordis thesauro, *quod* bonum *habetur*.
Promit iniquus homo thesauro ex cordis iniquo
Id quod iniquum. Cordis ab ipso namque fluentę
Copiâ abundanti; procedit ab ore loquela.
Mat.7.21. rom.2.13. iac.1.22. 46. Quid me, (Pręceptor, Pręceptor,) dicitis, & quæ
Dico, nequaquàm facitis? 47. Quisquis venit ad me
Audit sermonesque meos atque efficit illos
Ostendam vobis similem cui *dixeris* illum.
48 Est homini similis, qui quùm construxerit ædem;
Terram fodit, eamque cavavit, item super ipsam

Petram

Petram fundamen posuit. Quum profluviumq;
Irruit exundans; illisit flumen in ædem,
Fluctibus impactis; potuit quatere at nec eandem:
Quandoquidem supra petram fundata erat ipsa.
49 Qui verò audivit, nec præstitit, hic homini illi
Est similis, qui ipsiûs inędificaverat ædem
Supra tellurem, positô fundamine nullo;
In quam flumen vt est illisum, protinùs illa
Concidit; estq; domus illiûs magna ruina.

CAPVT. VII.

Mat. 8. 5.

QVum verò sua consummaverat omnia verba,
Plebis in auriculas, quæ audiverat ista loquentem:
Indè Capernaüm mox est ingressus. 2. Eratq;
Cuiusdam servus malè sanus Centurionis,
Qui moribundus erat, pretiosus & is fuit ipsi.
3. Verùm tum quando de Iesû audisset; ad illum
Hic Iudæorum Seniores misit, eundem
Suppliciter rogitans accedere velle, suumq;
Servum sanaret. 4. Venissent quando sed illi
Ad Iesum; studiosè ipsum cœpère precari,
Dicentes; Cui præstes hoc, est dignus habendus:
5. Est quoniam gentem nostram complexus amore,
Atq; etiam Synagogam nobis ædificavit.
6. Ergò cum illis ibat Iesus. Quum procul autem
Iam non esset ab æde illâ, mittebat amicos
Centurio ipse suos ad eum, dicens (Domine) illi,
Ne vexeris; enim minimè sum dignus, vt ædis
Sub tectô ingrederere meæ. 7. Non esse putavi
Dignum me ergò coram te *debere* venire.
Dic sed enim verò verbum sanabitur atque,
Ille puer meus. 8 Ipse etenim simul atque homo sum, qui
Iure potestatis consisto sub ordine positus,

Militię

Militiæ aſcriptos habeo ſub me quoque turmas,
Huic & dico, vade, & vadit is; alteri & aio;
Tu veni, item venit is; ſeruoq; meo facito iſtud;
Ac facit, 9. Auditis his, admiratus Ieſus
Eſt illum; conuerſus itemq; ſequentibus ipſum
Dicebat turbis; Dico vobis; quia tantum
In populo Iſraële fidem non eſſe, prehendi.
10. Qui ſunt miſſi, quando domum fuerantq; reuerſi;
Ægrotum ſervum ſanatum comperière.
11. Eſtq; ſequente die factum, perrexerat inde
Vrbem in eam, quæ eſt dicta. Namq; ſecumque profecti
Eius diſcipuli ſunt multi, multaq; turba.
12. Vrbis ſed portæ quum cœperat eſſe propinquus;
En, erat elatus defunctus, filius is qui
Matri vnigenitus fuerat, vidua & fuit iſthęc,
Cumq; ipſâ fuit illius vrbis multa caterua.
13. Quam quum vidiſſet Dominus, fuit ipſe miſertus,
Affectû erga illum permotus commiſerandi;
Huic & ait; Nolito flere. 14. Acceſſerat & quùm,
Tangebat loculum; portantes porrò ſteterunt;
Et dicebat eidem: Adoleſcens ſurge tibi, aio.
15. Tum ſimul & fuerat qui mortuus, ille reſedit,
Atque loqui cœpit. Matriq; ſuæ dedit illum.
16. Omnes porrò timor cœpit, qui glorificarunt
Inde Deum, Dicentes, inter noſq; Propheta
Surrexit magnus. 17. Sermo pervenit & iſte
Iudæam totam, regionem denique in omnem,
Mat. 11. 2. Quæ circumiacet. 18. Eius diſcipuliq; Iohanni
Declarauerunt de his omnibus. 19. Deinde Iohannes
E ſibi diſcipulis quoſdam binos vocat; hoſq;
Ad Ieſum miſit; dicens; Num tune es is ille,
Qui venturus erit; vel an expectabimus alt'rum?
20. Quando viri veniſſent hj quapropter ad illum,
Nos miſit (dixère) ad te Baptiſta Iohannes,
Dicens; Es tu is qui venturus erat, vel an alt'rum
Expectabimus? 21. Horâ verò tunc in eadem,
Sanauit multos à morbis, atque flagellis,

Spi-

Spiritibusque malis; & cæcis gratificatus
Est multis visum. 22. Respondens dixit & illis
Iesus; Discedentes, declarate Iohanni,
Quæ vidistis, quæque audistis; lumine captis
Rursus donari visum, procedere rectâ
Loripedes; lepræ tactos porrigine reddi
Purgatos, surdis auditus redditus, ipsos
Surgere defunctos rursus; simul esse professos
Hos evangelium qui paupere conditione
Sunt homines. 23. Existit & insuper ille beatus,
In me quisquis erit nequaquam scandala passus.
24. Quumque Iohannis nuncij ab'jssent, tum super ipsô
Ille Iohanne ad turbam cœpit dicere; Quidnam
Visuri in desertum ex'istis? vt aspiceretis?
Numquid arundineam virgultam ventô agitatam.
25. Quid contemplari verò exivistis? an vllum
Qui vestimentis indutus mollibus esset?
En qui vestitû precioso vtuntur, & hi qui
Sunt in delicijs; domibus regalibus insunt.
26. Sed quid visuri exivistis? Numné Prophetam?
Certè, aio vobis, *est* maior quàmque Propheta.
27. Ipsemet hic est, de quô scribitur; En ego mitto — *Malach.* 3.1
Ante tuam faciem (meus est qui nuncius) illum;
Qui prius ipse parare viæ satager tibi ductum
Coram te. 28. Nam dico vobis, in muliérum
Natis, maiorem non esse Iohanne Prophetam
Baptista: In regnô qui est immò Dei minor, hic est
Maior eô. 29. Populus tunc omnis, itemque telones,
Auditis istis laudantes iustificabant
Inde Deum, baptizatique fuêre Iohannis
Illi baptismô. 30. Pharisæi sed tamen, atque
Iurisconsulti Divinum consilium illi
Aspernabantur se contra *scilicet* ipsos
Et baptizati nequaquàm sunt ab eôdem.
31. Ergo, rei Dominus cui (tunc ait) adsimilabo — *Mat.* 11.16.
Hos homines huius gentis? cui sunt similesque?
Consimiles pueris sunt accumbentibus ipsis

In

In foro,& acclamantibus illis alterutrinque,
Lusimus & vobis cantû tibicinis,aiunt,
Et non saltastis; sumus & lugubria questi
Vobis; qui lachrimas fusistis nec tamen vllas.
33 Venit enim panem nec edens Baptista Iohannes,
Vinum neuve bibens. *Vos* dicitis hunc & habere
Dæmonium. 34. Comedendo Filius atq; bibendo
Ipse hominis venit. *Vos* dicitis, Enq; voracem,
Atq; hominem vini bibulum, qui existit amicus,
Illis corradunt qui vectigalia, suntq;
Peccatores. 35. Sed sapientia iustificata
Est â prolibus illius omnibus. 36. E Pharisæis
Invitavit eum quidam verò, vt simul vnà
Ipse cibum caperet secum, qui ingressus in ædem
Istiûs Pharisæi, mensæ discubuitque.
37 En & quæ fuerat peccatrix fœmina in vrbe,
Quum cognovisset quòd discubuisset in æde
Hâc Pharisæi; vnguenti Alabastrû protulit; 38. Et stans
Ipsius à pedibus retrô,lachrimando rigare
Illa pedes eius cœpit;capitisque capillis
Ipsa sui extergebat,& oscula fixit ad eius
Flexa pedes, vnxitq; vnguentô. 39. Quando videbat
Id vero Pharisæus,qui invitaverat illum:
Intrà se dicens ait; esset si iste Propheta,
Non ignoraret, mulier quæ, qualis & esset,
Ipsum quæ tangit: peccatrix quippe quòd hęc est.
40. Tunc verò Iesus respondens,dixit ad illum:
Simon,quiddam habeo tibi quod proponere *vellem.*
Hic verò dicebat ei; propone, Magister:
41. Debentes duo *nempe* fuerunt, *inquit Iesus*
Cuidam, qui fuit illis creditor: Vnus eorum
Quingentos denariolos debebat; & alter
Quinquaginta. 42. Qui solvendo quando nec essent;
Totum gratificans his condonavit vtrisq;
Dic vter istorum plus (ergo) diliget ipsum?
43. At Simon dixit,respondens; Æstimo, quòd cui
Plus dono gratis dedit. Hic (rectè) inquit & illi

Marc. 55.40, iohan. 20.12.

Decrevisti. 44. Tum (conuertens se ad mulierclam)
Dixit Simoni; Vide'n istam tu mulierclam?
Quando tuam sum ingressus in ędem, non mihi lympham,
Vnde pedes mihi proluerentur, tute dedisti:
Illa pedes verò lachrymis mihi *flendo* rigavit,
Extersit capitis proprij simul atq; capillis.
45. Oscula *tum vero* minimè mihi tute dedisti:
Ista sed ex quô ingressus sum pedibus mihi nunquam,
Intermittebat, vel & oscula figere *crebra*.
46. Non oleô vnxisti mihi tu caput; attamen vnxit
Vnguentô illa pedes mihi. 47. Propterea tibi dico,
Ipsi quòd complurima sunt peccata remissa,
Dilexit siquidem multùm: dimittitur autem
Cui modicum; modicum quoq; diligit. 48 Inquit at illi,
Quę commisisti tibi sunt peccata remissa.
49. Tunc simul ad mensam qui secum discubuerunt,
Murmura cœperunt intrà obiectare seipsos;
Est isthic ecquis, simul vt peccata remittat?
50. Tunc atenim-verò, mulierclam dixit ad illam,
Seruavit tua te ipsa fides. In pace recede.

CAPVT. VIII.

ET factum est deinceps, iter illâc ipse peregit,
Vrbes per quasq; & vicos dum prædicat, hisce
Atque Dei regni proclamat nuncia læta,
Quicum pergentes duodeni ipsiq; fuerunt,
2. Et quædam mulierclæ, (quas sanaverat ante,
Ipse malis à spiritibus, morbisq;,) Maria,
Quę de Magdalô habebat nomen, dęmonia ex quâ
Exierant septem; 3. Coniux Chusęq; Iohanna,
Quę fuit Herodis Procuratoris *ob aulam*;
Et Susanna; alię & multę; quę subsidia ipsi
Adiutando ministraverunt, rebus in illis

Marc, 16, 9.

Quæ

Mat.13.3 Quæ sibi suppeterent. 4. Quùm verò plurima turba
Convenisset ab omnibus vrbibus, atque coacta
Confluxisset ad ipsum; dixit in adsimilatô
Alloquiô. 5. Quidam sator exijt, vt serat ipsum
Ille suum semen; dum semen porrò serebat;
Iuxtà aliud cecidit protrita viæ, pedibusque
Est conculcatum, volucres cœlique vorarunt.
6. Atque aliud cecidit petram super; aruit idque
Enatum, quia *succum* non humoris habebat.
7. Inter item spinas aliud cecidit; simul illud
Enatæ spinæ suffocavêre satumque.
8. In terramque feracem aliud cecidit, simul & quùm
Enatum fuerat; centuplum protulit *illud*
Fructum. Quæ dicens clamavit; *Is* arrigat aures,
Aures quisquis habet, quibus est audire facultas.
Esa.6.9. mat.13.14 marc.4.12. iohan.12.40. act.18.96. rom.11.8. Mat.13.18 marc.4.15
9. Discipulique sui percontabantur ab illô;
Sermo figuratus (dicentes) quid notat iste?
10. Ipse sed aiebat; vobis mysteria regni
Nosse Dei datur. At reliquis *loquor* adsimilatis
In sermonibus; vt *visu cernendo* videntes,
Non *animô* videant; verba & *licet* aure recepta,
Mente nec intellecta forent. 11. Hic porrò figuris
Implicitus sermo notat hoc: Est semen id, ipse
Sermo Dei. 12 Qui iuxtà sunt obtrita viæque,
Existunt illi, qui *verbum quando sonatur*,
Auribus excipiunt; dæmon venit inde cavillans,
Qui simul atque ipsis verbum de cordibus aufert,
Ne quùm crediderint, serventur. 13. Qui super autem
Sunt petram; sunt hi, qui quùm audivêre, repleti
Lætitia excipiunt sermonem; non at habentes
Sunt hi radices, vt qui pro tempore credunt:
Ast in tempore quô tentatio venerit *ipsis*,
Abscedunt. 14. Illud quod & in spineta cadebat;
Hi sunt qui audivêre, & quùm sint inde profecti;
Sollicitudinibus *cumulandis* divitijsque,
Illecebrisque voluptatum vitę huius, ijdem
Sunt suffocati, producunt hi neque fructum:

15. Porrò

15. Porrò bonam in terram *cecidit* quod *semen*, ij sunt,
Qui auditum verbum cum *affectu* cordis honesti
Atque boni retinent, fructum in patientiâ & edunt.
16. Existit nemo (quum accenderit ipse lucernam)
Qui *sub* vase operit, vel lectum subter eandem
Ponit; sed candelabro hanc imponit, vt illi
Aspiciant lumen quibus est ingressus in ædem.
17 Occultum siquidem nihil est, aliquando futurum
Quod non sit manifestum. Non absconditur atque
Quicquam, quod pariter non cognoscetur & olim,
Et veniet sub apertò. 18. Propterea ergo videte,
Audituri quomodo sitis. Nam qui habet ecquid,
Huic dabitur: verùm qui non habet, hoc etiamque
Quod vel habere videtur, idem tolletur ab illô.
19. Tunc accesserunt ad eum sua mater, & eius
Fratres; sed minimè potuêre venire propinquè
Præ turba. 20. Quod ei fuerat quoque significatum,
A dicentibus his; Tua mater, item tibi fratres
Sunt astando foris, te conspectare volentes.
21. Ipse sed his dixit, respondens; Est mea mater,
Et mihi sunt fratres, Divinum *scilicet* isti
Excipiunt qui auditum verbum, qui faciuntque.
22. Quodam porrò die factum est, ingressus vt ille
In navim fuerit, cum discipulis simul eius:
Dixit & his; Stagni vlteriorem traijciamus
In ripam. Provecti & sunt. 23. Sulcantibus autem
His, est sopitus; descendit turboque venti
In stagnum, qui *gurgite* complebantur *aquarum*,
Passi sunt pericla. 24: Ad eum tunc advenientes,
Somno experrectum reddebant, ingeminantes
Preceptor, Preceptor, *nos mergendo* perimus.
Quando experrectus fuit, obiurgavit at ipse
Ventum, commotasque vndas, cessavit & *omnis*
Tempestas sedata; simul fuit atque sequuta
Temperies tranquilla. 25. Sed est vbi (dixit ad illos,)
Vestra fides? Trepidô qui consternente pavore
Admirabantur, dicentes alter ad alterum;

Mat. 5. 15.
marc. 4. 21.
infr. 11. 33
Mat. 10. 26.
marc 4. 22
infr. 12. 2.

Mat. 13. 13.
& 25. 29.
marc. 4. 25.
infr. 19. 26
Mat. 12. 46
marc. 3. 31

Mat. 8. 23.
marc. 4. 36.

Iste quis est, vt ventis imperitarit, & vndis
Auscultent & ei? 26. Transvecti navigiôq;
In Gadarénam sunt regionem, quę Galileæ
Opposita est ripæ. 27. In terramq; egressus vt esset;
Ex vrbe occurrebat ei (cui dęmon inesset)
Vir quidam, possessus eô iam tempore longô,
Et qui non *vllo* fuerat vestitus amictû,
Æde nec in quâcunque manebat, at in monumentis.
28. Hic igitur quamprimùm conspexisset Iësum,
Eiulat exclamans, procumbens accidit illi
Adq; pedes, & magna voce aiebat; Iësu
Fili *tute* Dei Supremi, Quid mihi tecum?
Me nolis torquere, rogo. 29. Quia præcipiebat
Spiritui impuro, quò homine hic exíret ab illô.
Illum quòd iam corripuisset tempore multô:
Qui fueratq; cathenis vinctus, compedibusq;
Custoditus erat; diruptis porrò cathenis,
Est à dęmone ductus per deserta vagando.
30. At verò Iesus percontabatur ab illô,
Dicens; Est tibi nomen quod? Qui (Legio) dixit,
Dęmonia intrarant in eum complurima namq;
31. Atque rogarunt ipsum, né mandaret abire
Hos in abyssum. 32. Sed porcorum grex erat illic
Multorum pascentium in illô monte; rogabant
Atque ipsum, permittat vt ingrederentur in illos:
Et permisit eis. 33. Exibant dæmonia, ergò,
Ex homine hôc, porcosq; in eos ingressa fuêre:
Proruit inq; lacum cursû grex præcipitatô,
Et suffocabatur. 34. Verùm quandò viderent
Id quod erat factum pastores aufugiebant:
Et proficiscentes narrarunt *istud* in vrbem,
Atque in agellos. 35 Exiverunt ergò videre
Id quòd erat factum: venerunt atque ad Iësum,
Comperiêre hominemq; amicitum veste, sedentem
Ante pedes Iesû, & mentis sanę, atque timebant.
36. Declaraverunt tunc illis insuper *istud*,
Qui vidissent, quomodò liber redditus esset

Matt. 8. 8.
marc. 5. 4.

Hic

Hic à dæmonijs. 37 Populiq; frequentia tota,
Quæ Gadarenorum fuerat regionis ibidem
Circumquaque iacentis, cum rogitando petebant,
Vt discedere vellet ab ipsis: Namque timore
Detenti fuerant magnô:tunc estque reversus,
Ingrediens in navim. 38. Quem vir & ille rogavit,
(E quô dæmonia exierant) cum ipso [illegible]is esset:
Sed Iesus dimisit eum, dicebat *eique*;
39 Ædes in remeato tuas: Narrabis & ista,
Quanta Deus tibi præstiterit. Quapropter abivit,
Et divulgando per totam prædicat vrbem,
Quanta sibi fecisse *fuit dignatus* Iesus.
40 Est autem factum quando remeasset Iesus
Turba excepit eum: Expectabant quippè quòd omnes.
41 Ecceque, vir quidam venit, cui nomen Iairus
Qui præfectus erat Synagogæ; procidit isque
Ante pedes Iesu; quem porrò rogavit vt ipse
Illius ædes ingrederetur. 42 Filia namque
Vnica ei fuerat, quæ nata quasi duodenis;
Hæc etiam moribunda fuit, (tunc inter eundum
Ipsum turba coarctabatur.) 43 Quum fœmina quædam,
Quæque duodenis perpessa fuisset ab annis
Sanguinis effluxum, victumq; impenderat omnem
In medicos, poterat curari sed nec ab vllô;
44. A tergô veniens eius tetigisset vt oram
Vestis; substitit illicò fluxio sanguinis eius.
45 Tunc Iesus dixit. Tetigit qui memet, is *est* quis?
Omnibus atque negantibus inquit Petrus; ijdem
Qui cum illoque fuerunt; Quandò turba (Magister)
Te constringit & opprimit, inquis; Quis tetigit me?
46 Dicebat verò Iesus; Aliquis tetigit me.
Namque ego cognovi, quòd virtus exijt à me.
47 Fœmina porrò videns, minimè se nempe latere;
Accedens tremebunda venit, sed & accidit ipsi
Ante pedes eius, simul & declarat apertè
Huic, coram toto populo, quæ causa mouebat
Ipsam tangere eum; mox quomodo facta fuitq;

Mat.9.20. marc.5.22

Sana. 48 Sed hic illi (Confidas filia) dixit,
Servavit tua te ipsa fides. In pace recede.
49 Isthic dum loqueretur adhuc, quidam ad Synagogæ
Præfectum venit; Cui mortua filia (dixit)
Est tua. Quocirca, noli vexare Magistrum.
50 Istud vt audisset Iesus, respondit eidem;
Ne metuas, tantùm crede, & servabitur *illa*.
51 Ingressusq; domum, tùm non intrare sinebat
Quenquam, præterquam Petrum, simul-atq; Iacobum,
Atque Iohannem, tùm patrem, matremque puellæ.
52 Sed flebant omnes, plangebant & super illam.
Hic verò, ne flebitis inquit; mortua non est,
Sed dormit. 53 Sannæ quem tunc risêre cachinnô;
Vtpote qui scirent, fatô defuncta quòd esset.
54 Verùm deinde (foras eiectis omnibus) ipse
Illius atque manû comprensa, clamat, aitq;
Surge Puella. 55 Est spiritus illius atque reversus;
Continuoque resurgebat; præcepit &, illi
Dent vt vescatur. 56 Tunc obstupuêre parentes
Eius: At hic præceptô demandavit eisdem;
Vt minimè narrarent, hoc quod factum erat, vlli.

Caput. IX.

Matt.10.1. mar.3.13.& 6.7.

DIscipulis exindè suis tum porrò vocatis,
Virtutem, simul atque potestatem dedit illis,
Dæmonas in quosuis, & morbis posse mederi.

Marc.10.7.

2 Vtque Dei regnum promulgent, misit eosdem,
Vtque ægrotantes sanarent. 3 Dixit & illis;

Matt.10.9 mar.6.8.

Sumite nil ad iter, neque virgas, sed neque peram,
Nec panem, neuvè argentum; tunicas quoque binas
Non habeatis. 4 Et in quamcunque intrabitis ædem;
Illìc este manentes, nonq; exibitis illinc

Infr.10.11 matt.10.14.

5 Et vos haudquaquàm quæcunque receptet; ab illâ

Vrbe

Vrbe recedatis, & *euntes* excutiatis
A pedibus vestris, de pulvere *quicquid adhæret*,
Contra ipsos vt fiat testificatus *illis ipsum*.
6 Tunc & per vicos hi quosvis egredientes,
Munus obiverunt, vulgando Evangelium illis,
A morbis & vbique saluti restituentes.
7 Herodes, (tunc omnia ab illô facta,) Tetrarcha
Audivit, dubitans sed & anxius hæsit ob illud,
Quidam quòd dixêre; Iterum de morte Iohannem
Surrexisse. 8 Alij dixêre; apparuit atqui
Elias. Alij, de antiquis immò Prophetis
Vnus surrexit rursùm *de morte*. 9 Sed inquit
Ipsemet Herodes; decollavi ipse Iohannem;
Hic atenim verò, quis is est, ego, talia de quô
Audio? Eumque videre cupivit. 10 Deinde reversi
Rursus Apostoli, ei narrarunt quanta patrata
Abs illis fuerant. Assumptis [illegible]que seorsim
Hisce, locum in desertum, secedebat ab vrbe
Privatim, *locus ille fuit* Bethsaida dictus.
11 Hoc vbi verò cognovisset turba; sequuta
Est illum; qui tunc simul ipsos excipiebat,
Deq; Dei regnô fuit ipsis verba loquutus,
Et sanavit eos quibus eius curâ opus esset.
12 Inclinare dies tum quandò cœperat autem;
Accessêre ad eum duodeni, cui sed & aiunt;
Dimittas turbam, vicinos illi vt euntes
In vicos, & in agros circumquaque iacentes,
Divertant; poterintque cibos reperire; quòd istic
Deficiente loco in deserto existimus. 13 Inquit
Ipse sed his; Illis date vos vescantur vt ipsi,
Tunc hi dixerunt. Nobis non plus nisi quinque
Sunt panes, piscesque duo: Nisi, nosmet euntes,
Huic toti populo nummis mercabimur escas.
14 Quippe aderant hominum, quasi circà millia quinque
Discipulis tum deinde suis, facitote (ait,) illi
Vt per discubitus distinctos (quosque seorsim,
Per quinquagenas classes,) discumbere possint.

mar. 6.11. act. 13.51. Mat 14 1. mar. 6.14.

Mar 6.30. Matt. 14.13 mar. 6.35.

Mat. 14.16 mar. 6.35. iohan. 6.5.

15 Et sic fecerunt, omnes & discubuerunt.
16 Ipse sed acceptis quinque istis panibus, hisque
Pisciculis binis; in cœlum oculisque leuatis,
His benedicebat, frangebat, discipulisque
Ipse dabat, turbæ quòd eidem apponere possent.
17 Et manducabant omnes, & sunt saturati:
Sublatumque fuit, quod deinde superfuit *ipsis*,
E fragmentorum *frustis*, cophini duodeni.
18 Et factum est, solus precibus tùm quando vacaret, (Matt 16.13 mar.8.27)
(Secum discipuli tamen vnà quando fuerunt;)
Ab his quæsiuit, dicens; Quem me vocat esse
Turba? 19 Et respondentes hi dixêre; Iohannem
Baptistam; dicunt Eliam porro alijque;
Insuper affirmant alijque, *idelicet*, vnum
Rursus de antiquis exsurrexisse Prophetis.
20 Dixit at his; vos verò quem me dicitis esse?
Tum verò Petrus respondens dixit, es *imo*;
Christus is ipse Dei. 21 Quibus ille minando vetabat,
Istud nequaquam quòd diuulgando referrent.
22 Multa pati (affirmans) hominis quòd Filium oportet, (Mat.17.22 mar.8 31)
A Senioribus hunc reprobandum deinde futurum,
A-que Sacerdotum primoribus, à quoque Scribis,
Tumque trucidari, die & inde resurgere ternâ.
23 Omnibus & dicebat ijs: Quicunque venire (Infra 14.27 mat.10 38 & 16.24. marc 8.35)
Post me vult; sese abdicet ipsum, deinde quotidiè
Ille cruceque suam sustollat, meque sequatur.
24 Quisquis namque suam seruare animam volet, ille (Infra 17.33 mat.10.39 & 16.25 mar.8.35. iohan 12.25.)
Perdet eam; Quicunque animam (me propter) & eius
Perdiderit; seruabit eam. 25 Quid proficit vllus, (Matt.16.26 mar.8.26.)
Si totum mundum lucretur; semet at ipsum
Isthic perdiderit, mulctetur siue seipso?
25 Namque mei quemcunque pudebit, siue meorum (Infra 12.9 mat.10.33 marc.8.38 2.tim 2.12)
Sermonum; eius eumque pudebit Filius is, *qui*
Est hominis, quùm sit venturus gloriâ in eius,
Atque sui Patris, sanctorumque Angelicorum
Spirituum. 27 Verè vobis veruntamen aio, (Mat.16.28 mar.9.1.)
Scilicet, ex ipsis quidam prostantibus isthic, (Mat.17.28. mar.9 2.)

Degusta-

Degustaturi minimè sunt amodò mortem,
Regnum donec adusque Dei vidisse licebit?
28 Euenit verò post isthæc verba, diebus
Circiter octenis *antecedentibus* inde,
(Assumpto Petrô, atque Iohanne, etiamque Iacobo.)
Oratum montem conscendit 29 Dum precibusque
Incubuit; vultus species est facta precantis
Transformata, fuit vestitus & albus eidem,
Atque refulgens. 30 Ecce duoque viri alloquiô vsi
Secum sunt; Moses, Elias, hique fuerunt.
31 Qui visi cum gloriâ erant; dixêre quis eius
Exitus atque futurus erat, complendus in vrbe
Quæ est Solymorum. 32 Petrus verò, qui simul atque
Secum vnà manserê, fuêre sopore grauati;
Quum verò euigilassent; eius gloriam ijdem;
Aspexêre, viros hos secum stando duosque.
33 Et factum est, vt ab ipsô discedentibus illis;
Ad Iesum Petrus quòd dixerit; esse (Magister,)
Nobis hic bonum erit; faciamus proptereaque
Trina tabernac'la; vnum *sit* tibi, *sit* simul vnum
Mosi; vnum *sit* & Eliæ: Sed nescius ille
Quid loqueretur erat. 34 Qui dum fuit ista loquutus,
Facta fuit nubes, ipsos quæ inuoluerat vmbrâ
Hi verò valdè timuerunt ingredientes
In nubem. 35 Vox dicens atque è nube sonabat,
Hic est Filius ille meus, dilectus is ille,
Hunc audite. 36 Simul quùm vox hæc facta fuisset;
Inuentus Iesus solus fuit. Atque silebant
Ipsi, nec declarauêre, diebus in illis,
Vlli horum quicquam, quæ à se conspecta fuerunt.
37 Est autem factum, post isthæc, luce sequenti,
Quùm descendissent illi de monte, quòd ipsi
Occurrebat plurima turba. 38 Atque ecce vir vnus,
E turbâ exclamauit *ei*, dicendo; Magister,
Te rogo, respicias mihi natum; quippe quòd vnus
Est mihi filius. 39 En & spiritus arripit illum,
Atque inopinatò clamat, discerpit eumque

Mat.17.14
mar.9.14

Tantoperè, vt ſpumam vomitet. Vix denique tandem
(Diriter excrucians ipſum) diſcedit ab illô,
Dilanians ipſum. 40 Tibi diſcipuloſq; rogavi,
Eijcerent vt eum; quibus haud erat iſta poteſtas.
41 Tunc Ieſus reſpondens, O incredula, dixit,
Natio item perverſa; ero apud vos ipſe quouſque?
Et tolerabo vos? Adducas huc tibi natum.
42 Verùm quum vel adhuc accedens eſſet; euntem
Dæmonium laceravit eum, diſcerpſit eumque:
Spiritum & impurum *tunc* obiurgavit Ieſus,
Et ſanans puerum, patri eius reddidit ipſum.
43 Omnes tùm verò percellebantur ab iſtâ
Magnificâ virtute Dei. Mirantibus autem
Omnibus, his ſuper omnibus, hic quæ fecerat; inquit
Ad ſibi diſcipulos: 44 Veſtras ponatis in aures
Iſtos ſermones attentè; Namque futurum
Eſt, hominis quòd Filius ille manus in *iniquas*
Eſt hominum tradendus. 45 Non ſenſêre ſed illi,
Id *quod erat* dictum, quia celabatur ab ipſis,
Illud idem minimè quòd perſentiſcere poſſent:
Et ſuper hôc, ab eô timuerunt quærere dictô.
46 Incidit inter eos tum diſceptatio, maior
Quis foret inter eos. 47 Sed Ieſus cordis eorum
Hæc meditata videns; puerum capit, & ſecus ipſum
Hunc ſtatuit. 48 Simul inquit eis; Quicunque puellum
Hunc excepturus meô erit ſub nomine; memet
Excipit. Et memet quicunque exceperit; ille
Excipit ipſum qui me miſit. Nam minor eſt qui
Inter vos; erit is maior. 49 Tum porrò Iohannes
Reſpondens dixit; Præceptor, vidimus vnum
In *virtute* tui, qui nominis eijciebat
Dæmonia, atque illum prohibebamus, quia non *te*
Nobiſcum ſequitur. 50 Tunc ipſi dixit Ieſus,
Ne ſitis prohibentes. Contrà nos quia quiſquis
Non exiſtit; noſtris eſt ex partibus ille.
51 Interea verò eſt factum, quùm tempus adeſſet
Completum, fuit in quô ſurſùm ſuſcipiendus;

Mat. 17. 22 mar. 9. 85.

Matt. 18. 1 mar. 9. 33.

Marc. 9. 38

Ille

Ille suam faciem tunc obfirmavit vt iret
Ad Solymorum vrbem. 52 Misit qui & nuncia ferrent
Ante suam faciem : quique ingrediuntur, euntes
In vicum Samaritanorum; posse parare
Hospitium ipsi; 53 At eum non acceptare volebant; 4. Reg 1.10 12.
Quùm siquidem versus Solymam facies erat eius
Vrbem tendentis. 54 Quod verò discipuli eius
Quandò Iacobus, perspexissent atque Iohannes;
Vis (Domine, aiebant,) dicamus cœlitùs ignis
Vt discendat in hos, consumere posset vt ipsos,
Elias itidem sicut *quoque* fecerat *olim?*
55 Sed conversus Iesus, illos increpat, aiens;
In vobis nescitis qualis spiritus insit.
56 Filius ille hominis siquidem non perdere venit Matt.8.19
Velle animas hominûm, verùm servaret vt *illas*.
In vicumque abière alium. 57 Factum fuit autem,
Ipsi dum proficiscebantur, in orbitâ eunti;
Quidam te quôcunque ieris (Domine) insequar, inquit.
58 Cui rursus, foveæ sunt vulpibus, inquit Iesus,
Alitibus cœli quoque nidi; Filius autem
Non habet ille hominis reclinet vbi caput eius.
59 Tunc atenim-verò quendam dicebat ad altrum, Mat.8.22
Me sequitor. Dicebat *cui* veruntamen ille,
Quin mihi permittas (Domine) vt discessero primùm
Atque meum possim patrem mandare sepulchro.
60 Dixit ei verò Iesus; sine mortui vt illi
Morte suos *studeant* terræ mandare solutos.
Tu sed enim-vero pergens proficiscitor, atq;
Promulgato Dei regnum. 61 Dicebat & alter
Te Domine ipse sequar; mihi sed permittito primùm,
Hisce domi mihi qui sunt, posse iubere valere.
Huic verò Iesus dicebat, Nemo manum eius
Mittit aratro qui poterit (si respicit illa
Quæ sunt à retro) regno Dei idoneus esse.

Capvt. X.

TVnc Dominus decies septenos constituebat
Post hæc discipulos alios, mittebat & ipsos
Ante suam faciem, binos, in quamlibet vrbem
Atque locum, quò demum post venturus *is* esset.
Mat.9.37. 2 Præterea dicebat eis, Est plurima messis;
Qui navant operam, *sunt* verò turma pusilla,
Oretis Dominum messis quapropter *oportet*,
Nauantes operam messem quòd mittat in eius.
Mat.10.16 3 *Ite, en, mitto ego vos inter lupos, velut agnos.
2.Reg.2.29 4 Ne portate crumenam, aut peram, calceolósve,
Porrò salutantes nullum dum pergitis este.
Mat.10.12 mar.6.10. 5 In quancumque domum deuecti intrabitis, ante
Omnia dicetis; Pax isthac *adsit* in æde.
6 Et si pacis filius est ibi; vestra quiescet
Pax super illum: Sin; ad vos erit illa reuersa.
Deut.24.14. mat.10.10. 1.tim.5.18. Mat.10.11 7 Insuper æde *licet* vobis maneatis in illâ,
Manducantes atque bibentes illa apud ipsos,
Quæcunque apponent *vobis*: mercede rependi
Dignus is est etenim *quiscunque* operarius eius,
Ex vnâ nolite domum transcurrere in altram.
8 Ingressi verò quamcunque intrabitis vrbem,
Et si vos sint excepturi; sitis edentes
Illorum, vobis quæ proponuntur. 9 Et illos,
Qui fuerint ægroti in eadem, reddite sanos:
Insuper & dicetis eisdem; Cœpit adesse
In vos Diuinum regnum *cæleste* propinquum.
10 Ingressi simul vt fueritis quamlibet vrbem;
Et non sint vos excepturi; exibitis eius
Supr.9.5. act.13.51 & 18.6. In plateas, dicentes. 11 Si quid pulueris vrbe
Ex vestrâ, nostris etiam quoque vestibus hæret;
In vos excutimus: Tamen, hoc scitote; Propinquum
In vos aduenisse Dei regnum. 12 Sed & aio
Vobis; Quòd tolerabile sit magis hisce futurum,
Tum die in illô, qui in Sodomitanâ vrbe fuerunt;

Vrbis

Vrbis quàm fore tunc illiûs conditionem.
13 Væ tibi Chorazin, tibi væ Bethsaida: Nam si Mat. 11.21
Illæ siue Tyrô, siue in Sidone fuissent
Factæ virtutes, quę in vobis æditæ; eæ olim
Essent conuersę, in saccô, cinere atque sedentes.
14 Ergo, Tyri, & Sidonis erunt tolerabiliores,
Vestræ, in iudiciô, fuerint quam conditiones.
15 Tuque Capernaûm, qui cœlum es adusque leuata.
Vsque es ad infernum *rursus* trudenda deorsûm.
16 Audit qui vos; audit me; qui reijcit & vos; Mat. 10.40
Reijcit is memet; qui memet reijcit autem, Iohan. 13.20.
Hunc etiam qui me mittebat, reijcit ipsum.
17 Tunc decies septeni hi sunt lætando reuersi,
Dicentes; nobis etiam quoque subijciuntur,
Nominis in virtute tui (Domini) ipsa maligna
Dæmonia. 18 Inquit at his; Sathanam tú conspiciebam,
Quùm *praeceps* cecidit de cęlô, fulguris instar.
19 Ecce, potestatem do vobis calcibus ipsos
Serpentes vestris vt proculcando teratis:
Scorpij *vt à vobis*que *premantur*, subsit & omnis
Vis inimici, infestum vobis nilque nocebit.
20 Non ideò tamen, hanc ob rem gaudere velitis,
Quòd de spiritibus sit vobis facta potestas
Subijciendis: sed potiùs lætemini ob istud;
Propterea quòd sunt in cœlô nomina vestra
Scripta. 21 In eodem tum momentô *pretiosa* horæ Mat. 11.25
Exultavit Spiritû *in eius*, & inquit Iesus
Extollo te laude pater, cœli Domine atque
Terræ; te à sapientibus & prudentibus ista
Abscondisse; revelasse atque infantibus illa:
Eia equidem Pater *illud* sic tibi quando placebat.
Tunc ad discipulos semet convertit, & inquit,
22 Omnia sunt à Patre meô mihi tradita: Porrò
Filius ille quis est, hunc nemo Pater nisi novit;
Nec Pater ipse quis est *novit*, nisi Filius ille,
Et cuicunque revelatum vult Filius esse.
23 Dixit, discipulos iterum conversus ad eius M[illegible] .13.16

Secre-

Secretim. Existunt oculi *sub sorte* beatâ,
Qui spectant ea quæ vos estis aspicientes:
24 Quandoquidem, multi (vobis affirmo) Prophetæ,
Et reges etiam cupierunt illa videre
Quæ vos vidistis, *verum* vidisse nec *illa*:
Atque audire ea *vos quæ auditis, nec tamen illa*;
Mat.22.35 *mar.12.28.* Audivisse, 25 Interpres quidam legis & (ecce)
Surrexit, tentans illum, dicensque (Magister)
Quid faciendo, æternam vitam consequar? 26 Ast hic,
Quid scriptum est in lege? legis (dicebat eidem)
Deu.6.5. Quomodo? 27 Qui verò respondens dixit ad illum;
Complexeris amore Deum Dominum tibi *amando*
Toto corde tuo, *sed* & ex animâ tibi tota,
Viribus exque tuis totis, totâ & tibi mente;
Levit.19.18 Atque illum qui proximus est tibi, te velut ipsum.
28 Tunc (respondisti rectè) dicebat ad illum;
Hoc fac, & vives. 29 Sed iustificare seipsum
Ille volens, ad Iësum dixit. *Quis* mihi verò
Proximus est. 30 Verùm excipiens dicebat Iësus;
Vir Solymitanâ quidam descendit ab vrbe,
In Iericho, quique in latrones incidit, hique
Expoliatô illô, plagisque affectô abierunt,
Ipsum semi-necemque relinquunt. 31 Accidit autem,
Descendit quidam per eandem deinde sacerdos
Fortè viam, qui præteriens, quùm viderat illum,
Ex adversô, abijt. 32 Pariter Levita etiamque,
Quum secus ille locum venisset, eumque videret
Ex adversa; prætereundo transijt. 33 Atqui
Dum Samaritanus quidam faciens iter esset
Hâc; ad eum venit: quô visô, viscera mota
Intima commiserantis erant ipsiûs; 34 Ad illum
Atque accedens, eius vulnera *hiulca* ligavit,
Infundens oleum, vinumque; suô impositumque
Iumentô, ducens in diversorium eundem,
Egit & eiusdem curam. 35 Die at indè sequenti,
Prolatis denariolis, abiensque; duobus,
Hospiti *eos* tribuebat, dicens insuper ipsi;

Huius

Huius habe curam: quodcunque impenderis atque
Præterea, tibi restituam tum quando redibo.
36 Horum idcircò trium tibi quis reputabitur esse
Proximus huic in eos latrones qui incidit? 37 Atqui
Hic ait; Ipse à quô facta est miseratio in illum.
Iesus (ergo) ait huic; vadas, fac tuque perindè
38 Inter eundum, sed factum est, ingressus vt esset
In quendam vicum, quædam de nomine Martha
Fœmina erat, quæ ipsiùs eum suscepit in ædem:
Huic erat atque soror de nomine dicta Maria,
Quæ secus atque pedes Iesû, auscultando sedebat
Eius sermonē. 40 Quùm verò distraheretur
Martha frequente ministerio; supervenit aiens;
Non (Domine) est tibi curæ, quòd mea me soror ista
Sic sinit esse relictam, vt *munia* sola ministrem?
Ipsi dic, ergo, velit vt mihi ferre iuvamen.
41 Respondens autem Iesus dicebat ad illum;
Sollicita es (Martha, *O* Martha,) es satagens quoq; circà
Plurima: At vnô opus est. Elegit at immò Maria
Ipsa bonam partem, quæ non tolletur ab illâ.

Cap. XI.

Est factumque loco in quôdam, cum quandò vacavit
Ipse suis precibus, simul vt cessaverit; vnus
Discipulis ex eius *erat, qui* dixit ad ipsum;
Nos (Domine) edoceas, orantes quomodò simus;
Discipulos eius docuit proùt atque Iohannes.
2 Dicite (dixit at illis) estis quando precantes; *Mat. 6. 9.*
Qui Pater in cœlis es noster, sanctificatum
Esto tuum nomen. Regnum accelerando venire
Faxe tuum: fiat tua sit quæcunque voluntas,
Sicut & in cœlo sic in tellure. 3 Diurnum
Quotidiè panem nobis largire. 4 Remitte

Et

Et nobis peccamina nostra, vt nos ideoq;
Qui nobis debent, dimittimus omnibus illis.
In tentamentum neque nos induxeris: Immò
A malo at assertos nos reddito. 5 Dixit & illis
Ecquis is è vobis existit cui sit amicus,
Hic etiamque ad eum media sit nocte profectus,
Huic & dicet; Amice mihi des mutuò habendos
Tres panes: 6 Mihi amicus enim (de tramite flectens)
Ad me venit, non habeoq; apponere posse
Ante illum. 7 Respondens Isthic dicat & intus
Esse mihi nolito molestus, Ianua iam nunc
Est occlusa, mei pueri sunt inque cubili
Mecum; surgere nequaquàm, tibi nec dare possum.
8. Dico vobis, Etsi surgens non dabit illi
Hanc ob causam, propterea eius quòd sit amicus;
Ipsiùs propter nihilominùs improbitatem;
Consurgens dabit huic, opus isthic quotquot habebit.
9 Et vobis ego dico; Petatis, erit quoque dandum
Vobis; quærentes sitis, sed & invenietis;
Sitis pulsantes, & vobis fiet apertum.
10 Quisquis enim petit, accipit is: qui quærit, & ille
Invenit; & pulsanti, illi reddetur apertum.
11 Ecquis at ex vobis pater *est*, si filius eius
Abs ipso peteret panem, lapidem dabit illi?
Et si vel piscem; numquid pro pisce daturus
Est huic serpentem? 12 Seu postulet *iste* vel ovum,
Scorpium ei-ne dabit? 13 Quapropter vos bona dona
(Estis quandò mali,) dare si cognoscitis illis,
Filioli vobis qui sunt, quantò magis ipse,
Qui pater est vobis cœlestis, Spiritum is Almum
Hisce daturus erit, quicunque precentur ab ipsô.
14 Dæmonium quoque tunc erat eijciendo, fuitque
Illud mutum; factum est autem dæmoniô illô
Abs ipsô egressô, mutus loqueretur vt idem,
Turbaque demirata fuit. 15 Quidam sed eorum
Oblatrando aiebant; Immò, Beelzebub ille
Dæmonia eijcit hæc, in principe dæmoniorum.
16 De cœlô ast alij signum (tentando) petebant Abs

Matt.7.7. & 21.22. mar.11.24 Iohan.14.13. & 16.22. iac.1.10 Mat.9.12. & 12.22. marc.3.20

Mat.9.33 & 12.22. marc.3.10. Mat.9.14. mar.3.22.

Abs ipsô. 17 Quùm vidit at hic quæ mente volutant, Mat. 12.25 marc. 3.24
Dixit eis; Regnum ipsô à se ipso dissidet omne,
Vastatur, diuisa ædes cadit & super ædem.
18 Quod si etiam Sathanas contra se dissidet ipsum;
Ipsius regnum *diuisum* quomodo stabit?
Quippe quòd ex *operante* Beelzebub eijcio istos
Dæmonas affirmatis. 19 Quòd si dæmonas istos
Ex *operante* Beelzebub eijcio ipsemet; illos
Prognati à vobis per quem sunt eijcientes
Dæmonas? Idcircò damnandi vosmet eorum
Estis iudicio. 20 Digito sin immò Dei istos
Dæmonas eijcio, tunc ad vos nempè profectò
Diuinum regnum venit. 21 Quùm fortis in armis
Munitus seruando suam custodiat aulam;
Quæ sua sunt in pace quietâ possidet illa.
22 Inuadens verò si quando potentior illo
Ipsum vicerit; armaturam surripit omnem
Illius, in quâ confidebat; item spolia eius
Distribuit. 23 Qui non mecum est, contrarius ille
Est mihi: qui simul & non mecum colligit vna,
Dissipat. 24 Ex homine impurus quum spiritus exit, Mat. 12.43.
Arida per loca transit, vestigando quietem,
Et non inueniendo; Revertar (dicit) in ædem,
Vnde (meam) digressus sum; 25 Qui deinde reversus,
Mundatam q; e scopis, ornatamque invenit illam.
26 Tunc abit, assumit sibi septem spirituumque
Hic *comites* alios, peiores quàm sunt ipse;
Ingressiq; habitant illic: atque vltimò demùm
Existunt hominis peiora prioribus huius.
27 Est autem factum, tum quandò diceret isthæc, Hebr 6.4. 2.pet.2.20
Attollens vocem, de turbâ fœmina quædam,
Dixit ei; Qui te portavit is *esto* beatus
Venter; & vbera quæ suxisti *sunto beata*.
28 Ipse sed aiebat; Potiùs *sunt* immò beati;
Divino verbo qui auscultant, id quoque servant.
29 Concurrentibus autem turbis; dicere cœpit: Mat. 12.38
Est mala gens isthæc, signum quæ nempe requirit;

Illi

Illi signum (præter Iōnę porrò Prophetæ)
Nequaquàm dabitur. 30 Ninivitis sicut Iōnas
Namque fuit signum; sic Genti itidemque erit isti,
3.Reg.10.1. Filius ille hominis. 31 Surget Regina *sub* Austrô,
2.paral.9.1 Tunc in iudiciô, Regionis *scilicet* huius
Opponenda viris, quæ condemnabit & ipsos:
Quandoquidem terræ de extremis partibus illa
Venit, vt audiret sapientiam eam Solomonis:
En, etiam plusquàm Solomon *fuit, est* locô in istô.
Iona 3.5. 32 Surgent *porrò* viri Ninivitæ in iudiciô illô,
Cum gente hâc, & condemnabunt, quippe quòd ipsos
Pœnituit, moti dum sunt præconiô Iōnę.
Plus etiam quàm Ionas *extitit*, En, locô in istô.
Supr.8.16. 33 Est etenim-verò qui accensam nemo lucernam,
matt.5.15. Illam ponit in occultô, modium neque subter,
mar.4.21. Suprà verò candelabrum, vt qui ingrediuntur,
Matt.6.22 Splendorem videant. 34 Oculus *cernendo* lucerna
Corporis est: Igitur, si oculus fuerit tibi simplex;
Pellucens erit atque tuum corpus tibi totum.
Si malus at fuerit; totum tibi denique corpus
Oppletum tenebris fuscabitur. 35 Ergo, videto,
Hocce quod existens in te sit lumen, an illud,
Sint tenebræ. 36 Quare, si totum luce coruscet
Corpus, habens nullam tenebrosâ aspergine partem;
Totum pellucens erit, vt te quando lucerna
Illustrat fulgore suô. 37 Quùm porrò loquutus
Hæc erat; invitavit eum quidam Pharisęus,
Vt pranderet apud se, quumque ingressus is esset,
Discubuit. 38 Pharisæus at *istud* quandò videret;
Admirabatur, minimè quòd laverit ante
Matt.23.25 Quam pranderet. 39 Cui Dominus sed ait; Pharisæi
Nunc equidem partem poc'li vos exteriorem,
Et patinæ purgatis: at intra vosmet, id omne
Existit fœdô plenum scelere atque rapinâ.
40 Insipientes numquid an is qui fecit idipsum,
Sit quodcunque foris; non fecit is id quod & intus?
41 Ast eleemosynam tribuentes sitis eorum,

Quæ

Quæ vobis super-existentia sunt; simul ecce
Omnia *tum demùm* sunt vobis munda futura.
42 Atqui, Væ vobis Pharisæis, quòd decimatis
Mentham & rutam, olus, & quodvis; sed iudicium ipsum,
A vobisque Dei dilectio prætereuntur.
Hæc at oportuit vt faceretis, omissa nec illa
Prætereunda fuerunt. 43 Vobis væ Pharisæis,
Primum consessum qui scilicet estis amantes
Nempe salutatos synagogæ in cœtibus esse,
Inque foris. 44 Væ vobis Scribis & Pharisæis,
Vtpote qui estis hypocritæ, ijs hi qui satis habendi
Consimiles monumentis, quæ sunt tecta sepulchra,
Quorum sunt homines ignari, qui super illis
Sunt incedentes. 45 Quidam de Iure-peritis
Respondens atqui-verò dicebat ad illum;
Isthæc quùm dicis, nosmet simul atque (Magister)
Afficis exprobrans iniuriâ. 46 At intulit ipse;
Væ vobis Legisque peritis; quippe gravatis
Ponderibus duris homines, vt vix ea possint
Ferre; sed interea digitô non tangitis vnô
Ipsi vestrô onera imposita isthæc. 47 Væ *quoque* vobis,
Quippe Prophetarum monumenta exædificatis;
Quos ipsos vestri tamen occidêre parentes.
48 Testificamini in hoc, vos consentire (profectò)
Factis vestrorum patrum, quòd cæde necarunt
Hos ipsos equidem, verùm vos ædificatis
Hæc illis monumenta sepultis. 49 Proptereaque
Ipsa Dei sapientia ait; Legabo Prophetas
His, & Apostolicô fungentes munere, quorum
Quosdam porrò necabunt, *quosdam* porrò repellent.
50 Sanguis vt inquiratur ab istâ gente profusus
Vsque Prophetarum cunctorum ab origine iacti
Fundamenti orbis. 51 *Perfusi* à sanguine Abelis,
Vsque adeò ad Zachariæ *descendendo* cruorem,
Altare inter & ædem templi cæde perempti.
Vobis certè aio, debet de gente requiri
Istâ 52 Interpretibus (Væ vobis) Legis, vt his qui

Infr.20.46. mat.23.6. marc.12.38
Mat.23.27
Mat.23.4 act.15.10.
Mat.23 29.
Genes.4.8. 2.Par.24.21.

E medió demendo tulistis cognitionis
Clavem: vos ipsi non introijstis, eosdem
Et prohibebatis, qui *vellent* introijsse.
53 Hæc atenimverò quando dixisset ad illos;
Cœperunt Scribæ & Pharisæi insistere demùm
Huic vehementer, & allicere illum ad verba loquenda
De multis. 54 Ipsi insidiantes, quærere adorti
Venantes cupide, *captarent* ecquid vt ore
Abs ipsius, vt accûsarent *criminus* illum.

Caput. XII.

Matt. 16.6
marc. 8.14

INtereà quùm magna fuisset turba coacta
Millibus ex multis, alios alijque premebant,
Sic adeò vt se conculcarent; dicere cœpit
Tum sibi discipulis: In primis este caventes
A Pharisæorum fermentô, vt hypocrisi ab ipsâ.

Supr. 8.17
Mat. 10,26
marc. 4.22

2 Nam nihil occulitur, quod non sit idemque futurum
Omne revelandum; tectum quod nonque retectum,
Illud quin tandem manifestè fiet apertum.
3 Propterea in tenebris ea quæ dixistis *opacis*,
Hæc audita patebunt *clara* in luce relata:
Et quod secretò fueritis in aure loquuti,
In conclavibus; illud supra tecta domorum

Matt. 10.28.

Est promulgandum. 4 Vobis aio sed amicis;
Corpus qui perimunt, minimè timeatis ab illis;
Postmodò non & habent tunc amplius ecquid agendum.
5 Verum vobis demonstrabo, timebitis ecquem:
Hunc timeatis, qui postquàm quemcunque necârit,
Præditus *ipse* potestate est, in porrò Gehennam
Inijciendi: etiam vobis hunc dico timere.
6 Annon venduntur passer'cli quinque duobus
Assarijs? & non tamen est vnius eorum,
Divino *facta vlla* oblivio numine coram.

7 Quin-

10 Contra Filium itemque hominis quiscunque loquutus — *Mat.12.31*
Verbum fuiat; huic erit id quodcunque remissum. — *mar.3.18.*
Sed qui Spiritum in Almum blasphemaverit, illi — *1.Ioh.5.18*
Istius sceleris non vlla remissio fiet.
11 Ad synagogas sed quùm vos adducere tentent, — *Mat.10.19*
Adque magistratus, ad eos quibus estque potestas; — *mar.13.12*
Solliciti sitis nequaquàm, quomodò, vel quid
(Pro defendendis vobis, responsio quod sit)
Dicturi sitis. 12 Nam Spiritus ille docebit
Vos Sanctus, momentô in eô quid dicere oportet.
13 E turbâ verò quidam dicebat ad illum;
Dicito (Præceptor) mihi fratri, vt dividat vnà
Mecum ius hæredij 14 At ipse aiebat ad illum;
Heus homo *tu*, quis *constituit* pro iudice memet,
Aut partitorem vobis præfecerit *esse?*
15 Dixit eis verò; videatis, itemque caventes
Este ab avaritiâ; cuiusquam quùm neque vita
Rebus in his constet, quæ possidet vllus abundè.
16 At simile exemplum verbis proponit ad illos — *Eccles.11.19*
Istis, hæc dicens; Hominis prædivitis ipsa
Cuiusdam fructus regio produxit opimos.
17 Et ratiocinio volvebat semet ad ipsum,
Dicens; quid faciam? Nec enim fructus vbi *condam — * *Cogam*
Ipse meos habeo. 18 *Nihilominus* insuper inquit;
Hoc faciam; mihi quæ sunt horrea funditùs illa
Evertam, simul & maiora exædificabo,
Proventus omnesque meos illic ego cogam,
Et bona *quæ* mea *sunt*. 19 Animę ipse meę quoq; dicam;
Plurima *tu* bona habes (anima) *euge* reposita *fruenda*
In multos annos; requiescito, vescere, pota,
Oblectamentis fruitor. 20 Deus inquit at illi;
Stulte, tuam nocte istâ animam à te *auferre* reposcunt;
Verùm, cuius erunt bona quæ *congesta* parasti?
21 Sic, qui thesaurum sibi congerit, at neque dives
Est apud ille Deum. 22 Tunc discipulis ait eius — *Mat.6.25*
Propterea dico vobis; Ne solliciti este, — *1 pet.5.7.*
De ipsâ animâ vestrâ; quam manducabitis escam; — *Psal.54.26*

Nec de corpore; quô vestitû sitis operti.
23 Plus anima est alimentô, *pluris* vesteque corpus.
24 Ipsos corvos perpendatis, cuippe quod illi
Neuve serendo, metendo nec illi *gramina captant*;
Vt quibus est non cella, nec horreum; alit Deus atqui
Illos: vos pluris quantò hisce volucribus estis?
25 Quis vestrûm curam persollicitanter agendo,
Appofuisse suæ cubitum quin immò staturæ
Anne potest vnum? 26 Si non præstare potestis
Ergò rem minimam: de alijs quid solliciti estis?
27 Mente animadvertatis, quomodo lilia crescunt;
Neuve fatigantur, neque nent; vobis tamen aio;
Non equidem Solomonem, quàvis gloriâ amictum
Affulsisse suâ, velut vnum *fulget* eorum. (atque
28 Quod si herbam, (quæ hodiè est in agro, cras mittitur
In clibanum,) Deus ita circumvestiat illam:
Quantò vos (modicæ fidei) longè magis *illis*,
29 Non idcirco quærite vos, quid sitis esuri,
Aut bibituri quid, suspensa mente nec este.
30 Omnia quandoquidem Gentes mundi ista requirunt.
Vester at ille Pater cognoscit, ijs quòd egetis.
31 Quinverò immò Dei potiùs perquirite regnum;
Et simul isthæc omnia vobis adijcientur.
32 Grex nolito pusille timere, Patri quia vestro
Existit benè complacitum, vobis dare regnum.
Mat. 6, 20. 33 Vendite quę vobis bona sunt; Eleemosynamque
Dispertite. Crumenas vobis este parantes
Tales, omninò quæ non veterascere *possunt*.
In cœlis thesaurum qui non deficit vnquam,
Accessum quò fur minimè potis est vt haberet,
Et tinea *erodendo potis* corrumpere non est.
34 Est vbi nam vester thesaurus, cor erit illic
1. Pet. 1. 13 *Insimul* & vestrum. 35 Præcincti *denique* lumbi
Existant vestri; *sint* accensęque lucernæ.
36 Atque viris similes vos expectantibus *esse*,
Quando suus Dominus de festô connubiali
Sit rediturus; vt *ei* quùm venerit, *ostiolum*que

Quùm

Quàm pulsaverit is; reserabunt protinùs ipsi.
37 Fœlices illi servi, quùm venerit, ecquos
Est inventurus Dominus vigilando *paratos*
Amen dico vobis; se præcinget is ipsum,
Illos & faciet discumbere, progrediendo
Estque ministraturus eis. 38 Si venerit atque
Ipse secundâ horâ excubiarum, venerit & si
Tertiâ in horâ, si sit comperturus eosdem
Sic *facientes*; servi hi sunt sub sorte beatâ.
39 Hoc autem noscatis; quòd si nosceret horam,
Qui pater est famulatûs fur tum quandò veniret,
Invigilaret; nec sineret domus eius vt esset
Perfodienda. 40 Idcirco vos estote parati:
Ipsâ quandoquidem minimè vos quandò putatis,
Filius est hominis tunc adventurus in horâ.
41 Petrus at huic inquit; Domine ad nos istáne dicis,
Verba figuratis sermonibus; anne & ad omnes?
42 Atqui dicebat Dominus: Quis fidus is ille est,
Et dispensator prudens, quem præficiendum
Constituit Dominus familatui, vt ipsemet eius
In tempestivô dimensum tempore reddat?
43 Fœlix hic servus Dominus quùm venerit ecquem
Sic facientem comperiet. 44 Verè inquio vobis;
Ipsius *ille* bonis *quæ possidet* omnibus illum
Præficiet. 45 Si verò servus dixerit hic in
Corde suô, Dominus meus ille venire moratur,
Et servis atque ancillis infligere cœperit
Verbera, edatque bibatque, & cœperit ebrius esse:
46 Istius servi Dominus venturus in illô
Ipse die est, in quô non expectatur ab illô,
Horâ & eâ, quam non novit, secernet eumque,
Partem cumque infidis assignabit eidem.
47 Hic verò servus cui ipsius nota voluntas
Est Domini, semet minimè tamen ante paravit,
Atque voluntatem factis non præstitit eius,
Cedendus multis est *plagis*: 48 Attamen ille
Qui non novit; quæ sunt plagis digna sed egit;

Mat. 24. 43
apoc. 16. 15.

Paucis est *plagis* cædendus. Cuilibet autem
Exhibitum multum cui sit, repetetur ab ipsô
Multum; depositum multum fueritque apud ecquem;
Tantò plura ab eodem *restituenda* reposcent.
49 Ignem deveni terræ missurus in *orbem*,
Porrò, quid volo, Iam si accensus sit? 50 Sed oportet
Me baptizari baptismo; quomodò & arctè
Constringor, quoadusque *hoc plenè* perficiatur?
51 Anne putatis me pacem venisse daturum
In terrâ? Dico vobis, non: dissidium immò.
52 Ex-hinc, quandoquidem divisi, quinque futuri
Tempore ab isto sunt, in eâdem *scilicet* æde;
Tres contra binos, adversus tres quoque bini.
53 Dissensurus erit contrà natum Pater *eius*,
Filius adversus patrem divisus eritque:
Adversus natam mater, contra quoque matrem
Filia: socrus in oppositum nurui sibi *fiet*,
Ipsius contra socrum nurus atque futura.
54 Insuper ad turbas dicebat, quum exorientem
Nubem conspicietis ab occasû *esse*; venire
Imbrem protinùs affirmatis; fit simul & sic.
55 Quùm sed & austrum flantem; erit æstus, dicitis; & fit.
56 Numquid (Hypocritæ) eam terrę, faciem quoq; cœli
Cognostisne probare? Quòd hoc non immò probatis
Tempus, quomodò fit? 57 Cur autem vos per & ipsos
Judiciô vestrô minimè discernitis æquum?
58 Ante magistratum sed quùm venturus es vnà
Cum illô: qui tuus adversarius est; viâ in ipsâ
Compręstato operam, fias vt liber ab illô.
Pertrahat vt minimè te coràm iudice; tradat
Et te iudex exactori, denique mittat
Exactor te conijciendum in carceris *arctum*.
59 Illinc (affirmo tibi) non exibis; adusque
Extremum donec reddas etiamque minutum.

Mat. 16.2.

Mat. 5.25.

CAP.

Caput. XIII.

ADfuerant in eôdem verò tempore quidam,
Ipsi qui declaraverunt de Galilæis
His, quorum, Pilatus, eos (miscendo cruorem
Cum libaminibus) sacra dum fecêre, necarat.
2 Respondensque illis Iesus ait, Anne putatis
Quòd Galilæi, præ Galilæis omnibus, isti
Peccantes fuerint; fuerant quia talia passi?
3 Non, (dico vobis:) sed vitæ vos nisi vestræ
Pœniteat: simili ratione peribitis omnes.
4 Aut illi octodecim, supra quos illa cadebat
In Silöam turris, perimebat eosque putatis,
Quòd magis omnibus isti homines meruêre *necari*,
Vrbem que Solymam *tunc temporis* incoluerunt?
5 Non, (dico vobis:) sed vitæ vos nisi vestræ
Pœniteat; simili ratione peribitis omnes.
6 Porrò, figuratum sermonem hunc dixit; Habebat
Quidam ficum, quam plantavit vineâ in eius;
Adveniens etiam, fructum quæsivit in illâ,
Et non invenit. 7 Cultori vineæ at inquit;
En, tres anni sunt, ex quô ficulnea in istâ,
Adveniens fructum quero; non invenioque,
Excindas illam: Quid humum quoque reddit inertem?
8 Isthic respondens verò, (Domine) inquit ad ipsum;
Hôc illamque annô dimittito, donec adusque
Fodero circa illam, simulatque immisero fimum.
9 Deinde quidem tulerit si fructum: sin minus; inde
Excindas illam. 10 Tunc Sabbati in hisce diebus
In quâdam docuit Synagogâ. 11 Fœmina (& ecce)
Morbô infirmô spiritû ab infligente laborans
Annis octodecim quæ discruciata fuisset;
Iamque incurva fuit, poterat non seque supinam
Erigere. 12 Hanc autem quandò vidisset Iësus;
Ad se compellavit eam, dicebat eique;
Es (mulierc'la) tuô de morbô facta soluta.

13 Imposuitque manus ipsi, surrectaque mox est,
Glorificabat itemque Deum. 14 Verùm Synagogæ
Præses respondens,(indignabundus ob istud,
Quippe die quòd sanavisset Sabbati Iesus)
Dicebat turbæq;, dies sex sunt, operandum
In quibus est: Idcircò conveniatis in illis,
Vt sanemini; at immò die non Sabbati oportet.
15 Propterea Dominus respondens tunc ad eundem,
Dixit; (Hypocrita) sabbatò an vnusquisque-ne vestrûm,
Ipsius non solvit *sive* bovem, vel asellum
A præsepi, deinde *solutum* ducit aquatum?
16 Hanc atenim-verò quæ existit filia Abrahæ,
Octodecemque annos Sathanas quam vinxerat,(ecce)
Sabbati in occurrente die nec oportuit istô
A vinclo solvi? 17 Simul-ac quùm diceret illhæc;
Omnes affecti,qui se opposuêre,pudore
Adversarij erant: gavisa sed insimul omnis
Turba fuit super omnibus his(cum gloriæ honore
Magnifico) factis, quæ patrabantur ab ipsô.
18 Dixit porrò,Dei regnum simile est cui? & illud
Assimulabo rei cuinam? 19 Simile esto sinâpis
Grano, quod tum quandò acceptum sumpserit ecquis,
Hortum misit in ipsiûs, succrevit *idem*que,
Arboris in molem magnamque evasit,& eius
In ramis nidos cœli fecêre volucres.
20 Regnum deinde Dei cui porrò rei assimilabo?
21 Fermento simile est,quod fœmina cœpit,& illud
Indidit in sata trina farinæ; donec adusque
Fermentaretur totum. 22 Tum quasque per vrbes
Et castella docens,ibat;~ Solymam quoque versus
Fecit iter. 23 Quidam verò dicebat ad ipsum
Sunt (Domine) an pauci servandi? Queis at is inquit,
24 Portam intrare per angustam contendite,dico
Vobis,multi etenim quærent satagendo quòd intrent,
Et minimè poterunt. 25 Ex quô surrexerit ille
Qui pater est famulatûs,clauserit ostiolumque,
Cœperitisque astare foris, pulsaveritisque

Mat.13.31.
Mar.4.31.

Mat.13.33.

Mat.9.35.
Mar.6.6.

Mat.7.13.

Ostiolum,

Ostiolum, Domine (aientes) Domine, ostium apertum
Fac sit nobis: qui respondens denique, vobis
Dicet; Nescio vos vnde estis. 26 Qui incipietis
Dicere tunc, comminducavimus ebibimusque
Coram te; in nostris docuisti etiamque plateis.
27 Qui tunc dicturus vobis erit; Inquio vobis;
Nescio vos vnde estis; abite a memet, iniquum
Omnes qui facientes estis. 28 Fletus ibidem
Dentibus est etiam stridorque futurus: Abraham,
Quumq; Isaac, atque Iacobum, omnesque Prophetas
Esse Dei in regnô conspecturi estis, ut extrà
Expelli vosmet. 29 Tum demùm solis ab ortù
Multi & ab occasû venient, Aquilonis & arctô,
Ex austroque, Dei qui in regnô discubituri
Existent. 30 Postremi existunt insimul (ecce)
Qui primarij erunt: sunt primi qui vltimi eruntque.
31 De Phariseis accesserunt & die in illô
Quidam, dicentes; Discedas, hinc & abito:
Herodes quoniam satagit te velle necare.
32 Tunc ait his; abeatis, & isti dicite vulpi:
En *ego* dæmonia eijciam, peragamque hodie, & cras,
Munia sanandi morbos, ternâ ipse dieque
Consummabor. 33 Memet oportet pergere verò
Insuper atque hodie, cras atque, perindie & indies
Istud nequaquàm contingit namque Prophetam
Extra vrbem Solymam *violenta morte* perire.
34 Vrbs Solyma, vrbs Solyma, es quæ sanguinolenta es
Cæde Prophetarum, lapidatrix quæque es eorum,
Qui tibi mittuntur; quoties *ego* cogere proles
Ipse tuos volui, sicut gallina sub alis
Eius pulliciem. Vos atqui non voluistis.
35 Vobis vestra domus deserta erit (ecce) relicta
Amen verò vobis dico; videbitis haud me,
Tempus venerit in quô aietis donec adusque;
Nomine qui venit in Domini, benedictus is *esto*.

Mat. 7.13. & 25.31. *Psal.* 6.13.

Mat. 19.30 & 20.16. *marc.* 10.31

Mat. 23.37.

Capvt. XIIII.

Est & factum, Iesus quum venisset in ædem
Cuiusdam Pharisæi, qui primarius esset
Sabbatô; vt vnà cum illo posset mandere panem;
Observaverunt ipsumque: 2 Hydropicus (ecce)
Ante illumque fuit. 3 Respondens inquit Iesus,
Tumque interpretibus legis, simul-ac Pharisæis,
Hec in verba: Licet per Sabbata numne mederi?
4 Illi tum verò tacuerunt: ipse prehensum
Tunc sanatum reddidit,& dimisit eundem.
5 Et respondens dixit ad illos; Cuius asellus
In puteum, vel bos (è vobis) incidat *eius*,
Sabbati & ille die minimé mox extrahet illum?
6 Nec poterant ipsi responsum reddere ad ista.
7 Porrò dixit ad invitatos (quandò notasset,
Eligerent illi consessus quomodò primos)
Hunc tali simili sermonem exemplificatum,
His aiens; 8 Quandò fueris conviva vocatus
Abs aliquô, ad nubentum festa; accumbere primò
Non ambito loco; nè forsan maior honore
Quam tu *sis, etiamq;* sit invitatus ab illo:
9 Ille sed & veniens, qui temet eumque vocavit;
Huic concede locum (tibi dicat;) tunc retinere
Incipias etiamque locum *qui est* vltimus, ora
Suffundente rubore. 10 Sed immò quandò voceris; — *Prou.25.7*
In postremo vade loco; discumbito; vt is qui
Te invitavit, quùm veniat, tibi dicat; amice
Altiùs ascendas; tibi gloria tunc erit inde,
Ipsis coram tecum discumbentibus vnà.
11 Extollet se quisquis enim, reprimetur; & ille — *Infr.18.14. mat.23.12*
Qui semet depresserit, extolletur in altum.
12 Insuper huic dicebat qui invitaverat ipsum; — *Tob.4.7. prou.3.9.*
Quum pransurus eris, vel cœnam quandò parabis,
Non invitabis tibi amicos, nec tibi fratres,
Nec tibi cognatos, vicinos sed nec opimos:

Invi-

Invitent ipsi, ne quando teque vicissim;
Existat simulatque tibi retributio facta.
13 Verùm (quandò epulum facturus es) immò vocato
Mendicos, mutulatos, clandos, lumine captos:
14 Atque beatus eris, quòd ab his tibi gratia nulla
Retribui poterit; quæ demùm retribuenda
Est equidem, tunc *qui sunt* iusti quando resurgent.
15 Tum quidam sed vt isthæc audivisset eorum,
Qui simul accumbebant vnà, dixit ad illum;
Ille Dei in regno *censebitur esse* beatus,
Panem qui comedit. 16 Verùm dicebat is illi;
Fecit homo quidam cœnam magnam, atque vocavit
Multos: 17 Et servum sibi cœnæ misit in horà,
Invitatis dicat vt *hisce*, venite; parata
Omnia iam quia sunt. 18 Cœperunt & simul omnes
Excusare *ore* vno *sese*. Primus, agellum
Emi (dixit ei,) mihi & est exire necesse
Inspectare ipsum, rogo tete memet habere
Excusatum. 19 Tunc ait alter; Sum iuga & ipse
Quinque boûm mercatus; eo sed & illa probatûm;
Excusatum (te rogo) memet habe. 20 Atque ait alter;
Vxorem duxi, non possum ideoque venire.
21 Propterea servus quandò fuit iste reversus;
Ista suo Domino narravit. Percitus irà
Tunc pater is famulatûs, servum dixit ad eius;
In plateas exito citus, vicos & in vrbis;
Atque inopes, mancosque, & claudos, denique cæcos,
Huc introducas. 22 Cui factumque est (Domine) inquit
Servus, vt imperitasti: & adhuc locus insuper extat.
23 Tunc Dominus servo, Inque vias sæpesq; (ait) exi;
Et cogas intrare, domus quò sit mea plena.
24 Vobis dico; prorsus eorum namque virorum
Invitati *scilicet ipsi* qui *ante* fuerunt,
Hancce meam cœnam gustaturum fore nullum.
25 Cum sed eò proficiscebatur plurima turba;
Et conversus, dixit eis: 26 Si quis venit ad me,
Qui patrem matremque suam non oderit, atque

Mat. 22. 2. apoc. 19. 9.

Supr. 9. 23 mat. 10. 37 & 16. 24.

Vxorem,

Vxorem, prolesque, & fratres, atque sorores,
Imò & adhuc animam propriam; nequit is meus esse
Discipulus. Mat. 10.38. & 16.24. Mar. 8.34. 27 Quiscunque crucem non denique portat
Ipsius, venit & post me; meus is nequit esse
Discipulus. 28 Quis namque ex vobis ædificare
Turrim qui vellet, priùs & non *ipse* sedendo
Computet, *expensas* habeat sumptusvé *paratos*,
Constructurus, opus quibus est ad perficiendum.
29 Ne fundamentum post iactum, non potis esset
Atque absolvere; spectantes illudere cœptent
Huic omnes; 30 Dicentes, hic homo, vt ædificaret,
Occœpit, verùm non consummare valebat.
31 Aut quis rex proficiscens, vt confligere bellô
Posset contra alium regem, non ante sederet
Consultans, cum millibus, ipsemet anne decenis,
Millibus huic viginti instructo occurrere possit,
Ipsum contra procedenti. 32 Quin alioqui
Dum procul alter erit, legatos mittet, & illa
Postulet, ad pacem quæ spectant *conciliandam*.
33 Sic vestrûm quiscunque vale non dixerit, ergò,
Omnibus ille quæ habet, is mihi discipulus nequit esse.
34 Sal bonus est, si sit veruntamen infatuatus,
Quâ tum re conditus erit sal? 35 Vtilis extat
Mat. 5.13. Mar. 9.50. Omninò minimè, qui in terram proijciatur;
Nec *fœcundandis* in stercora iactus *agellis*.
Immo foras *vt* qui *sit inutilis* eijciendus.
Aures quisquis habet, quibus audiat, audiat idem.

Cap. XV.

OMnes tunc ad eum sed convenêre telones,
Et peccatores (huic auscultare) propinqui.
2 Et Pharisæi & Scribæ (aientes) murmura miscent,
Hic peccatores recipit, manducat & vnà

Ipsis

Ipsis coniunctus. 3 Verùm dicebat ad illos,
In sermone figuratô verba ista loquutus:
4 Ex vobis quis oves qui centum possidet, vnam
Ex illis si perdideritque; relinquet is annon
Has in deserto nonagintaque novenas;
Et post illam quæ perijt proficiscitur, ipsam
Donec comperiat. 5 Simul vtque invenerit illam,
Letitiâ gaudens humeros imponit in eius.
6 Adveniens rursusque domum, compellat amicos,
Atque illos sibi qui vicini sunt, quibus inquit;
Congaudete mihi, quòd ovem quæ perdita namque
Ipsa fuit, reperi. 7 Dico vobis, super vnô
Sic in cœlô peccatore perindè futuram
Lætitiam multô maiorem, quàm super illis,
Iustitiæ fretis nonagintaque novenis,
Qui sibi (quod resipiscant) non opus esse *putabunt*.
8 Si vel habens drachmas mulier quæcunque decenas,
Vnam perdiderit drachmam; non illa lucernam
Accendit, verritque domum, sed & vndique quærit
Accurate, dônec adusque invenerit *illam*:
9 Quàm simul atque invenit: convocat eius amicas,
Vicinasque, aiens; mihi congaudete, quòd illam
Inveni drachmam quam perdideram. 10 Modô eodem,
Dico vobis, lætitia est *etiam* & futura,
Turmas divinas apud angelicas super vno
Peccatore, suæ quàm noxæ pœnitet ipsum.
11 Dixit porrò, duos habuit natos homo quidam,
12 Quorum qui iunior; patri, dones (pater) inquit,
De substantiâ eâ, continget quæ mihi, partem:
Ille facultates igitur divisit eisdem.
13 Et post inde dies non multos, filius ille
Collectis iunior tunc omnibus, in regionem
Longinquam peregrè proficiscitur, Insimul illic
Quæ bona ei fuerant vivendo luxuriosè
Profudit. 14 Verùm consumpserat omnia postquàm;
Orta fames valida est regionem tum super illam,
Deficere ipse suô de victû cœpit. 15 Abivit

Mat. 18. 12

Ergò,

Ergò, & adhæsit de regionis civibus eius
Vni, quique suos in agellos pascere porcos
Misit eum. 16 Ventremque suum replere cupivit
De siliquis ipsis, porcelli quas *vel* edebant,
Huic & nemo dabat. 17 Quùm verò ad se redijsset;
Quot conducticij (dixit) mihi patris abundant
Panibus? Ipse fame verùm pereo. 18 Ad mihi patrem
Exsurgens proficiscar: eidem denique dicam;
Peccavi (Pater) in cœlum, coram quoque tete:
19 Et minimè sum dignus, vt ampliùs *ipse* vocarer
Filius *esse* tuus: me fac, *vt sim* velut vnus
Ex tibi ijs conductitijs. 20 Rursumque resurgens
Ipsius ad patrem contendit. Adhuc vt adesset
A longè verò; vidit pater eius eundem
Affectû miserantis & ipsi viscera mota
Ebulliverunt; occurrens incidit eius
Pronus & in collum. 21 Cui verò filius inquit,
Peccavi (pater) in cœlum, coramque teipsum,
Et minimè sum dignus vt ampliùs inde vocarer
Filius ipse tuus. 22 Dixit verò Pater eius
Ad servos; afferte stolam primariam, eumque
Induite, annulum & in manum eidem detis, in eius
Atque pedes soleas. 23 Vitulumque adducite præstò,
Et mactate saginatum; vescamur eoque
Exhilarati. 24 Quandoquidem mihi filius iste
Mortuus extiterat, simul atque à morte revixit;
Disperijt, compertus & est. Cœpêre simulque
Oblectari. 25 Verùm filius *alter* in agro
Eius erat senior; rediens qui quandò veniret,
Atque propinquaret domui, tunc auribus hausit
Concentum atque choros. 26 Vnum simulatq; vocatum
Ex pueris est percontatus, Quid sibi vult hoc?
27 Hic verò dicebat ei, frater tibi venit,
Porrò saginatum vitulumque pater tuus illum
Mactavit, quòd eum vegetante salute recepit.
28 Indignanter at ille tulit, nolebat & intrò
Ire. Pater quocircà egressus is eius, ad illum,

Est hortatus eum. 29 Respondens attamen ille
Patri, ait; Ecce tibi, tot servio *sedulus* annos;
Quod mandavisti non sum transgressus & vnquam;
Attamen haud vnquam mihi dilargitus es hœdum,
Oblectando meis vt cum lætarer amicis.
30 Advenit verò postquam tibi filius iste,
Qui tua consumpsit bona cum meretricibus; illum
Tute saginatum vitulum mactaveris ipsi.
31 Ille sed huic inquit: Fili, tu semper es vnà
Mecum: dein tua sunt mea quæ sunt omnia. 32 Verùm
Oblectari, & oportet te gaudere, quòd iste
Mortuus extiterat frater tuus, atque revixit:
Qui fuerat quoque perditus, est simul ille repertus.

Capvt. XVI.

Dixit discipulis etiamque suis; Homo quidam
Dives erat, dispensatorem villæ hic habebat:
Qui delatus & est apud illum, quòd bona is eius
Devastaverat. 2 Hunc ideoque vocavit, eique
Dixit; Quid *sibi vult*, quod *scilicet* audio de te?
Dispensatoris rationem muneris ergò
Redde tui: Nam dispensator non potes esse
Amplius. 3 Inquit dispensator se sed ad ipsum;
Quid faciam? Siquidem Dominus meus auferat à me
Hoc dispensandi munus: Namque effodiendo
Nequaquàm valeo; mendicum me pudet esse.
4 Novi facturus quid sim, quò muniô ab istô
Dispensatoris fuero tùm quandò remotus,
Excepturi memet sint ædes in eorum.
5 Vnumquemque suo Domino qui debitor esset,
Convocat idcirco secretim semet ad ipsum;
Et primo dixit; quantum Domino mihi debes?
6 Ille batos olei centenos *debeo* at inquit

Iste,tuas tabulas tunc accipe,dixit eidem;
Atque sedeto citus,quinquaginta quoque scribe.
7 Deinde alij dixit,tu quantum denique debes?
Tritici at ille coros centenos *debeo* dixit
Ipse,tuas tabulas tunc accipe,dixit ad illum,
Atque octoginta scribas. 8 Dominus sed & iste,
Quòd prudenter fecerat,hunc laudauit iniquum
Dispensatorem. Sæc'li huius filij abundant,
In genere ipsorum,plus mentis acumine namque
Prudenti,præ illis qui proles lucis habentur.
9 *Hæc* & ego vobis dico; faciatis amicos
Vobis,Mammónâ ex iniustô,deficientes
Vt quandò sitis,vos illi æterna receptent
In mansura tabernac'la illa per æua futura.
10 In paucô quiscunque fidelis; & ille fidelis
Est in multô: & qui in paucô iniustus; is estque
In multo iniustus. 11 Si non idcircò fuistis
Fidi in Mammónâ iniustô; Quis credet *idipsum*
Vobis quod fuerit verum? 12 Si nonque fideles
Vos gestastis in hôc,alienum quod fuit; id quod
Est vestrum,vobis dabit ecquis? 13 Nemo duobus
Mat.6.24. Servus deseruire potest dominis; Quòd habebit
Aut odiô vnum,& diliget altrum: vel quòd adhærens
Vni erit,alterius contemtor eritque futurus.
Non seruire Deo,Mammonæ etiamque potestis.
14 Auribus excepêre hęc omnia sed Pharisæi,
Atque vt auaritię intendentes,excipiebant
Ipsum sannis. 15 Dixit & his; Vos estis ijdem
In conspectû hominûm,qui vosmet iustificatis:
Verùm vestra Deus cognouit corda; quòd illud
Ante homines quod sit sublimi in honore leuatum,
Ante Dei aspectum pro detestabili habetur.
Mat.11.12 16 Vsq; ad Iohannem Lex atque *fuêre* Prophétæ:
Diuinum vulgatur ab illo tempore regnum,
Vim faciens etiam quivis irrumpit in illud.
17 Sed magis est facile,vt cælum tellusque *ruentes*
Prætereant,quàm legis apex vt decidat vnus.

18 Vxo-

18 Vxorem quicunque suam dimittit, & altram
Ducit; mœchatur, quisquis qui ducit eamque,
Quæ fuit à demissa virô, mœchatur & ille.
19 Porrò fuit quidam diues, qui purpurâ amictus
Atque fuit byssô; qui epulatus splendidè opima
Quottidie indulsit genio. 20 Mendicus eratque
Quidam, nomine Lazarus: Isthic ianuam ad eius
Ante fores iacuit, tabenti qui vlcere plenus.
21 Expetijt micis sed et ipsis vt satur esset,
Diuitis à mensâ quę dilabendo cadebant.
Immò sed atque canes venerunt, vlcera & eius
Lingebant. 22 Factum verò est, moreretur vt iste
Mendicus; simul asportarunt angeli eundem
In sinum Abrahami. Verùm quoque mortuus ille
Est etiam diues, fuit insimul ille sepultus.
23 Tunc & in infernô, (sublatis eius ocellis)
In tormentis existens, procul inde videbat
Abrahamum, Lazarum in illius *esse* sinuque:
24 Tunc (Pater Abraham) clamans ait ipse; Misertus
Esto mei, simul & mittatur Lazarus à te,
Ille in aquam digitum qui extremum intingere posset,
Vtque meam linguam refrigeret: hâc quia flammâ
Excrucior. 25 *Cui* verò tum dicebat Abraham;
Esto recordatus, (Fili) bona quòd tua, vitâ
Continuante tuâ, accepisti; Lazarus atque
Quæ fuerant adversa, pari ratione, *ferebat*:
Hic sed nunc solamen habet, sed tu cruciaris.
26 Et super omnibus his, ingens firmatur hiatus
Inter nos & vos, adeò transire quòd illi
Exhinc qui vellent ad vosmet, ij neque possunt;
Et non est illinc isthuc transire facultas.
27 Dixit at *ille* (Pater) Rogo te, quapropter, vt ipsum
Ædes patris adusque mei mittas. 28 Mihi namque
Quini sunt fratres, hæc testificetur vt ipsis,
Hunc in ij que locum ne quandò perinde venirent
Huius tormenti. 29 Cui (Mosen atque Prophetas)
Abrahamus (habent) ait: hos audire licebit.

Mat.5.32
& 19.9.
1.Cor.7.11

30 Ille

30 Ille sed inquit; Non(Abraham Pater;)ecquis ab ipsis
Defunctis si at adires eos; resipiscere vellent.
31 Ast ait huic *Abraham*; Si Mosen atque Prophetas
Non audire volunt, tum demùm credere nolent
Omninò cuiquam, licèt hic à morte resurget.

Capvt XVII.

Mat.18.7. *mar.9.42.*

AD sibi discipulos verò, fieri nequit, inquit,
Vt non scandala proveniant; veruntamen, huic væ,
Per quem proveniunt. 2 Magis expediens foret illi,
Esset si mola circumpos'ta asinaria ad eius
Collum, proijceretur & in mare, quàm vel vt uni
Ex parvis istis offensam præbeat *vllam*.

Mat.18.22 3 Attenti sitis vobis. Peccaverit in te
Ipse tuus si frater, eum reprehende : remitte
Mat.18.21 Huic etiam, modò si resipit. 4 Peccaverit & si
Hic vice septenâ, vice septenaque reversus
Ad te quâque die, dicat; Me pœnitet acti;
Crimen ei dimittito. 5 Apostoli item(Domine)aiunt,
Mat.16.20. Adde fidem nobis: 6 Dominus veruntamen inquit;
Si vobis esset fidei tantum; modò granum
Quantumcunque sinapis *erit*; Sycáminum ad istum
Dicere possetis; Radicitùs esto revulsa,
Transplantator & in mare; vobis atque ea morem
Est gestura. 7 E vobis servum sed quis arantem,
Pascentem vel habet; qui ab agro si regrediatur;
Dixerit illi; mox accedas, atque recumbas.
8 An potiùs non dicit ei; Quin-immo, Parato,
Quod cœnare queam, mihi præcinctusque ministra,
Donec pastus ero, biberoque, & postea, tute
Vescitor & bibito. 9 Servo num gratia danda
Est ab eô, quòd fecerit hæc quæ iniuncta fuerunt
Ipsi? Non puto. 10 Sic & vos, quando omnia, vobis

Quæ

Quę sunt præcepta, efficietis; dicite; serui
Infrugi sumus; vtpote, qui *nisi* fecimus illud,
Quod *tantummodò* debuimus fecisse *necesse*.
11 Ad Solymamq; vrbem, factum fuit inter eundum,
Per mediam Samareiam quòd transierit ipse,
Et Galilæam: 12 Et vicum quendam ingressus vt esset;
Infecit quos lepra, viri occurrêre deceni
Ipsi, qui stabant à longè: 13 Et voce leuatâ
Dixerunt; Iesu, nostri miserêre, Magister:
14 Quos quando conspectauisset, dixit ad illos,
Ite, sacerdotum *turmis* ostendite vosmet.
Est & factum, purgati vt sint inter eundum.
15 Vnus at ex ipsis, vt se conspexerat esse
Effectum sanum; regressus voce levatâ
Hic ingente, Deum laudando glorificavit.
16 In faciem pedibusque ipsius procidit, illi
Gratiam habens, Samaritanus simul atque erat iste.
17 Atqui tum verò respondens dixit Iesus;
Illi nonne decem purgati sunt? vbi verò
Illi deinde novem? 18 Non sunt *ex hisce* reperti,
Qui redière, Deo laturi gloriæ honorem
Qui fuerint, alienigena hic nisi *solus*. 19 Et inquit
Ipsi; Surge, & abito; fides saluum tua tete
Fecit. 20 At à Pharisæis hinc est quæstio mota;
Quandò Dei regnum venturum sit? Quibus ipse
Respondens, dixit: Divinum non ita regnum
Adveniet, queat illud vt observarier. 21 Et non,
Ecce, *Vel* isthic, affirmabunt, Ecce vel illîc:
Ecce, Dei siquidem regnum vos intùs habetis.
22 Discipulis dixit; venturum tempus at instat;
Quùm desiderio flagranti percupietis,
Vnum Nati hominis vos posse videre dierum;
Nec visuri estis. 23 Tum vobis denique dicent;
En hic; En, vel ibi: minimè veruntamen ite:
Nec sectemini *eos*. 24 Vt fulgor namque coruscans
Ex quæ sub cœlo regione est emicat vnâ,
Est quæ sub cœlo, regionem splendet in alteram;

Lev. 14. 2.

In die item pariterque suô, sic Filius ille
Qui est hominis, venturus erit. 25 Primùm sed oportet
Illum multa pati, reprobari gente & ab istâ.
Genes.7.5. 26 Sicut erat factum Noëque diebus in illis,
marc.24.38. Filij itemque hominis sic fiet porrò diebus:
1.pet.3.20 27 Manducarunt, potaverunt, coniugiô vsi
Vxores ducebant, hæ nuptumque dabantur,
Vsque diem vel ad ipsum, in quô est ingressus in arcam
Noe: venit diluviumque, & perdidit omnes:
28 Sic itidem factum Lothi fuit inque diebus;
Manducaverunt, potati sunt, coemebant,
Divendebant, plantaverunt, ædificarunt:
29 Quô die at è Sodomorum Lotus abiverit *vrbe*,
E cœlo pluit igne & sulphure, perdidit atque
Genes.19.24. Omnes. 30 Iuxta erit ista dies quandò retegendus
Filius est hominis. 31 Die in illô, in tectô erit ecquis,
Inque domo vasa eius, non descendat ad illa
Tollenda: atque itidem qui in agrô, ad rellicta retrorsùm
Genes.19.26 Non redeat. 32 Memorantes Lothi coniugis este.
33 Hic, animam servare suam quicunque studebit,
Supr.9.24. Perdet eandem: perdiderit quicunque & eandem;
Matt.10.39. Vivificabit eam. 34 Aio vobis, nocte sub illâ,
marc.8.3. In lectô esse duos vnô recubando futuros:
ioh.12.15.
matth.24.41 Vnus erit desumptus, erit rellictus & alter:
35 Binæ fœminæ erunt vnà pariterque molentes;
Vna assumetur, sed & alt'ra futura relicta.
36 Bini in agrô existent; vnus sumetur, & alter
Rellinquetur. 37 Respondentes insuper illi,
Matt.24.28 Huic dicunt; Domine *hæc* vbi *fient?* Dixit at ipse
His; vbi corpus *adest*, aquilæ cogentur & illùc.

Capvt XVIII.

Porrò figuratô dixit sermone loquelam
Illhùc spectantem; quòd oportet esse precantes
Semper

Semper eos, nulloque modô segnescere; 2 Dicens;
In quâdam iudex quidam fuit vrbe, timebat
Is qui neuve Deum, veritus fuit is neque quenquam:
3 At verò quædam vidua extitit vrbe in eâdem,
Quæ veniebat ad illum dicens; Sis mihi vindex
De adversante mihi. 4 Per tempus noluit autem
Hic multum. Post isthæc verò, sese apud ipsum
Dicebat; Licet ipse Deum *reverente* timore
Nequaquàm recolo, vereor non denique quenquam:
5 Attamen, est mihi, quòd vidua hæc adeò vsq; molesta;
Huic ero vindictam tribuens clamoribus, vt non
Memet ad extremum veniens obtunderet ista.
6 Sed Dominus dicit; Iudex quid is aiat iniquus,
Audite: 7 Anne Deus de electis non magis eius
Vindictam faciet, clamant qui *semper* ad illum
Vsque diû ac noctû, quantumvis differat iram
Hic super ipsis? 8 Dico vobis; quòd citò reddet
Ipsis vindictam. Quum Filius attamen ille
Est hominis venturus, comperturus an hic est
In tellure fidem? 9 Dixit sed & *ille* quibusdam,
Qui sibi confisi, se iustos esse putabant,
Contemptos homines nihili reliquos & habebant;
Vnde figuratô sermone est hisce loquutus.
10 Bini homines in Templum conscendêre precatûm;
Hic vnus Pharisæus, itemque Telonicus alter
Collector *fuerat*. 11 Pharisæus stando precatus
Secretim fuit ista: Deus, Grates tibi reddo,
Existunt homines sicut reliqui, quia non sum:
Raptores, iniusti, mœchi, publica siue
Hic velut est etiam qui vectigalia radit.
12 Sabbato in *hebdomadis* bis qui ieiunia servo:
Qui solvo decimas cunctis de rebus eisdem,
Ecquas possideo. 13 Tunc porrò Telonicus ille
Stans procul, ad cœlum vel ocellos vsque levare
Nolebat; sibi verò pectus percutiebat:
Effatus; Deus in clemente favore misertus

Eccl.18.22.
rom.12.12.
1.thess.5.17

Sis mihi polluto peccatis. 14 Aïo vobis,
Iste domum descendit in eius iustificatus
Quàm *prior* is potiùs. Siquidem qui extollit is omnis
Se, depressus erit; qui deprimit atque seipsum,
Extollendus erit. 15 Tunc adduxêre puellos
Infantes ad eum, quò demùm tangeret ipsos.
Eius discipuli quod verò quando viderent,
Hos obiurgarunt. 16 Quùm porrò vocasset Iesus
Ipsos ad sese; dixit: Sinitote venire
Hos ad me pueros, & non prohibebitis illos.
Regnum quippe Dei est ex talibus. 17 Aïo vobis,
Amen: Qui non cunque Dei regnum, (velut esset
Infans) accipiet; non ingredietur in illud.
18 Percontatus cumque erat ex primoribus vnus,
Dicens; Præceptor bone, quid faciendo perennem
Vitam possideam. 19 Iesus dicebat at ipsi;
Quâ ratione bonum compellas me? bonus unus
Tantum nemo nisi ipse Deus. 20 Mandatáne nosti?
Non mœchator; non occidito, furta nec esto
Committens, falsum non dicito testificatum:
Sint in honore tibi pater *&* tuus, & tua mater.
21 Ista (sed hic ait) observavi quæque vel ipsâ
A iuvenili ætate meâ. 22 Quando audijt ista;
Huic Iesus dicebat; Adhuc tibi deficit vnum:
Omnia quæ tibi sunt divendito, pauperibusque
Distribue; In cœlô thesaurum rursus habebis;
Atque venito, me sequitor. 23 Sed vt audijt ista,
Est hic factus valdè tristis, quippe quòd esset
Prædives valdè. 24 Sed quùm vidisset Iesus
Ipsum, quòd factus valdè tristis fuit; inquit:
Quàm perdifficile, congesta pecunia queis est,
Intrabunt regnum Divinum. 25 Namque foramen
Est magis *hoc* facile, vt per acus transire camelus
Possit; quàm regnum Divinum dives vt intret.
26 Qui verò audierant *istud*, dixêre; Quis *ergo*
Tunc poterit salvus fieri? 27 Dicebat at ipse;
Isthæc quæ fieri nequeunt homines apud vllos,
Respectû illa Dei fieri *facilè* omnia possunt.

Supr. 14. 11.
Matt. 23. 12.
Matt. 19. 13.
mar. 10. 13.
Matt. 19. 16.
mar. 10. 17.
Exod. 20, 23

28 At

28 At Petrus dixit, Nos quæque reliquimus, ecce,
Te sumus atque sequuti. 29 Verùm dixit is ipsis;
Dico Amen vobis, est ædem nemo relinquens,
Sive parentes, aut fratres, aut connubialem
Consortem, prolésve, Dei regni modò causâ,
30 Quin erit ille recepturus, multò vberiora
Hoc in tempore, sæculô item quandoque futurô
Æternam vitam. 31 Duodenis tunc at Iésus
Assumptis ait his; Vrbem conscendimus (ecce)
Ad Solymam; simul omnia perficientur amussim,
Sunt quæcunque per ipsos exarata Prophetas,
De natô illô hominis. 32 Tradetur Gentibus ipsis
Quandoquidem, sed & illudetur, & afficietur
Opprobrijs, consputus eritque. 33 Et quandò flagellis
Cæsus ab his erit, hunc occident; deinde resurget
Tertiâ itemque die. 34 Veruntamen hi nihil horum
Intellexerunt; occultum denique verbum
Hoc erat illis; nec quæ dicta fuêre sciebant.
35 Est autem factum, Iericho tum quandò propinquus
Cœperit esse; viam prope mendicando sedebat
Lumine privatus quidam: 36 Quùm prætereuntem
Audierat turbam; percontabatur id ecquid
Esset? 37 At huic dixerunt, quod transiret Iésus
Nazarenus. 38 Tunc dicens, clamavit, Iésu,
Fili Davidis, miserêre mei. 39 Præeuntes
Obiurgaverunt & eum, mandando silere:
Clamavit multò magis hic intentiùs immò;
Fili Davidis, miserêre mei. 40 Sed Iésus
Substitit, atque illum præcepit ducier ad se:
Quumque propinquus erat; percontabatur ab ipsô;
41 Quid tibi vis faciam? (dicens) aiebat at ille;
Vt (Domine) accipiam visum. 42 Tunc dixit ad illum
Iesus; Accipias rursùs visum; tua tete
Ipsa fides salvum fecit. 43 Mox atque recepit
Visum, deinde sequutus eum, tunc glorificavit
Ille Deum; totus populus quumque *ista* videret,
Extollendo Deum, laudem tribuebat eidem.

Matt.19.27
marc.10.28

Matt.20.18
marc.10.2

Matt.20.29
marc.10.46

Capvt XIX.

TVm Ierichò ingressus Iesus transibat: 2 Et (ecce)
Quidam, qui fuerat Zachæus nomine dictus,
Princeps hic & eis, qui vectigalia curant,
Præfuit; & qui dives erat; 3 Quærensque studebat
Quis Iesus esset spectare; sed ipse nequibat
Præ turbâ, quòd namque staturâ parvulus esset.
4 Præcurrens igitur, conscenderat in Sycomorum,
Vt spectaret eum; fuerat tum namque futurum
Illàc vt transiret. 5 Verùm venit ad illum
Quando locum; tum suspiciens hunc vidit Iesus;
Et Zacchaiæ illi, properans descendito, dixit;
Hâc die, in æde manere tuâ quia memet oportet.
6 Et descendebat festinans, gaudio eumque
Excepit. 7 Sed quùm vidissent hoc, simul omnes
Murmura miscebant; dicentes; introijsse
Ad peccantem hominem, diversaretur vt *illic*.
8 Adstans, ad Dominum Zacchæius attamen inquit;
Pauperibus mediam partem (Domine, ecce,) bonorum
Quæ mihi sunt dono: quadruplum restituoque,
Si cui quid falsò rapui sub nomine iuris.
9 Dixit ad hunc verò Iesus; Domui obtigit isti,
Ergò salus hodiè; quoniam quoque filius ipse
Est Abrahæ. 10 Venit nimirùm Filius isthûc
Matt. 18. 11 Ille hominis, perquireret, & servaret vt illud
Quod perijt. 11 Tunc istis auscultantibus ipsis,
Adsimilatam dixit (pergens) hancce loquelam,
Ad Solymitanam fuerat prope quippe quòd vrbem,
Quodque Dei regnum mox apparendo putarent,
Vt manifestari deberet. 12 Propterea inquit;
Matt. 25. 14. Conditionis homo quidam quùm nobilis esset,
In longè positam regionem, quò sibi regnum
Acciperet, proficiscitur; atque vt regrederetur,
13 Eius porrò decem servis ad seque vocatis;
Denas hisce minas dedit; & dicebat ad illos;

Con-

Contrectantes esse negocia, venero donec.
14 Insectati odio sunt cives eius at ipsum,
A quibus & legatio missa est post abeuntem,
Qui dixêre; In nos vt regnet, nolumus istum.
15 Et factum est, (acceptô regnô) quando red'isset;
Tum iussit servos illos sese ante vocari,
Nummos ipse quibus dedit, vt cognoscere posset,
Quisque negotia quæ contraxerat. 16 Adfuit autem
Primus, mna fecit (Domine, aiens,) hæc tua lucri
Denas *hasce* minas. 17 *Dominus* dicebat & illi
Serve bone, Euge bene *est*. Fidô quia corde fuisti
In minimô; sis ergò potestatem super vrbes
Denas exercens. 18 Tunc accedebat & alter
Mna (Domine inquit) quinq; tua est lucrata minásque
19 Huic etiamque ait; Vrbibus & tu quinque præesto.
20 Venit, atq; alius, (Domine) hæc tua mna (ecce) repo-
Quam tenui in sudariolô. 21 Te namq; timebam, (sitam
Austerus quòd homo sis; quod non deposuisti,
Aufers; & quod non sevisti, demetis illud.
22 Dicebat *Dominus* sed ei; Te (serve maligne)
Iudico ab ore tuô: Nimirùm quandò sciebas
Me esse austerum hominem, satagentem tollere *velle*,
Quod non deposui, metere id quod nonque serebam:
23 Ergo, meos nummos quare non exposuisti
Ad mensam, veniens & ego cum fœnoris auctû
Hos exegissem. 24 Tunc atque astantibus inquit;
Abs hoc aufertote minam, quam detis & illi,
Qui denas habet ipse minas. 25 Dixêre sed ipsi,
Immò, Minas (Domine) ille decenas possidet. 26 Atqui
Dico (*ait hic*) vobis; Omni tribuetur habenti; *Sapr. 8. 18*
At verò, qui non habet, huic tolletur & illud, *matth. 13. 12*
Quicquid habet. 27 Mihi quin-etiam qui sunt inimici, *& 25. 29.*
Qui regnaturum nolebant me super ipsos, *marc. 4. 25.*
Isthùc adducatis *eos*, iuguletis & illos
Coram me. 28 Simul his dictis; pergendo prævivit
Ascendens Hierosolymam. 29 Factum fuit atque *Matth. 21. 1.*
Ad Bethphage & Bethaniam tum quandò propinquus *marc. 11. 1*

Cœperat esse, ad montem, dictus qui est olearum
Ex sibi discipulis binos mittebat. 30 Abite
(Dicens) in vicum qui est vobis è regione,
In quem quamprimum fueritis vt introeuntes,
Pullum *loro* comperietis *adesse* ligatum,
Supra quem nemo vnquam hominum consederit, illum
Solventes adducite. 31 Vos si interroget & quis;
Quare solvitis? Huic sic dicite; Quippe opus illô
Est Domino. 32 Qui mittebantur porrò profecti,
Invenêre vt dixit eis. 33 Solventibus autem
His pullum, domini dixerunt eius ad illos;
Quare solvitis illum pullum? 34 Tum sed ijdem
Ipsis dixerunt; Quoniam Domino est opus illô.
35 Duxerunt illumque ad Iesum, vestibus inde
Iniectis pulloque suis, Iesum imposuerunt.
36 Progrediente at eô, straverunt pallia subtus
(In via) eorum. 37 Quùm cœpêre sed esse propinqui
Montis Oliveti ad descensum; Discipulorum
Turma omnis cœpit gaudentes, voce levatâ
Ingenti, laudare Deum super omnibus illis,
Quas conspexerunt, virtutibus. 38 Ore sonantes,
Qui venit in Domini Rex nomine *sit* benedictus,
Pax in cœlo, in summis excelsis gloria & *esto*,
39 De Pharisæorum turbâ quidam sed & ipsi
Dixêre; Hos tibi discipulos reprehende Magister.
40 Insuper hic autem respondens dixit eisdem;
Affirmo vobis, Isti si quandò silebunt,
Mox clamaturos lapides. 41 Fuit vtq; propinquus
Aspiciens vrbem, super ipsâ flevit is. 42 Aiens,
Quod si tu nosses, saltemque tuô vel in istô
Iam præsente die, pacem spectantia quæ sunt
Illa tuam; nunc autem sunt occulta ab ocellis
Illa tuis. 43 Adversum te veniet quia tempus,
Hostes ipsi in quô circumijcient tibi vallum,
Et circumcingent, constringent vndique teque:
44 Teque solô æquabunt, prolesque tuas simul intùs;
In te non lapidem supra lapidemque relinquent:

Matt.21.7. ioh.12.14.

Infr.21.6 matth.24.1. marc.13.1.

Prop-

Propterea, tempus quòd non cognoveris illud,
Te Deus in quò visitat. 45 Ingressus quoque Templum,
Vendentes & ementes qui fuerant in eodem,
Eiectare foras cœpit: 46 Dicebat & ipsis,
Est scriptum; Mea *nempe* domus domus esto precandi:
Vos fecistis eam speluncam porrò latronum:
47 Quottidiè in Temploque docebat. Sacrificorum
Sed Primarij, item quoque Scribæ, plebis & ipsi
Primores illum quærebant perdere posse.
48 Et non quid facerent *veruntamen* inveniebant:
Totus quandoquidem populus pendebat ab ipsô,
Suspensus *quis is esset*, quandò audiverat illum.

Matth.21.12
mar.11.15
Esai.56.7.
Ierem.7.11
Matt.21.23
marc.11.17

CAPVT. XX.

ILlorum factum quòdam fuit atque dierum,
In templô populum quandò fuit ipse docendo,
Narrandoque Evangelium; Primarij vt ipsi
Pontifices & Scribæ, cum Senioribus, vnà,
Aggressi irruerint. 2 Dicentes insuper aiunt;
Dic nobis, quâ *fulte* potestate, hæc facis, aut quis
Ille sit, à quonam tibi traditur ista potestas?
3 Respondens ait his at Iesus; Remque ego quandam
Vos percontabor; Mihi respondebitis ergò;
4 Baptismus num cælitùs, aut humanitùs anne
Ille Iohannis erat? 5 Verùm dum corde volutant
Hoc ratiocinijs tacitis, hi semet ad ipsos
Dicebant; Si cœlitùs affirmabimus; aiet;
Ergo fidem quare tum non habuistis eidem?
6 Sin verò affirmabimus *esse* humanitùs; omnis
Plebs lapidabit nos; persuasum quùm sit eidem,
Nempe fuisse prophetam Iöhannem. 7 Sese ideoque
(Responderunt) esse ignaros, vnde fuisset.
Ipse simul Iesus etiam dicebat ad illos;

Matt.21.23.
mar.11.27.

Perpetro

Perpetro quâque potestate isthæc non ego rursus
Dicam vobis. 9 Hanc sed plebe dicere cœpit
In sermone figuratô efformando loquelam;
Vinetum quidam plantavit homo, agricolisque
Ipse locavit id, & peregre simul abfuit illinc,
Per multum tempus. 10 Servum (quùm tempus & esset)
Misit ad agricolas, de fructû vineæ vt ipsi
Reddant: Agricolæ sed eundem verbere cæsum,
Ablegaverunt vacuum. 11 Perrexit at *ille*,
Alterum item servum mittebat; at hunc quoq; cæsum
Ipsi verberibus, sine honoreque dedecoratum
Ablegaverunt vacuum. 12 Tum denique ternum
Mittere perrexit, quem demùm vulnere cæsum
Illi eiecerunt. 13 Dominus vineti ait autem;
Quid facturus ero? mittam mihi Filium amatum;
Quem fuerint quum conspecturi, forsitan illum
Hi reverebuntur. 14 Visô veruntamen illô,
Inter se agricolæ dicentes semet ad ipsos,
Colloquio hoc sunt vsi: Est hæres is, ipse venite
Hunc occidamus; nobis hæredij vt ipsum
Ius cedat. 15 Quem tum simul-atque necarunt,
Extra vinetum deiectum. Vineæ is (ergo)
Istis quid Dominus faciet? 16 Veniet simul atque
Agricolas istos perdet; dabit *hic* alijsque
Vinetum. Quandô audivissent istud at *illi*;
Dixerunt; Absit. 17 Sed vt hic aspexerat ipsos;
Dixit; Quid sibi vult illud quod scribitur, ergo?
Ædificatores lapidem quem reijciebant
Anguli is est factus caput, 18 Omnis qui super illum
Inciderit lapidem conquassus erit: super ecquem
Incidet autem; comminuendo conteret illum.
19 Tumque Sacerdotûm Primores, Scribæ etiamque
Quæsivêre manus in eum momentô in eodem
Inijcere, & plebem timuerunt: Namque sciebant,
Hanc dixisse figuratû sermone loquelam
Ipsum adversus eos. 20 Observantes ideoque,
Insidiatores miserunt, se simulantes

Psal.118.22 esai.28.16 act.4.11. rom.9.33. 1.pet.2.8.

Iustos

Iustos esse, eius sermonem carpere posse,
Imperio atque potestati quò Præsidis *inde*
Tradere eum posset. 21 Percontabantur eumque;
Dicentes; Præceptor, dicere teque docere
Rectè, personas non acceptareque, scimus;
Immò Dei esse viam tete sermone docentem
Veraci verò: 22 Nobis licet an dare censum
Cæsari; an haudquaquam. 23 Sed eorum calliditate
Hic anim'adversâ; Quid me tentatis? ad illos
Dicebat. 24 Proferte mihi denarium. Imago
Atque inscriptio cuius habetur? Cæsaris autem
Respondendo aiunt. 25 Ait his tunc; Cæsaris (ergo)
Reddite Cæsari, & illa Dei quæ *sunt* Deoque.
26 Carpere verba nec eius coram plebe valebant,
Mirati super eius responsoque silebant.
27 Sadducæorum quidam tunc advenientes,
Inficiantes vlla quòd est surrectio rursus,
Percontati sunt ab eo; 28 Dicendo; Magister
Moses scribebat nobis, si mortuus esset
Cuiusquam frater, qui vxorem duxerat; hic si
Mortuus & fuerit sine natis; frater vt eius
Hanc sibi in vxorem capiat, quò suscitet ipse
Ipsius fratri semen. 29 Septem (ergo) fuerunt
Fratres, & primus suscepta vxore, sine vllis
Mortuus est natis. 30 Accepit eamque secundus,
Vxorem qui mortuus hic est & sine natis.
31 Tertius atque accepit eam; Septemque perindè
Hi nec liquerunt proles; mortemque subibant.
32 Post omnes autem moritur muliercula demùm.
33 Ergò, quum fiet rursùm surrectio; cuius
Horum coniux hęc erit? hanc septem quòd habebant
Illi vxorem. 34 Respondens ait his & Iesus;
Vxores ducunt hæ proles isthius ævi,
Et nuptùm dantur. 35 Qui digni sunt at habendi,
Illud vt obtineant ævum, fuerintque potiti
Iure resurgendi, (ex defunctis morte) futurò;
Vxores minimè ducunt, nuptum neque dantur.

Matt.22.16
marc.12.13

Roman.13.7

Matt.22.23.
mar.12.18.

Deuter.25.5

36 Namque

36 Namque mori nequaquàm possunt ampliùs; vt qui
Angelicis *genijs* æquales quippè futuri,
Ipsiusque Dei sunt filij, vti simul illi
Quique resurgendi natorum iure fruentur.
37 Sed quòd defuncti fato de morte resurgent;
Declaravit apudque rubum Moses, Abrahami
Tum quando Dominum vocat *esse* Deum, simul atque
Esse Deum Isaac, simul *esse* Deumque Iacobi.
38 At Deus horum non est, qui sunt morte soluti:
Sed Deus est horum qui vivunt; huic quia vivunt
Omnes. 39 Ex Scribis quidam dixêre sed *illi*
Responsum dantes: Præceptor *ad hæc* benè dix'ti.
40 Et non audebant percontari ampliùs illum
Matt. 22. 44. Quicquã. 41 Dixit at his; De Christô quomodò dicunt,
marc. 12. 35 Filius ille quòd est Davidis? 42 David & ipse
Librô in Psalmorum dicit; Dominus Domino inquit
Psal. 109. 1 Ipse meo; assideas dextræ mihi; 43 Donec adusque
Qui tibi sunt hostes ponam *pro more* scabelli
Esse tuis pedibus? 44 Dominum tunc ergo vocavit
Illum David; & est is quomodo Filius eius?
45 Tunc sed in auditû populi totius, ad eius
Dixit discipulos. 46 A Scribis este caventes,
Ire stolati qui cupiunt, salvere iuberi
Supr. 43. 11 Qui redamantque foris, consessus denique primos
matth. 23. 6 In Synagogis, in cœnisque accumbere primùm.
marc. 12. 38. 47 Deinde domos viduarum deglutire voraces,
In speciem precibus longis simulanter abusi:
Iudicium demùm laturi durius hi sunt.

Capvt. XXI.

Marc. 12. 41. INtuitus verò vidit sua munera quandò
Dites mittebant in Thesaurarij acervum;
2 Vidit at hic etiam viduam, quæ conditione

Pauper

Pauper erat quædam, mittebat vt æra minuta
Bina; 3 Et ait; Verè vidua isthæc (inquio vobis,)
Pauper coniecit longè plus omnibus istis.
4 Hi quòd ab hoc omnes quod eis superesset abundans,
Iniecêre, Deo donaria contribuentes:
Quùm penuriâ at ex eius, coniecerit omnem
Hæc sibi proventum. 5 Dicentibus atque quibusdam
De templi lapidûm structurâ, pulchra quòd esset,
Atque exornarent ipsum donaria; dixit;
6 Cernitis ista? Dies venient, tùm quandò relictus
Nequaquàm superextabit lapidi lapis vllus,
Quin solvendus erit. 7 Percontabantur at illum,
Dicentes; Præceptor, sunt hæc quandò futura?
Et quod erit signum, quandò his exordia fient?
8 Ipse sed inquit; Ne seducti sitis *ab vllo*,
Perspicitote: Meô multi sub nomine namque
(Dicentes,) Venient; Ego quòd sum *Christus*: & instat
Tempus: Nequaquàm post illos ibitis, ergò.
9 Quum verò fueritis bella & seditiones
Audituri; ne pavefacti sitis: oportet
Hæc siquidem primùm fieri; non illicò verò
Finis *erit*. 10 Tunc illis dixit; Surget *in arma*
Gens contra gentem, regnum contra quoque regnum.
11 Motus terræ & erunt ingentes per loca quæque,
Atque fames, pestes & erunt, terroreque plena
Ostenta, & signa è cœlô prægrandia fient.
12 Ante sed isthæc quàm fuerint quæcunque futura,
Inijciendo manus in vos violenter adorti
Affligent, simul & contradent in Synagogas,
Inque ergastula, coram regibus *esse* trahendos
Coram Præsidibusque, mei *sed* nominis ergò.
13 Hæc autem cedent vobis in testificatum.
14 Cordibus in vestris fixum quapropter habete,
Præmeditanda quòd est minimè defensio vobis.
15 Os ego quandoquidem, sapientiam item dabo vobis,
Cui poterint illi non contradicere quicquam,
Neuvé resistere, *sint* quotcunque opponere sese

Sup.19.34
matth.24.1.
marc.13.1

Ephes.5.6.
2.thess.2.3

Matth.24.8
mar.13.9.

Sup.12.11
matth.10.19
marc.13.11

Ausi qui fuerint. 16 A porrò parentibus ipsis,
Atque à fratribus, & cognatis, atque ab amicis
Estis prodendi, multandos denique morte
Ex vobis *quosdam* curabunt. 17 Estis habendi
Omnibus exosique, mei *sed* nominis ergò.

Matt.10,32. 18 Non capitis vestri periturus eritque capillus.
19 In vestrâ vestras animas tolerantia habere

Matt.10.22. matth.24.15 marc.13.14 Dan.9.17 Possessas. 20 Solymam quùm porrò videbitis vrbem
Abs exercitibus cingi vndique; noscite iam tum
Eius quòd vastatio sit ventura propinqua.
21 Tunc qui sunt in Iudæâ, in montana capessant
Effugium, *pariter* mediò qui sunt & in eius,
Abscedant illi, simul & qui sunt in agellis,
Ingrediantur ij nequaquam *rursus* in illam.
22 Namque dies hi sunt vindictæ vltricis, vt illa
Impleri poterint quæ existunt omnia scripta.
23 His vterum qui porrò ferent, lactantibus ipsis
Hisce diebus *erit* quoque væ pressura peringens,
Quandoquidem regione futura existet in istâ
In populo sed & hoc *fundenda est* ira. 24 Cadentque
Ensis in ore, & ij gentes ducentur in omnes
Captivi: calcanda à Gentibus estque futura
Vrbs Solyma, vsque quoad sint gentibus ipsa repleta

Esai.13.10 ezech.32,7 matth.24.29 mar.13.24. Tempora. 25 Tunc in sole & lunâ signa futura,
Sunt & stellis, anxietas tellure, superque
Gentibus, vt quæ consiliô sunt destituendæ
Præ resonante mari, tumidè reboanti fatoque.
26 Humano genere exanimatô præ trepidante
Terrore, expectantes tùm sunt quandò *malorum*
Orbem terrarum quæ invadent. Concutientur
Namque potestates cœlorum. 27 Tumque videbunt
Natum hominis venientem in nube, potentiâ & vnà
Permultâ cum gloriâ. 28 At incipientibus istis

Roman.8,25 *Sic* fieri; tunc suspicitote, attollite vestra
Et capita; extat namque redemptio vestra propinqua,
Dixit & *hanc* illis simili sermone loquelam;
29 Ipsam *vos* ficum genus arboreum sed & omne
Cernen-

Cernentes; 30 Quùm iam soleant emittere *gemmas*;
Ex vobis ipsis æstatem tùm prope adesse
Scitis. 31 Sic etiam fieri vos ista videntes;
Agnoscentes este, Dei quòd sit propè regnum.
32 Dico Amen vobis; Hæc ætas prætereunda
Non est; isthæc omnia sint effecta priusquàm.
33 Cœlum, tellus præter & ibunt, verba sed ista
Non mea transibunt. 34 Vobis attendite verò,
Nè quandò crapulà sint vobis corda gravata,
Ebrietate etiam, curis huius quoque vitæ,
Vobis atque dies super-ingruat ille repentè.
35 Vt laqueus siquidem sic invasurus in omnes
Est, quotcunque super faciem sunt totius orbis
Terræ habitatores. 36 Quarè, vigiletis oportet,
Omni *vos* precibus connixi tempore, digni
Vt possitis haberi, qui isthæc effugiatis
Omnia quæ evenient, & firmè stare queatis
Coram Nato hominis. 37 Docuit verò hisce diebus
In templô, sed noctibus illis exijt inde,
Diversatus & est in monte vocatô ab olivis.
38 Omnis item populus venit dilùculò ad illum,
Ipsum quò possent in templô audire *docentem*.

Rom. 13. 13

CAPVT. XXII.

DE infermentatis instabat sed prope festum,
Pascha quod est dictum. 2 Primores Sacrificique,
Et Scribæ quærebant quâ ratione necarent
Ipsum. Plebis namq; timore fuêre repressi.
3 Introijt sedenim verò Sathanas in Iüdam,
Illum, qui cognomine dicitur Iscariótes,
E duodenorum numerô illô qui fuit *vnus*.
4 Qui cum principibus secederis, estque loquutus
Ipse Sacerdotûm. Præfectis denique *Templô*,

Matth. 26. 2. marc. 14. 1.

Matt 26. 14. marc. 14. 10

Illum

Illum quomodo proderet ipsis. 5 Læticiaque
Hi sunt gavisi, pacti sunt *seque* daturos
Esse pecuniam ei. 6 *Quibus hic* etiamque spopondit,
Opportunum tempus item quærebat, vt ipsis
Prodere posset eum, turbæ *tamen* absque *tumultu.*

Matt.26.17. *marc.14.13* 7 Quando dies autem devenit, vt Azymi edantur
Panes, mactari fuit in quâ Pascha necesse;
8 Tum Petrum misitq; Iohannem, aiendo; Profecti,
Vobis (vt commanducemus) Pascha parate.
9 Hi sed ei dixêre; Vbi vis *hoc Pascha* paremus?
10 Ille sed inquit eis, En, intro-euntibus vrbem,
Portans amphoram aquæ, occurret vobis homo quidam,
Consectemini eum quamcunque domum ingredietur.
11 Dicetisque Patrifamulatûs illius ædis;
Præceptor tibi dicit; vbi divertere possit
Est locus: vt comedam cum discipulis mihi Pascha?
12 Ostensurus is est cœnac'lum grandeque vobis
Constratum, *Pascham* locô in illô estote parantes.
13 Porrò profecti comperiebant omnia, sicut

Matt.26.20. *marc.14.18* Dixit eis, & Pascha pararunt. 14 Ergò, vt adesset
Tempus id accumbebat; Apostoli item duodeni
Secum. 15 Dixit & his; Desideriô expetij istud
Vt manducarem vobiscum Pascha; priusquàm
Passus ero. 16 Dico quia vobis, ampliùs illud
Non manducabo, donec complebitur vsque
Divinô in regno. 17 Susceptô denique poc'lo,
Dixit, (postquàm grates egerat;) Accipitote
Hoc, inter vosipsos dispertite simulque.
18 Nam vobis dico, nequaquàm me bibiturum
Ex fructû vitis, regnum dum venerit vsque

Matt.26.26 *marc.14.22* *1.cor.11.24* Divinum. 19 Pane atque acceptô, quandò dedisset
Grates; frangebat, simul atque illis dedit, aiens;
Hocce meum est corpus, pro vobis quod datur: Istud
Esse mei reminiscentes facitote. 20 Perinde
His dedit & poc'lum, postquàm cœnaverat, aiens;
Poc'lum *est* hocce novum (meô in ipsô sanguine) fædus,

Matt.26.21. *marc.14.19* Is qui pro vobis effunditur. 21 Attamen eius

Ecce

Ecce manus prodentis me, mecum simul vnà
In mensâ est. 22 Hominis vadit quoque Filius ille, *Ps.40.11.*
Est equidem veluti definitum; Tamen huic væ
Esto homini, per quem fit proditus. 23 Inter & illi
Seseipsos tunc occœperunt quærere, quisnam
Ex ipsis esset facturus quî foret istud?
24 Orta sed & fuit inter eos contentio, quisnam
Esse videretur sese inter maior habendus.
25 Ipse sed his, Reges qui præsunt Gentibus, inquit, *Mat.20.25.*
Hi dominantur eis; quibus est in eosque potestas, *Mar.10,42.*
Hi benefactorum titulis ornantur ab illis.
26 Vos atenimverò non sic; qui maximus autem
Inter vos fuerit; fiat minimus velut esset:
Quique est præcipuus, sicut *foret* ille ministrans.
27 Namque vter est accumbens maior, sive ministrans?
An potiùs non est accumbens? Ipsemet autem
In medio existo vestrûm, velut ille ministrans.
28 Vos estis verò qui permansistis, ijdem
Vnà mecum, dum mea sum tentamina passus.
29 Ipsemet idcircò vobis etiamque paciscor,
Est veluti pactus Pater atque meus mihi regnum.
30 In mihi regno, vt sitis edentes atque bibentes
Ad mihi mensam, tumque thronos super assideatis *Mat.19.28.*
Iudicio tribubus duodenis esse ferendo
Israelitis. 31 Dominus verò insuper inquit; *1.Pet.5.8.*
O Simon, Simon; Sathanas vos (ecce) cupivit,
Vt cribraret, tritici ad instar. 32 At ipse rogavi
Pro te, deficiat ne-quandò fides tua; Quarè,
Quùm conversus *sis* aliquandò, tu quoque fratres
Confirmato tuos. 33 Hic verò dixit ad illum;
Tecum sum (Domine) vnà ergastula adusque paratus,
Ad mortem proficisci etiam. 34 Dicebat at ille;
Petre, tibi dico, cantabit non hodiernô *Mat.26.34.*
Vsque die gallus; donec ter tute negabis *Mar.14.30.*
Me quòd noveris. 35 Inquit & illis; Absque crumenâ *Ioh.13.38.*
Quandò misi vos, & perâ, calceolisque;
Defuit an quidquam vobis? At ij (nihil,) aiunt. *Mat.10.9.*

36 Ergò, ait his: Sed nunc habet ecquiscunq; crumenam,
Sumat eam, pariter quoque peram: Qui nec habetque
Eius palliolum, vendat, simul atque emat ensem.
37 Dico etenim vobis, quòd adhuc in memet oportet
Vt finem plenè capiat, quod scribitur, illud;
Vnà cum simul est etiam numeratus iniquis. *Esai. 53, 12.*
Scripta etenim quæ sunt de me, sunt fine potita.
38 Ast illi dixêre; duo gladij (Domine) ecce,
Ille sed inquit eis, Satis est. 39 Egressus & inde
Ibat Olivarum in montem, de more profectus; *Matt. 26. 36 marc 14. 32. ioh 18, 1.*
Eius discipuli sunt ipsum porrò sequuti.
40 Verùm quando locum tum pervenisset ad illum,
In tentamen (eis dixit) ne intretis, agendum *Matt. 26. 41 marc. 14. 38*
Est vobis precibus. 41 Tunc ipse avulsus ab illis
Est, velut ad iactum lapidis genibusque reflexis
Orabat: 42 Dicens poc'lum (Pater) hoc (modò si vis)
A me transfer. At immò voluntas non mea fiat,
Sed tua. 43 Visus ei verò fuit angelus illum
Confortans è cœlo. 44 Factus & est in agone
Nempe orans intensiùs; Et sudor fuit eius,
Ac si guttæ descendentes sanguinis essent
In terram. 45 Simul ac quùm surrexisset ab istis
Hic precibus, venisset ad eius discipulosque;
Hos dormitantes præ tristitiâ inveniebat.
46 Dixit & illis; Quid dormitis? Surgite, & este
Orantes: non in tentamen vt introeatis.
47 Dum loqueretur & hæc; En, turba; vocatus & ille *Matth 26. 47 marc. 14. 43 ioh, 18, 3.*
Iudas, (vnus de duodenis) hisce præivit,
Adque propinquavit Iesu, quò figere posset
Oscula in ora ipsi. 48 Sed ad illum dixit Iesus;
Oscula dans, Hominis natum num prodis, Iuda;
49 Sed qui circa ipsum *fuerant*, hi quandò videbant
Illud erat quod *nempe* futurum: Percutiemus
Ensène? dixerunt illi. 50 Percussit & vnus
Ex his Pontificis summi servum, sed & aurem
Abstulit huic dextram. 51 Respondens, vsq; sed isthùc,
(Iesus dicebat) finite: & tactâ illius aure,
Ipsum sanavit. 52 Sed Iesus dixit ad illos

Sa-

Sacrificos ad eum qui devenêre supremos,
Præfectos etiam Templo, simul & Seniores,
Acsi in latronem, gladijs cum fustibus atque
Existis. 53 Quandò vobiscum quottidie ipsô
In templo fuerim, non extendistis *at* in me
Vos aliquando manus: Existit vestra sed ista
Hora, potestas & tenebrarum. 54 Porrò prehensum
Illum duxerunt, introduxêre & in ædem
Pontificis summi. Petrus procul estque sequutus.
55 Ignem quùm verò accendissent in medio aulæ,
Et consedissent simul vnà: Petrus & inter
Illos assedit. 56 Quem quùm vidisset ad ignem
Quædam ancilla sedentem; oculos defixit in illum
Dicens; hic & erat cum illò. 57 Ipse negavit at illum;
Affirmans; Mulier, non novi illum. 58 Sed & alter
Paulò post ipsum conspectans, dixit; & es tu
Ex ipsis. Dixit verò Petrus, heus homo non sum.
59 Tunc interpositô spaciô velut vnius horæ;
Alter & asseruit quidam, dicens; Fuit iste
Revera cum illô; Galilæus quippe quòd hic est.
60 Heus homo, quid dicas (sed Petrus) nescio, dixit.
Continuoq; ipsô vel adhuc eius verba loquente;
Cantavit gallus. 61 Dominus conversus & ipsum
Petrum respexit. Petrus est simul atque recordans
Sermonem Domini; sicut prædixerat ipsi;
Anteà quàm gallus cantabit, *tute* negabis
Me ter. 62 Deinde foràs egressus Petrus, amarè
Flevit. 63 Porrò viri Iesum qui vnàque tenebant;
Huic illudebant, cædentes. 64 Quùm sed & ipsum
Velô obtexissent; ferientes verbere cædunt
Ipsiùs faciem, percontabantur eumque,
Dicentes quis te feriebat, vaticinare.
65 Atque exprobrantes in eum convitia multa
Dicebant alia. 66 Vtq; dies est orta; coacti
Sunt plebis Seniores, Summi Sacrificiq;
Et Scribæ; adduxêre & eum consessum in eorum,
Dicentes; nobis dic, si tu Christus es ille?

Matt.26.57. marc.14.53 ioh.18.24.

Mat.26.69. marc.14,66 ioh.18.26.

Matt.26.34. ioh.13.38.

Matt.26.67. mar.14.65.

Matth.27.1. marc.15.1 ioh.18.28.

Dixit at his; Si vobis dixero, credere vultis
Nequaquam. 68 Si verò percontarer & ecquid,
Respondebitis haud mihi, nec dimittere vultis.
69 Filius est hominis *sed* ab hoc instante futurus
Temporis, assessor virtutis ad omnipotentem
Divinæ dext'ram. 70 Dixerunt tum simul omnes;
Filius ille Dei num tu, sis ipsemet ergò?
Ipse sed inquit eis; Vos memet dicitis esse.
Hi sed dixerunt, Numné ampliùs ecquid egemus
Testificatû? Nam ipsi audivimus eius ab ore.

CAPVT. XXIII.

ILlorum rursùs tunc tota frequentia surgens,
Ad Pilatum duxit eum. 2 Cœpêre sed illum
Accusare, aientes; Hunc pervertere gentem
Comperimus, prohibentem denique danda tributa
Cæsari vt *vlla* forent: dicentem *scilicet* esse
Se Christum, Regem. 3 Verùm, Pilatus ab illô
Percontabatur, dicens; Tu Rex es an ille
Iudæorum? Qui respondens, dixit at ipsi
Tu dicis. 4 Pilatus verò dixit ad illos,
Nempe Sacerdotùm primores, ad quoque turbas,
Quod sit in hoc homine invenio noxę nihil esse
In causâ. 5 Tamen hi (dicentes) invaluerunt;
Extimulans populum, Iudæam concitat omnem,
Abs ipsâ exorsus Galilæâ, huc-vsque docendo.
6 Quum Pilatus at audivisset, *mentio facta*
Quòd Galilęæ *esset*; Percontabatur *ab illis*;
Hic homo numné esset Galilæus? 7 Qùmque sciebat,
Nempe potestatis quòd erat quæ Herodis *habenda*
Esset; ad Herodem *tùm deinde* remisit eundem,
Qui Solymis fuit ipse dies etiamque per illos.
8 Herodes verò tùm quandò vidit Iësum;

Mat.22.12.
Mar.12,17.

Mat.27.11.
Mar.15.2.
Ioh.18,33.

Valdè

Valdè est gavisus, cupiens à tempore multo
Posse videre illum, siquidem quòd multa de eôdem
Audierat, signum sperans etiamque videre
Sese aliquod fiendum ab eô. 9 Sermonibus illum
Percontatus & est multis, tamen huic nihil ipse
Responsi dedit. 10 Adstabant primarij at ipsi
Porrò Sacerdotum, & Scribæ constanter eundem
Accusaverunt. 11 Herodes sprevit & illum,
Cum sibi militibus; quumque illusisset; amictum
Ipsum splendenti ad Pilatum veste remisit.
12 Pilatus simul Herodesque *reconciliati*
Inter semet; amici facti sunt die eodem.
13 Coram se verò Pilatus convocat omnes
Sacrificos Summos, & Præfectos, Populumque;
14 Queis ait; Hunc hominem, (populi acsi aversor is esset)
Ad me allatum produxistis, sed tamen, ecce,
Ipse ego conspectû in vestrô, (quùm questio de illô
Est habita) haud in eo causam vllam comperiebam
Ex his rebus, de quibus accusatis eundem;
15 Immò nec Herodes (ad eum vos namque remisi.)
En etiamque illi factum nihil est nece dignum.
16 Dimittam quapropter eum, correxero postquàm.
17 Namque necesse sibi fuit, vt dimitteret vnum
Ipsis quempiam, in hoc festo. 18 Tunc turba sed omnis
Exclamavit dicens; Istum tollito, nobis
Sed dimitte Bar-abbam. 19 Qui pro seditione
Quâdam, quæ facta est, & cædem propter in vrbe,
In custodiam erat missus. 20 Pilatus & ipsos
Alloquitur rursùs, cupiens dimittere Iesum.
21 Hi tamen aientes, Crucifige, illum crucifige,
Reclamabant. 22 Ille sed inquit tertiò ad ipsos;
Iste mali quid enim commisit? Comperi in illô
Omninò causam nullam cur morte periret.
Hunc ergò dimittam, castigavero postquàm.
23 Vocibus instabant magnis veruntamen illi
Contendentes, vt crucifigi posset, & horum
Voces, Pontificûm Summorúmq; invaluerunt.

Mat.27.23.
Mar.15.4.
Joh.18.38.
& 19.4.

24 Iudicium Pilatus tunc tulit hosce secundum,
Quod petierunt vt fieret: 25 Dimisit at ipsis
Illum qui coniectus erat pro seditione,
Et pro cæde in carcerem; eum quem *nempe* petebant:
Porrò voluntati Iesum tradebat eorum.
26 Illis idcircò tunc abducentibus ipsum;
Fortè Cyrenæô quôdam Simone prehensô,
Qui veniebat tunc è rure; crucem imposuerunt
Illi, Iesum pone ferendam. 27 Plurima verò
Ipsum turba sequebatur populi, ac mulierum,
Et quæ plangebant, lamentabantur & illum.
28 Ad quas conversus verò, dicebat Iesus;
Natæ vrbis Solymitanæ ne flete super me;
Immò super vobis-ipsis, vestris quoque natis
Flete. 29 Quòd (ecce) dies venient, quibus esse beatas
Dicent, quæ steriles; qui non genuêreque ventres;
Vbera quæ non & lactarunt. 30 Dicere quando
Montibus incipient, in nos estote cadentes;
Collibus atque, abscondite nos. 31 Si namque virenti
In lignô hæc faciunt, quid in ârescente erit actum?
32 At malefactores alij binique fuerunt
Educti, simul vnà cum ipsô interficiendi.
33 Ergò, locum tum quandò ad eum venêre, vocatur
Qui Calvaria; eum crucifixerunt ibi, eosdem
Et malefactores; à dextris *scilicet* vnum,
Alterum & à læva. 34 Verùm dicebat Iesus;
His dimitte (Pater,) minimè sunt quippe scientes,
Quid faciunt. In partes vestimenta sed eius
Sunt dispertiti, tunc sortem proijcientes.
35 Et stabat populus conspectans, cum quibus vnà
Primates illum sed & excepêre cachinnis,
Dicentes; Alios servavit, reddat is ipsum
Se salvum, Dei is est Christus, si, electus is ille.
36 Ipsi militûm item sed & illusêre cohortes,
Accedentes, cui satagunt offerre & acetum.
37 Et dicentes; Iudæorum si modo tute
Es rex ille, teipsum serves. 38 Insuper autem

Matt. 26.32 marc. 15.21.

Esai 2.19 ose. 10.8. apoc 6.16. 2. Pet 4.17. mat. 27.38 mar. 15.27 ioh. 19.18

Exarata

38 Exarata fuit super ipsum inscriptio, Græcis
Litterulis, simul & Romanis, Hæbraicisque;
EST IVDAEORVM REX ISTHIC IPSEMET ILLE.
39 Tunc malefactorum veruntamen vnus eorum,
Qui fuerant suspensi, in eum convitia iecit;
Dicens; existis si tu modò Christus is ille;
Ipsum te serves, & nos. 40 Nihilominus alter
Responsum referens hunc obiurgavit, *&* inquit;
Immò, Deum non tu revereris; sis in eodem
Quum condemnatu? 41 Iustè nos atque profectò;
(Vt quibus est factis merces condigna repensa;)
Iste nihil verò commisit quod sit iniquum.
42 Tunc (Domine) ad Iesum dixitque, Mei memor esto,
Quandò tuum venies in regnum. 43 Dixit & illi
Iesus; Amen, dico tibi. Mecum in Paradiso
Vnà eris ipse hodiè. 44 Fuit autem circiter horam
Sextam; sunt tenebræ & factæ terram super omnem
Ad nonam vsque horam. 45 Simul est sol obtenebratus,
Diffindebatur medium templi quoque velum.
46 Et quùm voce ingenti clamavisset Iesus,
In (Pater) *ipse* tuas depono manus (aiebat,) — *Psal.30.6.*
Tete spiritum *habere* meum. Dicens sed & istaæc;
Exspiravit. 47 Centurio quùm viderat autem
Quod factum fuerat, Deum honorans glorificavit;
Dicens; Reverà fuit hic homo iustus. 48 Et omnis
Quæ simul hoc spectac'lum venit turba videre,
Aspiciens quæ facta fuerunt; percutientes
Hi sua pectora, rursus sunt *exinde* reversi.
49 Ipsius noti sed stabant eminus omnes,
Et mulieres, quæ fuerant vnaque sequutæ
E Galilæà ipsum, quæq; ista fuere videntes.
50 Ecce vir atque fuit, Iosephus nomine *dictus*,
Iste Senator *erat*, bonus & vir iustus. 51 Is autem — *Matt.27.57 marc.15.43 ioh.15.38.*
Consilio & facto non suffragatus eorum
Est; Arimatthæà Iudæorum ortus ab vrbe:
Expectans simulatque Dei Regni fuit iste
52 Hic Pilatum adijt, corpusq; petivit Iesu.

53 Syndone detractumque involvit,& in monumento,
Quod fuit in saxô incisum, ponebat idipsum,
In quô nequaquàm vel adhuc positus fuit vllus.
54 Porrò Parasceves erat ille diesque,sequensque
Sabbatum erat. 55 Mulieres autem subque sequutæ
Ipsum quæ fuerant comitatæ de Galilæâ,
Spectarunt monumentum,quomodò corpus & eius
Impositum fuerat. 56 Sed aromata porrò reversæ
Atque vnguenta paraverunt : ac Sabbatô *eadem*
Ex *legis* præscriptâ equidem ratione,quierunt.

CAPVT. XXIIII.

Mar,16.1.
Ioh,20.1.

DEinde die hebdomadis primô diluculo in alto
Venêre ad monumẽtum,& arómata(quę ante pa-
Portãtes,cumq; his nonnullę porrò fuêre.(rarant)
2 Atque invenerunt quòd devolvendo remotum
A monumentô esset saxum; 3 Tum corpus Iēsū
Ingressæ Domini nequaquàm comperiebant.
4 Insuper attonitis,factum est, hærentibus illis,
Dum consternatæ dubitanti mente fuissent,
Hâc in re; bini (ecce) supervenêre viri ipsis,
Vestibus induti fulgentibus. 5 Expavefactæ
Quùm verò fuerint, in humum faciemque deorsum
Inclinarent; his dixerunt; Queritis eccum,
Illum qui vivens est, inter morte solutos?
6 Non est hic : verùm surrexit. verba loquutus
Esse recordantes,fuerit tum qualia vobis,
In Galilęâ quùm esset adhùc. 7 Dicens, quòd oportet
Natum hominis tradendum peccatorum in eorum
Esse manus hominûm, crucifigendumque futurum,
Hunc etiamque die debere surgere ternô.
8 Eius verborumque recordabantur eorum.
9 A monumento etiam declaravêre (reversæ)

Supra.9.22.
Mat.17.23.
Mar,9.31.

Illis

Illis vndenis, reliquis atque omnibus ista
Omnia. 10 At hęc de Magdalô erat Maria, atq; Iohanna
Et Maria illa Iacobi mater, cętere eæque
Quæ cum ipsis *fuerant*, quę narravêre ad eosdem,
Hæc in Apostolicâ qui lecti sorte fuerunt.
11 Sed sunt visa apud hos quasi deliraminis instar
Verba ipsarum, quippe fidem quibus & nec habebant.
12 Ad monumentum Petrus surgens deinde cucurrit,
Atque introspiciens conspexit lintea sola
Seposita, atque abijt, miratus semet ad ipsum
Quod factum fuerat. 13 Duo sunt ex hisce profecti
(En) ipsoque die in vicum, qui stadiorum
Per spacium Solymâ distans extabat ab vrbe
Sexaginta; Emmaus *vicus* nomine *dictus*.
14 Sermones vnà sunt inter seque loquuti,
Omnibus his de rebus quę evenêre; 15 Simulque
Est factum, dum colloquerentur, dum rogitarent
Mutuò item semet; Iesus accessit & ipse
Cum simul his faciebat iter. 16 Veruntamen illis
Sunt oculi detenti, vt non agnoscere possent
Ipsum. 17 Dixit at his; Qui sunt (dum pergitis) isti
Sermones, quos inter vos confertis, & estis
Tristes? 18 Respondens, (cui nomen porrò Cleopas)
Alter, dixit ei: Tu solus an es peregrinus,
Qui in Solymitanâ vrbe moraris, qui neque nosti
Hęc in eâ quę facta fuerunt hisce diebus?
19 Ipse sed inquit eis; Quæ? Dicunt hi sed eidem;
Quę de Iesû Nazareno *facta fuerunt:*
Vir fuit ipse Propheta potens operando reipsâ,
Et sermone, Deo coram, toto populoque.
20 Quomodò Sacrifici primores, Prępositique
Nostri tradebant ipsum morte esse necandum
Vt condemnetur, crucifixerunt & eundem.
21 Ipsum nos verò speravimus esse futurum,
Qui foret Israel vindex, redimendus vt esset.
Insuper isthęc pręter at omnia nunc agit istum (imò
Ternum hodieque diem, sunt ex quô hęc facta, 22 Sed
Et

Ioh. 20. 6.

Mar. 16. 12.

Et quædam mulier'clæ nostro de comitatu,
Hæ nos perculsêre metu, diluculò eædem
Quæ venerunt ad monumentum. 23 Corpus & eius
Non invenerunt; etiam conspecta quòd esset
Visio abs his, aieates spirituum Angelicorum,
Vivere qui dicunt illum. 24 Tum deinde profecti
Ex nostris quidam, pergebant ad monumentum,
Atque invenerunt ita, sicut fœminæ eædem
Dixerunt; viderunt non veruntamen ipsum.
25 Ipse sed inquit eis; O stulti, cordeque tardi,
Omnibus vt credatis eis, quæcunque prophetæ
Declaraverunt. 26 Christum *sed* oportuit ista
Nonne pati, simul atque intrare ita gloriam in eius?
27 Incipiensque à Mose, & ab omnibus ille Prophetis,
In Scripturis omnibus exponebat eisdem,
Quæ de se *conscripta fuerunt*. 28 Cui quoque vico
Perrexêre, propinquaverunt, finxit & ipse
Esse profecturum se longiùs. 29 Attamen *ipsi*
Porrò coegerunt ipsum, dixêre & eidem
Nobiscum maneas, est vespera namque propinqua,
Atque dies nunc inclinavit; propterea que
Ingrediebatur simul hiscum posse manere.
30 Quàm facturoque fuisset, vt accubuisset eiscum;
Accipiens panem, benedixit; denique fractum
Ipsis porrexit; 31 Tunc sunt adaperti oculique
Illorum; sed & agnoverant insimul ipsum:
Ipse sed ablatus fuit è conspectibus horum.
32 Et dixerunt alter ad alt'rum; Nonne erat ardens
In nobis nostrum cor, nobis quando loquutus
Inviâ erat, nobis Scripturas atque retexit?
33 In momento ipsô surgentes tumque reversi
Sunt vrbem in Solymam: simul invenêre gregatos
Vndenos illos, qui cum ipsis atque fuerunt.
34 Dicentes; Verè Dominus surrexit, & *idem*
Simoni comparuit. 35 Hi tunc exposuerunt,
In viâ eis quæ gesta *fuerunt* inter eundum.
Quomodo tum sed & agnitus ille fuisset ab ipsis,

In

In fractura panis. 36 At ista loquentibus illis;
Ipsis in medio semet sistebat Iesus;
Insimul & (vobis *sit* Pax) dicebat eisdem.
Pax vobisque ait his; * Ego sum, nolite timere.
37 Qui consternati trepide simul atque paventes,
Spiritum opinati sibi comparere fuerunt.
38 Dixit & his; moti turbata mente quid estis,
Et raciocinia ascendunt in cordibus ecquid
Vestris? 39 Ipse, manúsque pedesq; meos, ego quod sum,
Aspicite, attrectate, videteque me; Quia carnem
Spiritus ossaq; non habet vt spectatis habere
Memet. 40 Et ostendit (tum quando dixerat istud)
Hisce manus, etiamq; pedes. 41 Credentibus autem
His nec adhuc, præ gaudio, & admirantibus illis;
Dixit eis; Quod manducetur an ecquid habetis?
42 Cui porrexerunt hi partem piscis & assi,
Deq; favo mellis. 43 Quæ accepit, tumque comedit
In conspectu illorum. 44 Denique dixit ad illos;
Hi sunt sermones, ad vos quos *ipse* loquebar,
Quùm vel adhuc essem vobiscum; quippe quòd illa
Omnia sunt implenda necesse in lege relata
Ex Mosis scriptis quæ constant, inque Prophetis,
In Psalmis etiam de memet. 45 Tunc reseravit
Ipsorum mentem, Scripturis percipiendis.
46 Dixit & his; Scriptum sic est, & oportuit isto
More pati Christum, demumq; resurgere rursus,
Tertio eumque die à defunctis. 47 Nomine cuius
Et promulganda est mentis mutatio, vitæ
De qua pœniteat; quòd itemque remissio fiet
Peccatorum apud omnes gentes; incipiendo
A Solymitanis. 48 Vos testes estis at horum.
49 Promissum Patrisque mei in vos, (En,) ego mittam.
Vos autem Solyma tantisper in vrbe manete,
Induti ex alto sitis virtute quousque.
50 Bethaniam tunc vsque foras eduxit at illos;
Sublatis manibusque suis, benedixit eisdem.
51 Et factum est, quo tempore, vt hic benediceret illis;
Disiunctus fuerat, sursum sublatus ab ipsis

Marc. 16.14
ioh. 20.19.

**in græco non est sed communi latino.*

Ioh. 15.26.
act. 1.4.

Marc. 16.19
act. 1.9.

In

In cœlum. 52 Quô tunc & adoratô, *inde* reversi
Sunt Hierosolymam, *lætantes* gaudio ijdem
Cum magnô. 53 In templo semperque fuêre manentes,
Laude extollentes, benedicentesque Deum. Amen.

EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM.

Capvt. I.

(sum

SErmo erat ille in principiô, ille erat atq; apud ip-
Sermo Deum, simul ille & erat Sermo Deus ipse.
2 Sermo erat hic apud ipse deũ præ tẽpore primô.
3 Omnia facta fuêre per hunc, nihil & sine eôdem
(Quod factum fuit) est effectum. 4 Vita in eôdem
Ipsô erat, ipsorumque erat hæc vita illa hominûm lux.
5 Et lux in tenebris hæc lucet, sed tenebræ illam
Non compre'nderunt. 6 Homo missus erat Deo ab *ipsô*,
Cui nomen Iöhannes. 7 Hic ad testificatum
Dandum venit, testem se perhiberet vt illã
De luce, omnes vt per eundem credere possent.
8 Non lux illa erat ille, vt testaretur, at immò
De luce illâ *missus erat*. 9 Lux *hic* erat illa
Vera, hominem quæ illuminat omnem, qui venit istum
In mundum. 10 Hic erat in mundo, mundusq; per ipsum
Est factus: mundus non agnoscebat at illum.
11 Ad sua venit, eum non excepêre suique.
12 Quotquot at excepêre illum, donavit eosdem
Isto iure, Dei quòd filij ij efficiantur,
Scilicet hos qui sunt credentes nomen in eius.
13 Qui non *sunt* ex sanguine, neuvé libidine carnis,
Porrò viri *sunt* neuvé libidine, progenitore

Col. 1. 8.

Mat. 3. 1.
Mar. 1. 2.
Luc. 3. 2.

Immò

Matt.1.16 Immò Deo nati qui sunt. 14 Sermo illeque factus
luc.2.7. Est caro, & in nobis habitavit, gloriam & eius
mtth.17.2 Nos ipsam spectavimus, esset gloria tanquam
2.pet.1.17. Illius, genitus qui est vnicus, à Patre, plenus
Gratiæ *vt* & veræ *fidei.* 15 De quô *ipse* Iohannes
Est testatus, Dicens & clamavit; Hic ille
Est, de quô dicebam; Qui post me venit, idem
Est mihi præpositus, me quippe prior fuit *ille.*
16 Copiâ & ex ipsius plenâ accepimus omnes,
Gratiam item pro gratiâ: 17 Erat quia Lex data Mosis
Illa ministeriô: sed gratia, vera *fides*que
Per Iesum Christum *reverâ* est præstita *factô.*
Ioh.4.12. 18 Vnquam nemo Deum conspexit: Filius ille
1.tim.6.16 Vnigenus Patris in gremio enarravit is ipsum.
19 Hæc etiamque est testificatio facta Iohannis,
Quando sacerdotes Solymorum ex vrbe; Levitas
Insimul & Iudæi legavêre petitum
Abs ipsô; Ex istis quis tu? 20 Fuit atque professus
Et nec it inficias; fuit imò professus apertè;
Non ego sum Christus. 21 Percontabantur & ipsum;
Ergo quid es? Tu numné Elias es? Quibus inquit,
Non sum. *Cui dicunt,* Es tu numné ille Propheta?
Qui respondit non. 22 Cui dixerunt: Quis es (ergo?)
Qui nos miserunt; responsum demus vt illis,
Ipsô de temet quid dicis? 23 Vox ego (dicit)
Esai.40.3. In deserto *sum* clamantis. Reddite plana
matth.3.3. Vt via sit Domini, dicebat vt ipse propheta
luc.3.4. Esaias. 24 Porrò qui mittebantur, ab ipsis
Extiterant Pharisæis. 25 Percontabantur & illum,
Ipsique aiunt; Ergò, cur baptismate tingis,
Si non Christus es ille; Elias tu nec es; & non
Ille Propheta. 26 Iohannes respondendo ait illis;
Baptizo ipse in aqua; medius vestrûm stetit autem,
Quem vos nescitis. 27 Qui scilicet extat is ipse,
Matth 3.11. Qui post me sequitur, qui me sed ponitur ante.
mrc.1.7. Cuius corrigiam solearum non ego dignus
luc.3.16 Solvere sum. 28 Patrata in Bethabarâ ista fuêre,
act.1.5.

Quæ

Quæ secus existit Iordanem, vbi *nempe* solebat
Baptizare Iohannes. 29 Contemplatus Iesum
Accedentem luce Iohannes posteriore
Est ad semet; dixit &, Agnus is ille Dei, ecce,
Qui tollit peccatum mundi. 30 Est ipsemet iste,
De quô *nimirùm* dicebam; pone meipsum
Vir venit, is mihi qui præponitur, vtpote qui me
Extitit ille prior; 31 Cognovi non sed ego illum,
Ast Israeli manifestus vt efficiatur,
Veni ego propterea laticis baptismate tingens.
32 Denique testificatus erat, dicendo, Iohannes,
Spiritum, ego (tanquam foret ipse columba) videbam
Descendentem, qui super ipsum deinde manebat.
33 Atq; ego non ipsum novi, veruntamen ille
Baptizatum qui me misit aquâ, mihi dixit;
Is descendentem suprà quem videris esse
Spiritum, eumque manere supra ipsum, existit is ille,
Qui baptizat Sancto Spiritu; 34 Et ipse ego vidi,
Testor itemque Dei quòd Filius ipsemet hic est.
35 Posteriore die stabat rursusque Iohannes
Et duo discipulis ex eius: 36 Qumque videret,
Iesum, quando fuit pergens, ait; Agnus is (ecce)
Ille Dei. 37 Duo discipuli illi porrò loquentem
Audivêre ipsum; Iesum sunt atque sequuti.
38 Conversus Iesus quùm vidit at hosce sequentes;
Dicit eis; 39 Quid quæritis? Hi dixêre sed ipsi;
Rabbi; (quô verbo Præceptor significatur,
Si exponas,) habitatio vbi est tua? 40 Dicit eisdem,
Adveniatis & aspectetis, qui adveniebant,
Et spectabunt eius vbi esset mansio, ibique
Vnà apud ipsum permansêre, morando die illô:
Hora fuit quasi sed decima. 41 Andræas erat iste
Frater Simonis Petri, vnus de hisce duobus
Audierant isthæc à *declarante* Iohanne,
Qui fuerant ipsumque sequuti. 42 Qui prior iste
Ipsius fratrem Simonem compericbat;
Messiam (dicebat eique) invenimus; hoc est,

& 11.16
& 19.4.

Matth 3.16.
marc.1.10
luc.3.22

(Si interpres fueris) Christus. 43 Ducebat eumque
Ad Iesum. Quem quando Iesus intueretur,
Mat.16.18. Dixit; Tu Simon existis natus Iönæ,
Appellabere tu Cephas, Petram notat istud.
44 Posteriore die Iesus exire volebat
In Galilæam, comperiebat tumque Philippum,
Huic & ait; sequitor me. 45 Porrò fuitque Philippus
Ex Bethsaida, Andreæ & Petri *scilicet* vrbe.
46 Inveniebat *deinde* Philippus Nathanielem,
Qui simul & dicebat ad ipsum; Invenimus illum
Gen.49.10. De quo scribebat Moses in lege, Prophetæ
Deut.18.18. Et *prædixerunt*, Iosephi filium Iësum,
Esa.4.2. Qui est de Nazareth. 47 Ipsi Nathanael quoque dixit;
& 40.10. Anne boni quicquam poterit de Nazareth esse?
& 45.8. *Porrò* venito Philippus ei, dicitque videto.
Iere.23.5. 48 Nathanielem ad se venientem vidit Iësus;
& 33.14. Et de illô, verè Israëlita, (En) ait in quô
Ezech.34.23 Non dolus est. 49 Cui Nathaniel tum quando referret,
& 37.24. Vndè sciebas me? Respondit & inquit Iësus
Dan.9.24. Ipsi: quandò subter eras ficû; ante Philippus
Quam te compellando vocaverat, ipse videbam.
50 Nathaniel respondit ei, dixit quoque; Rabbi,
Ille Dei tu Filius es, tu Rex es is ille
Israël. 51 Respondit Iësus, dixit eique;
Quod tibi dixi te sub ficû conspiciebam;
Concipis anne fidem? *multo* his maiora videbis;
52 Insuper huic ait, Amen, Amen; inquio vobis;
Ex hoc tempore, cœlum conspicietis apertum,
Angelicosque Dei *genios* ascendere sursum,
Suprà hominis natum, descendentesque deorsum.

CAPVT. II.

TErtiò & *inde* die sunt connubialia festa
Facta in Canâ, *quæ regionis erat* Galilææ.
Atque ibi mater erat Iesû. 2 Fuit atque vocatus
Iesus, discipuli simul illius atque fuêre
Connubij ad festum. 3 Vino tunc deficiente,
Dicit ei, non est his vinum, mater Iesu:
4 Dicit ei Iesus, mulier, mihi quidq; tibi? hora
Non mea adhuc venit. 5 Dicebat mater at eius
Ipsa ministris; Quicquid vobis dixerit, illud
Efficitote. 6 Fuerunt insuper hydrææ ibidem
Ex lapide effectæ, positæ sex, purificatûm,
Quæ Iudæorum fuerant de more locatæ,
Quælibet illarum binas ternásve tenentes
Metretas. 7 Hydrias (illis dicebat Iesus)
Has repleatis aquâ. Replerunt insimul illas
Vsque ad summam. 8 Tunc etiam dicebat ad ipsos,
Nunc haurite, simulq; feratis ad Architriclinum:
Obque tulêre igitur. 9 Quandò Architriclinus at iste,
Illam gustavisset aquam, quæ facta fuisset
Vinum; quin-verò fuit vnde is nescius esset;
(Tantùm sciverunt, sed aquam qui hausêre, ministri;)
Evocat Architriclinus sponsum. 10 Dicit & illi;
Vinum primò apponit homo præstantius omnis;
Quum sed abundanter biberint, dilutius indè:
Huc tu servasti vinum præstantius vsque.
11 Hunc aditum primum signorum fecit Iesus
Oppidulo in Canâ Galilææ; gloriam & eius
Esse palàm fecit: credebant denique in ipsum
Eius discipuli. 12 Descendit postea verò
Ipse Capernáum, materque ipsiûs, itemq;
Fratres, discipuliq; eius: mansêre nec illic
Per multos *exinde* dies. 13 Fuit atque propinqua
Iudæorum Pascha. Hierosolymam quoq; Iesus
Ascendebat. 14 Et in templô illos inveniebat,

Qui exposuêre boves,& oves,vænumq; columbas,
Argentariolosque sedentes. 15 Tumque (flagello
Facto è funiculis) omnes eiecit; ovesque
E templô,atque boves,atque argentariolorum
Effudit nummos, subvertit denique mensas.
16 Hisque columbas qui vænales exposuerunt;
Isthinc hæc(dicebat)Tollite. Patris & ædem
Ne facitote mei, tractandis mercibus ædem.
17 Porrò recordantes meminerunt discipuli eius,
Ps.68.10. Scriptum hoc esse;Domus tuæ inardescendo comedit
Me zelus. 18 Iudęi respondêre ideoque
Ipsi dicentes: Quid signi (quòd facis ista)
Ostendis nobis. 19 Respondit,& inquit Iësus
Mat.26.61. & 27.40. Mar.14.58. & 15.26. Illis, Hoc Templum dissolvite; rursùs & illud
Ipsemet erecturus ero tribus *inde* diebus.
20 Ergò Iudęi dixerunt; Ædificatum
Est hoc templum quadraginta sex sed & annis;
Illud numne tribus *destructum* tuque diebus
Erecturus eris? 21 De templô at corporis eius
Ille loquebatur. 22 Quapropter quandò resurgens
Excitus fuit à defunctis, discipuli eius
Mente recordati fuerant,quòd dixerat istud
Ipsis,deinde fidem scripturæ tunc adhibebant,
Insuper & sermoni,quem dicebat Iësus.
23 Quum verò Solymis in festo Paschatis esset,
Multi adhibere fidem cœperunt nomen in eius,
Intuiti quandò fuerant quæ signa patravit.
24 His autem Iesus non credidit ipse seipsum.
Hanc propter causam,quoniam cognoverat omnes,
Et quia non opus esset ei,testetur vt vllus
Concernens hominem; siquidem quòd scilicet ipse
In *naturâ* hominis cognovit quicquid inesset.

Cap.

Capvt III.

VIR sedenim-verò quidam fuit ex Pharisęis,
Nichódemus nomine, de Primoribus vnus
Iudęorum. 2 Qui veniebat nocte ad Iësum,
Dixit & illi; Rabbi, te venisse, *profectum*
A'*mittente* Deo doctorem novimus; Ista
Signa quòd edere nemo potest, quæ tutemet edis,
Ni secum foret ipse Deus. 3 Respondit Iësus,
Et dicebat eidem : Amen, Amen, tibi dico,
Denuò erit genitus nisi quis, non ille videre
Regnum Divinum poterit. 4 Dicebat ad ipsum
Nichodemus; Qui potis est homo, quando senex est
Nasci? Vterum matrisne potest intrare secundò
Et nasci? 5 Iesus, Amen, Amen, tibi dico,
Respondebat; Aqua fuerit si Spiritû & ecquis
Non genitus; Regnum divinum intrare nequibit.
6 Quod natum est ex carne caro est; ex Spiritû & illud
Quod natum est, est spiritus. 7 Hoc nolito stupescens
Admirari, quod tibi dixi; Denuò oportet
Vos generari. 8 Ventus vbi vult spirat, & audis
Ipsiûs sonitum, veniat sed es inscius vnde.
Et quò vadat : ita est quisquis qui Spiritû ab ipsô
Est genitus. 9 Respondit Nichodemus, eique
Qui possunt (ait) hæc fieri? 10 Respondit Iësus,
Dixit eique, Israëlis tu doctor es ille,
Hæc & non nosti? 11 Amen tibi dico;
Quod scimus, loquimur, simul & quod vidimus, illud
Testamur : Non accipitis sed testificatum
Hoc nostrum. 12 Vobis si quæ sunt terrea dixi,
Creditis & non; Quomodò si cœlestia vobis
Dixero, credetis? 13 Conscendit namque nec vllus
In cœlum, cœlô nisi qui descendit ab ipsô,
Nempe in cœlo hominis existens Filius ille.
14 Et sicut serpentem Moses extulit ille
In deserto; Hominis Natum sic erigi oportet:

Inf. 12.32.
Num. 21.9.

S 2 15 Vt

15 Vt quiscunque in eum credit, non ille periret,
Æternam vitam sed haberet. 16 Sic quia mundum
Dilexit Deus, vt Natum concesserit eius
Vnigenum, non vt pereat, qui credit in illum
Omnis, sed vitam durantem semper haberet.
17 In mundum non misit enim Natum Deus eius,
Vt damnet mundum; per eum servetur at orbis.
18 Non condemnatur quisquis, qui credit in illum
Sed qui non credit, iam condemnatus is extat:
Quippe Dei quòd non in nomen credidit eius
Filij is vnigeni. 19 Hæc est condemnatio verò,
In mundum venit quia Lux, homines sed amarunt
Quàm lucem tenebras potiùs, quia facta fuerunt
Illorum mala. 20 Quisquis enim quæ sunt mala patrat;
Odit lucem, nec venit ad lucem, ne opera eius
Arguerentur. 21 At hic operam qui impendit in illud
Quod verè est rectum, conspectum lucis adibit:
Facta quòd ipsiûs fiant manifesta, secundum
Quòd sint facta Deum. 22 Post isthæc venit Iesus
Iudeæ in regionem, discipuli sed & eius:
Cumque ipsis degebat, baptizabat & illic.
23 Insuper atque Iohannes baptizabat in Ænon,
Iuxtà Salim; (quippe aquæ ibi fluxêre frequentes,)
Et veniebant, ac baptizabantur ibidem.
24 Nam fuerat nec adhuc in carceris *arcta* Iohannes
Coniectus. 25 Quocircà est quæstio nata quibusdam
Ex his discipulis, qui *nempe* fuêre Iohannis,
Cum Iudæis, circa *ritum* purificandi.
26 Atque accesserunt, dixerunt adque Iohannem,
Rabbi, qui tecum fuerat, Iordanis vbi extat
Traiectus, cui testificatum tute dedisti;
(En) is baptizat, veniunt omnes & ad illum.
27 Respondit, dixitque Iohannes; Non homo quicquam
Accepisse potest, è cœlo ni sibi detur.
28 Vos ipsi mihi testes estis me esse prophatum;
Non ego sum Christus, coram sed missus eodem.
29 Est sponsus sponsam qui habet; is sponsi sed amicus,

1. Ioh. 4.
Infr. 9. 39. & 12. 47.
Supr. 1. 4.
Infr. 4. 1.
Supr. 1 17. & 34.
Supr. 1. 20.

Qui

Qui stat & audit eum: lætatur læticiâ ille,
Ob vocem sponsi: completa est læticiâ (ergo)
Hæc mea. 30 Crescere eum, minus sed memet oportet.
31 Ille superne qui venit, eminet hic super omnes:
Qui de terra est, est terrenus, itemque profatur
Terrena, è cœlô qui devenit est super omnes.
32 Et quod vidit & audivit, testatur idipsum;
Istum testificatum nemo sed accipit eius.
33 Illud qui recipit quicquid testabitur, ipse
(Quòd Deus est verax) obsignavit. 34 Quia misit
Quem Deus, *in quæ* verba Dei sunt ipsa profatur.
35 Spiritum enim Deus ad mensuram non dedit *illi*.
Diligit ipse Pater Natum, dedit omnia in eius
Atque manus ipsi. 36 Natum qui credit in istum;
Vitam habet æternam. Qui non obtemperat autem
Nato; nequaquàm vitam isthanc ille videbit:
Immò sed ipsiûs manet ira Dei super ipsum.

Rom. 3. 4.
Mat. 11. 27
Habac. 2. 4
1. Ioh. 5. 10

Capvt IIII.

QVùm Dominus Pharisæos ergò audisse sciebat,
Nimirum plures quòd constituisset Iesus
Discipulos, etiam *plures* baptismatis vndæ
Intinxisset aquâ quàm fecerit ista Iohannes:
2 Ipse licèt Iesus non baptizabat, at eius
Discipuli: 3 Iudeæ tum tellure relictâ;
In Galilæam rursus abivit. 4 Oportuit autem
Per Samareiam transire illum. 5 Venit *is* ergò,
In Samaritanam quæ Sichar dicitur vrbem,
Iuxtà prædium idem dederat nato quod Iöseph
Ipse Iacobus. 6 Fons extabat ibique Iacobi.
Ergò, fatigatus Iesus faciens iter illàc;
Sedit ita ad fontem; *quumque* hora fuit quasi sexta;

Supr. 3. 22.
Gen. 33. 19.
& 48. 22.
Ios. 24. 32

7 Accessit mulier Samaritana, hauriat *ex hoc*
Fonte vt aquam. Cui dicit Iesus: Da mihi potum.
8 Discipuli fuerant ipsiûs namque profecti
Vrbem in eam, quòd emendo parare cibaria possent.
9 Hæc mulier Samaritana ergò dixit ad illam,
Qui, tu (Iudeus quùm sis) potum petis à me,
Quæ mulier Samarita existo? Nam Samaritis
Iudæi non vtuntur. 10 Respondit Iësus,
Ipsi dicebatque; Dei illud si modò donum
Scires, quis sit & is tibi dicens; Da mihi potum:
Abs illô petijsses tu, simul atque dedisset
Hic tibi aquam vivã. 11 Mulier (Domine) inquit eidem;
Nec quid habes quô haurire potes, puteusque profundus
Est: hic vnde latex idcircò sit tibi vivus.
12 Es tu numquid maior nostrô patre Iacobô,
Qui nobis dedit hunc puteum, bibit ipse de eoque
Filij & eius, item pecora eius? 13 Cui sed Iesus
Respondens dicebat, aquâ biberit modò quisvis
Ex hâc; rursus erit sitibundus. 14 Qui bibet vllus
Ex aquâ at hâc, ego quam dedero ipsi, fiet in illô
Fons salientis aquæ, vitæ viventis in æva.
15 Dicit ei muliercula; Aquam mihi da (Domine) istam,
Vt minimè sitiam, nec vt huc haurire venirem.
16 Cui Iesus dicebat; Vade, vocato maritum
Hucce tuum, simul advenias. 17 Respondit, eique
Dicebat muliercula; Vir non est mihi: Iesus
Ipsi dicebat; bene dix'ti, Vir mihi non est:
18 Quippe viros quinos habuisti, qui quoque nunc est
Vir tuus, haudquaquam *verè* est tuus ille maritus:
Dixisti hoc verè. 19 Mulier dicebat ad illum;
Deut, 12.6. Te Domine esse Prophetam cerno. 20 In monte parētes
Hôc nostri coluēre *Deum*: Vos dicitis atque,
Illum extare locum Solymis, vbi oporteat esse
Cultus adorandi. 21 Cui Iesus (Fœmina) dicit,
Crede mihi, venit hora, in quâ non monte vel istô,
Nec Solymitanâ Patrem recoletis in vrbe.
22 Vos estis cultum præstantes nescij *at* eccui:

Nos id adoramus quod scimus; quippe salus est
Ex Iudæis. 23 Sed venit hora, etiamque *ea* nunc est,
Quando colent Patrem veraci more colentes,
Spiritû, & *haud in ritibus*; & verò *absque figuris*:
Tales namque Pater quærit, qui semet adorent.
24 Spiritus est Deus, atque ipsis cultoribus eius,
Spiritualiter, & veraciter, hi quòd adorent,
Istud oportet eis. 25 Mulier dicebat ad ipsum;
Novi Messiam venturum, dicitur ille
Qui Christus: quùm venerit isthic omnia nobis
Narraturus erit. 26 Cui Iesus dicit; Ego *is* sum,
Qui loquor ipse tibi. 27 Venerunt intereaque
Eius discipuli, mirantes atque stupebant;
Cum mulierc'la quòd loqueretur. 28 Non tamen vllus
Dixit; Quid quæris? loqueris quid cum vel eâdem?
29 Hydriam ea ergò, suam mulierc'la reliquit, in vrbem
Et discessit, tunc habitantibus inquit ibidem
Illa; venite, videte hominem, quæcunq; patravi,
Qui mihi declaravit: Numquid Christus an hic est?
30 Exibant ex vrbe igitur, venêre & ad ipsum
31 Discipuli intereà, tunc ipsum porrò rogarunt,
Dicentes, Rabbi; manduca. 32 Dixit at ille
His; Habeo ipse cibum quô vescar: vos tamen estis
Illius ignari. 33 Dicebant discipuli ergô
Ipsi alijs alij: Numquidné cibi attulit ècquis
Huic? 34 Ait his Iesus; Cibus est meus iste; quòd eius
Exequar ipse voluntatem, qui memet *in orbem*
Misit, opusque ipsius vt essem perficiendo.
35 Dicere nonne soletis adhuc vos quattuor esse
Menses, tumque aderit messis? Vobis *ego* dico,
En, oculos attollite vestros, atque videte,
Vt regiones iam nunc sunt albedine tinctæ
Ad messem. 36 Qui porrò metit, simul accipit idem
Mercedem, fructum cogit demumque perennem
In vitam: quòd & is qui seminat, hic etiamque
Qui metit, exultare queat. 37 Dictum quòd in istô
Est illud verum; Siquidem qui seminat, alter;

4.Reg.17.29
2.Cor.3.17.
Mat.9.37.
Luc.10.2.

Qui metit, alter & est. 38 Emisi vos ego messum,
In quâ vos minimè posuistis messe laborem:
Sustinuêre laborem alij, vos inque labores
Introijstis eorum. 39 Multi ex vrbe sed illâ
Ex Samaritanis, credebant tunc in eundem,
Propter sermonem mulierc'læ testificantis
Illud quod dixit; Certè quæcunque patravi,
Is mihi narravit. 40 Samaritæ quùm simul ergò
Venissent ad eum, petierunt velle manere
Hunc apud ipsos; illic qui biduumque manebat.
41 Et credendo fidem multô plures adhibebant,
Existebant multo plures atque fideles
Ipsius propter sermonem. 42 Fœminæ & illi
Dicebant; Nequaquàm credimus ampliùs exhinc,
Sermonis ratione tui, qui audivimus ipsi
Illum nimirum, simul & cognoscimus esse
Ipsum reverâ Christum, Servator is est qui
Mundi. 43 Sed binis exactis inde diebus.
Illinc exivit: discessit & in Galilæam.
44 Testatus siquidem Iesus fuit ipse, Propheta
In propriâ patriâ quòd non habet *vllus* honorem.
45 Ergò quamprimùm devenerat in Galilęam,
Excepêre ipsum Galilæi, Quandò videbant
Omnia quæ Solymitanorum fecit in vrbe,
In festô. Ad festum venissent quùm simul ipsi.
46 Idcircò in Canâ Galileæ rursus Iêsus
Venit, vbi vinum de lymphâ fecerat *esse*.
Regulus inque Capernâum quidam fuit eccui
Filius ægrotabat. 47 Qui quùm audisset Iêsum
In Galileâ de Iudæâ abijsse; profectus
Est ad eum, descenderet vtq; petivit ab ipsô;
Illius & natum quòd sanum reddere vellet,
Nam moribundus erat. 48 Iesus ideoq; ait ipsi;
Non credetis, ni signa & mirac'la videtis.
49 Regius is (Domine) inquit ei; Descende, priusquàm
Ille meus puer emoriatur. 50 Cui inquit Iêsus,
Vade, tuus vivens est filius. Hic homo fidit

Matt.13.58 marc.6.4. luc.4.2.

Supr.2.11

Isti

Isti sermoni quem Iesus dixerat ipsi,
Estque profectus. 51 Sed quùm iam descenderat, illi
Servi occurrerunt, narrantes nuncia & aiunt,
Filius ille tuus vivit. 52 Quæsivit ab ipsis
Horam propterea, melius quâ cœpit habere:
Dixerunt & ei. *fuit* heri circiter horam
Septenam, tum dimittebat quùm febris illum.
53 Agnovit Pater ergò, in eâdem quòd fuit horâ,
In quâ Iesus dixit ei; Natus tibi vivit:
Ipseque credidit & domus eius tota. 54 Secundum
Hoc signum est rursus, quod Iesus fecit, ab illô
Quô de Iudæâ in Galilæam tempore venit.

CAP. V.

DEinde dies festus Iudæis post erat isthæc,
Et Solymam Iesus ascensum fecit ad vrbem.
2 Porrò Hierosolymis ad portam *quæ est* pecuina,
Est piscina Hebræis quæ Bethesda vocatur,
Porticibus quæ habuit, quinis habitacula structa.
3 In quibus ægrotorum copia magna iacebat
Lumine captorum, claudorum, membra fuerunt
Arida queis facta, expectantium aquam esse movendam.
4 Quandoquidem *Domini* descendit tempore certò
Angelus in Piscinam, & aquam turbabat: is ergò
Qui descendit aquam post motam primus in istam;
Sanus factus is est, à quoviscunque laborans
Esset detentus morbô. 5 Quidam fuit autem
Illic existens, qui in morbô exegerat annos
Triginta octo. 6 Istum quando vidisset Iesus
Decumbentem, nosset eum multum quoque tempus
In morbo quòd iam transegerat: inquit ad illum;
Vis sanus fieri? 7 Respondit languidus ipsi; (mota
Non habeo (Domine) *vllum* hominem, qui quando aqua
Est,

Levit.24.2.
Deut.16.1.

Est, me in piscinam dimitteret, intereaque
Dum venio ipse; prior descendens me ante it alter;
8 Ipsi dicebat Iesus; Assurge, grabátum
Tolle tuum sed, & ambula. 9 Et est hic illicò factus
Sanus homo; tunc sustulit ille suumque grabátum,
Et perrexit. Verùm Sabbatum erat die eôdem.
10 Ipsi quapropter sanus qui redditus esset,
Iere.17.2. Iudęi aiebant; Est Sabbatum, *ob id* licet *ergo*
Non tibi tollere grabbátum. 11 Respondit eisdem;
Qui memet sanatum reddidit, is mihi dixit;
Grabbátum tibi tolle tuum, proficiscitor atque.
12 Ipsum quapropter percontabantur; is ecquis
Existit tibi quæ dicebat; *nempe* grabátum
Tolle tuum, simul & proficiscitor. 13 Attamen ille
Qui sanatus erat, nesciverat ecquis is esset;
E turbâ siquidem subduxit semet Iësus,
Quæ fuit in locô eô. 14 Posthæc inuenit Iësus
Hunc in templô, dixit & illi; Factus es (ecce)
Sanatus, né pecces ampliùs, vt tibi ne quid
Deterius fiat. 15 Qui homo discedebat, & esse
Iudæis Iesum, qui sanum fecerat ipsum,
Narrauit. 16 Quocircà insectabantur Iësum
Iudæi, simul ipsum *posse* necare studebant.
Sabbatô ùt isthæc qui fecisset. 17 Queis at Iësus
Respondit; Pater vsque meus vel adhuc operatur,
Sup.7.19. Ipse simulq; operor. 18 Multò magis ergò studebant,
Ipsum propterea Iudei posse necare,
Sabbatum vt is non solùm qui soluisset; at immò
Esse Deum sibi Patrem dixit; se faciendo
Esse Deo æqualem. 19 Quare respondit Iësus,
Dixit & illis; Amen, Amen, inquio vobis;
Filius haud potis est operari semet ab ipsô
Ecquid; quin operantem Patrem viderit illud,
Quandoquidem quęcunque *Pater* facit ille; simulq;
Filius ipse etiam ratione pari facit isthæc.
20 Filium enim Pater ipsum diligit, omnia porrò
Quæ facit, hæc demonstrat ei, maiora opera hisque
Demon-

Demonstrabit ei, vos vt miremini. 21 Vt ipse
Nam Pater excitat illos qui sunt morte soluti
Vivificatque; ita vivificat quos Filius & vult.
22 Iudicat haud etenim Pater vllum; Filio at omne
Iudicium dedit; 23 Vt dent omnes Filio honorem,
Sicut honore colunt Patrem. Quisquis nec honorem
Dat Nato; Patrem (qui misit eum) nec honorat:
24 Amen, Amen, dico vobis, excipit ecquis
Aure meum sermonem, *corde* fidem dat & illi,
Qui me misit; habet vitam sine fine manentem.
Non venietque in iudicium, transivit at immò
A morte in vitam. 25 Amen, Amen, inquio vobis,
Hora quòd adventat, nunc præsens est etiamque,
Quando Dei sunt audituri morte soluti
Nati vocem, Tunc quicunque exaudierintque,
Vivent. 26 Namque vt habet vitam Pater ipsemet in se,
Filio itemque dedit sic vitam in semet habere.
27 Atque potestatem dedit huic, exerceat vt qui
Iudicium, ratione hominis quà Filius *hic* est.
28 Mirari nolite hoc, est ventura quòd hora,
Qua vocem (sunt qui in monumentis) illius omnes
Audituri. 29 Quùm prodibunt insimul illi, *Mat. 25.41.*
Qui bona fecerunt, erit his surrectio rursus
In vitam; verùm mala qui fecêre resurgent
Vt condemnentur. 30 De memet non ego quicquam
Omninò præstare queo: prout audio, *sed* sum
Iudicium exercens; mea Iudicijque potestas *Infr. 8.14.*
Est *data* iustà *lance:* voluntatem quia quæro
Non propriam, sed vt eius *facta sit* immò voluntas,
Qui me misit, *id est* Patris. 31 Quod si ipse ego testor
De me ipso; mea non est testificatio vera. *Mat. 3.17.*
32 Est alius de me qui testificatur; & eius
Testificatio quę de memet testificatur,
Quod sit idonea, novi. 33 A vobis missio facta
Est ad Iohannem, perhibebat se quoque testem *Supr. 1.27.*
Huic quòd erat verum. 34 Sed ego non testificatum

Abs

Abs homine accipio: Dico hæc sed vt esse queatis
Vos servati. 35 Erat ardens ille lucerna: fuitque
Lucens: vos autem voluistis in eius ad horam
Luce exultare. 36 Ipse habeo sed testificatum
Quàm sit Iöhannis maiorem: Namque opera illa
Quæ Pater ipse mihi dedit, hæc ad perficienda,
Quæ facio ipse opera, hæc inde memet testificantur:
Scilicet, ipse Pater quòd memet miserit. 37 Et qui
Misit me Pater, ipse est de me testificatus.
Matth.3.17 & 17.5 Deut.4,12. Illius vocem non audivistis & vnquam,
Eius nec speciem vidistis. 38 Non & habetis
In vobis eius sermonem porrò manentem:
Is siquidem quem misit, vos non creditis ipsi.
39 Scripturas scrutamini, in illis quippe putatis,
Vitam vosmet habere perennem: sunt & eædem
Quæ de me testantur. 40 Et haud est vlla voluntas
Vobis ad memet veniendi, vt vitam habeatis.
41 Gloriam ab vllô hominûm non capto. 42 Nil sed a-
Divini in vobis cognovi vosmet habere. (moris
43 Ipse mei Patris deveni in nomine, nec me
Accipitis. Si alius propriô sub nomine quisquam
Venerit; accipietis eum. 44 Vos quomodò fiet
Infr.12,4. Vt credatis, quum captetis gloriam habere
Ex alijs alij, minimè quoque gloriam habendam
Quęritis, à tribuente Deô quę profluit vnô.
45 Accusaturum me vos, nolite putare
Ante Patrem: Moses vos est qui accuset, is, in quô
Gen.3,15. & 22.18. & 49.10. Deut.18.15. Estis vos ponentes spem. 46 Fiducia namque
Est habita à vobis si Mosi; forsitan esset
Et mihi danda fides; isthic de me quia scripsit.
Illiûs scriptis minimè si creditis autem;
His ego quę dico credetis quomodò verbis?

CAP.

Capvt. VI.

TRans mare post isthęc Galileæ abscessit Iesus,
Quod Tiberiadis *est.* 2 Quē multaq; turba sequuta
Quúque edebat in ægrotis sua signa videret. (est,
3 At subijt Iesus in montem, sedit & illic
Cum sibi discipulis. 4 Fuit autem Pascha propinquans
Tunc Iudęorum festum. 5 Quandò ergò levasset
Ipse suos oculos Iesus; turbamque frequentem
Ad se conspexisset quandò venire, Philippo
Dicit; vt hi vescantur, panes vnde coemptos
Acquiremus? 6 Eum tentans dicebat at istud:
Ipse sciebat enim quid erat facturus. 7 Eidem
Respondendo Philippus *ait*; Denariolorum
Istis sufficiunt ducentorum neque panes
Vt capiant modicum quiddam vel quisquis eorum.
8 E sibi discipulis vnus dicebat ad ipsum,
Andreas frater Simonis Petri. 9 Habet isthic
Quidam quinque puer panes ex hordeô, *habet*que
Pisciculos binos. Sed quid sunt ista tot inter?
10 Sed dixit Iesus, homines discumbere posse
Efficite: At gramen multum fuit in loco eodem.
Discubuerunt ergò viri numero quasi quinque
Millia. 11 Tunc panes illos accepit Iesus,
Et postquàm grates egisset, distribuebat
Discipulis, hi discumbentibus autem
Illis discipuli; pariterque ex piscibus illis
His quantum libuit. 12 Quandò expletiq; fuerunt;
Discipulis *tum deinde* suis dicebat *Iesus*;
Cogite quanta superfuerint fragmenta, perire
Ne quicquam posset. 13 Collecta idcircò fuerunt:
Et cophinos duodenos implevère relictis:
Ex fragmentorum collectis, panibus illis
De quinis ex hordeô, eis remanentibus inde
Manducantibus. 14 Illi verò quandò videbant,
Ediderat quod signum Iesus; iste Propheta

Levit. 23,1. deutero. 16,1 Matt. 14,14 marc. 6,38. luc. 9,13.

Est verè, aiebant, qui erat is venturus in orbem.
15 Propterea quandô venturos nosset Iesus,
Seque abrepturos in regem velle creare:
In montem rursûs secessit solus is ipse.
16 Serum porrò *diei* factum quandò fuisset;
Mat. 14. 25. Discipuli eius descenderunt in mare. 17 Quumque
Mar. 6. 47. Ingressi navim sint; ibant trans mare, versus
Inde Capernáum, tenebræ iam tumq; fuerunt,
Et nec ad ipsos Iesus venerat. 18 Et mare (ventô
Ingenti flante) insurgebat. 19 Denique quandò
Viginti ad spacium stadiorum tum quasi quinq;
Aut sunt triginta provecti; conspiciebant
Pergentem Iesum supra mare, eumque propinquum
Navigio fieri; & timuerunt. 20 Ille sed inquit
His; ego sum, nolite timere. 21 In navigium illum
Ergo receperunt cupidè. Mox navigiumque,
Ad quam tendebat regionem, venit ad illam.
22 Posteriore die, turba hæc quæ cis mare stabat,
Quandò non aliam navem vidisset ibidem,
Tantùm præter eam, quam discipuli illius vnam
Ingressi fuerant, & quòd non introijsset
In navim cum discipulis ipsius Iesus;
Discipuli soli veruntamen eius abissent:
23 Ast aliæ venerunt à Tiberiade naves;
Iuxta stando locum, fuerant vbi pane refecti,
Gratiæ vbi à Domino sunt actæ: 24 Quando videret
Turba igitur Iesum non illic esse; nec eius
Esse ibi discipulos; ingressi sunt simul ipsi
Has in naves, deinde Capernaumque resulcant,
Quærentes Iesum. 25 Quò trans mare deindè repertô,
Illi dixerunt; hûc Rabbi, quando reversus
Venisti? 26 Respondit Iesus, dixit eisque;
Amen, Amen, dico vobis; quęritis haud me,
Signa quòd aspexistis, pasti sed quia satis
Supr. 1. 32. Panibus ex illis, saturi factique fuistis.
Mat. 3. 17. 27 Non operam ponatis in hoc, acquirere pastum
& 17. 3. Qui perit, immò cibum qui in vitam perpetis ævi

Permanet,

Permanet, est hominis quem Filius ille daturus
Vobis: Namque Pater (Deus) obsignavit eundem.
28 Dixerunt quapropter ad illum; *Quid* faciemus,
Illa Dei vt quæ sunt opera exequeremur? 29 Iesus
Respondit, dicebat & ipsis; Hoc opus illud
Est Dei, vt is quem misit, vos credatis in ipsum.
30 Dixêre ergò illi; *Quod* signum tu facis, ergò,
Vt videamus, vt atque fidem tibi habere queamus?
Quidnam operaris? 31 Edebant nostri Manna parentes
In desertô illô: Scriptum velut *istud* habetur;
Panem cœlestem vescendum contulit ipsis.
32 Ergo Iesus, vobis Amen, his ait, Amen,
Dico; Non Moses vobis panem dedit illum
Cœlestem: Pater immò meus vobis dat eundem
Panem, qui existit cœlestis, verus. 33 Is ille
Namque Dei est panis, qui descendebat ab ipsô
Cœlô, & dat vitam mundo. 34 Dixêre ideò illi;
Da nobis Domine istum panem semper. 35 Iesus
His autem dixit. Vitæ sum panis is ille
Ipsemet. esuriet nequaquàm, qui venit ad me;
Non vnquam sitiet, *Quisquis* qui credit & in me.
36 Sed dixi vobis; vidistis me; sed & estis
Credentes minimè. 37 *Quicquid* mihi dat Pater, ad me
Est venturum: *Qui* venit ad me non etiamque
Eiectabo foras illum. 38 *Quia* cœlitùs isthûc,
Nempe voluntatem propriam facturus vt essem,
Descensum minimè feci, facerem sed vt eius
Immò voluntatem, qui misit me. 39 Sed & hæc est
Eius(*id est* Patris qui misit me) ipsa voluntas,
Ex illô mihi quod dederit non perdere quicquam:
Suscitem at immò (dies *cùm venerit* vltimus,) illud.
40 Illius existit sed-enim-verò ista voluntas
Qui me misit, Filium vt is qui conspicit omnis,
(Atque in eum credit,) vitâ æternâ ille fruatur,
Vltimo ego die eum *de morte iterumque* ciebo.
41 Ergò, Iudæi super hôc mussare frementes
Cæperunt, quoniam dixisset; Panis ego ille

Sum,

1. Ioh. 3. 23.

Exod. 16. 14.
Num. 11. 7.
Psal. 77. 24.
Sap. 16. 20.

Eccle. 24. 29.

Sum,qui de cœlô descendi. 42 Nunquid,& hic est
Iesus (dicebant) Iosephi filius ille, *Matt.13.55*
Patrem cuius nos & matrem novimus? Ergò,
Isthic, è cœlo descendi,quomodò dicit?
43 Iesus propterea respondit,dixit eisque;
Inter vos fremitus ne fiat murmuris vllus:
44 Ad me nequaquàm potis est accedere nemo,
Ni Pater is memet qui misit, traxerit illum.
Hunc ego porrò die postremo susque citabo.
45 *Namque* Prophetarum scriptis inscribitur *istud*;
Rursus erunt omnes Divino à Numine docti. *Esai.54.15.*
Quapropter quicunque à Patre audivit, & *ista* *Ierem.32.33.*
Is didicit; venit ad me. 46 Non quòd viderit vllus
Patrem ipsum,nisi qui à Deo is est: aspexit is ipsum *Matt.11.27.*
Patrem. 47 Vobis, Amen, Amen, aio; Quisquis
In me credit habet vitam *sine fine* manentem
Æternum. 48 Vitæ sum panis ego *ipsemet* huius.
49 Vestri in desertô comedebant manna parentes,
Et fatô defuncti sunt. 50 Est panis hic ille, *Exod.16.15*
Qui descendebat de cœlô, vescitur vt qui
Illô, nequaquàm moriatur. 51 Panis ego is sum
Vivificus,descendit qui è cœlô. Ederit ecquis
Ex hoc pane, æternùm vivet. Panis is autem
Quē dabo ego,mea *nempe* caro est,ego quam dabo mundi
Pro vitâ. 52 Pugnarum lites ergo movebant
Adversus Iudęi alios alijque, aientes;
Iste suam carnem poterit dare quomodo nobis,
Ad manducandum? 53 Iesus idcircò ait illis:
Aio,amen,amen,vobis;carnem nisi edetis
Nati hominis,bibituri eius sitisque cruorem;
In vobis vitam nequaquàm *prorsus* habetis.
54 Ille meam carnem comedet quiscunque, cruorem
Atque meum potabit; habet sine fine manentem
Vitam, quem ipse die extremoque resurgere reddam.
55 Est mea namque caro verè cibus; est meus atque
Sanguis reverâ potus. 56 *Si* vescitur ecquis
Carne meâ, simul atque meum bibit ille cruorem;

Permanet

Permanet *hic* in me, simul & *maneo* ipse in eôdem.
57 Sicut me misit vivens Pater ille, *ita* vivo
Atque ego per Patrem: qui manducaverit & me;
Hic per me quoq; vivet. 58 Panis is ipsemet hic est,
Qui descendebat de cœlô: Non proût illi
Patres vestri manducarunt Manna, & *ijdem*
Fatô sunt functi. Qui panem manderit istum,
Vivet in æternum. 59 Verba isthæc in Synagogâ
Dixit, in *vrbe* Capernâum tum quando doceret.
60 Quapropter plæriq; ipsiûs discipulorum;
(Istis auditis,) Existit durus hic (aiunt)
Sermo: Quis potis est *tolerare*, audiret vt illum?
61 Quùm verò novisset Iesus semet ad ipsum,
Murmure quòd super hôc fremitarent discipuli eius;
Dixit eis, Hoc vos offendit? 62 Quid si ideoq;
Ascendentem Natum hominis videatis eodem, *Supr. 3. 13.*
Hic prius esset vbi? 63 *Nimirum* Spiritus illud
Est quod vivificat, prodest minimè caro quicquam.
Isthæc quæ vobis ego *iam* sum verba loquutus,
Spiritus existunt, vita & sunt. 64 Attamen extant
Ex vobis ipsis quidam, qui credere nolunt;
Namq; à principio Iesus cognoverat illos,
Essent hi quinam, qui nollent credere quisnam
Proditor ipsiûs fueritq; futurus. 65 Et inquit
Propterea dixi vobis: Non posse venire
Ad me quenquam, à Patre meo nisi detur eidem.
66 Ex hôc *tempore* multi ipsiûs discipulorum
Discessêre ab eo, iam tumque nec amplius vnà
Secum versati fuerant. 67 Ergò, inquit Iesus
Ad duodenos, Núnne etiam vos vultis abire?
68 Quapropter Simon Petrus respondit eidem,
Ad quem nos (Domine) ibimus à te, verba ea habente,
Quæ sunt æternæ vitæ. 69 Et nos credimus, atque *Mat 16. 16.*
Novimus, es quoniam tu Christus, Filius idem
Ille Dei vivi. 70 Iesus respondit eisdem;
Numquid ego vosmet non elegi duodenos;
Dæmon & obtrectans est inter vos *tamen* vnus?

De Iudâ Iſcariotâ ſed fuit iſta loquutus
Simonis natô: ſiquidem fuit inde futurum,
Proderet hic vt eum, duodenorum qui erat vnus.

Capvt. VII.

POſthæc Ieſus verſabatur & in Galilæâ,
In Iudæâ etenim verſari noluit, id quod
Iudęi ſtuduerunt illum poſſe necare.
2 Feſtum porrò Tabernaculorum inſtare propinquum
Iudæis cœpit. 3 Fratres quapropter ad illum
Eius dixerunt; Hinc tranſi, digreditorque
In Iudæam, diſcipuli quòd & hi tibi qui ſunt,
Quæ tu facta operaris poſſint illa videre.
4 Nemo quòd occultè quicquam facit, expetit eſſe
Ipſe etiam celebris: Si hæc efficis, effice temet
Eſſe palam mundo manifeſtum. 5 Nam neque fratres
Credebant in eum. 6 Quibus ergo dicit Ieſus;
Opportunum nondum tempus adeſt mihi; verùm
Tempus adeſt veſtrum, ſemper *ſe offerre* paratum.
7 Non odiſſe poteſt vos mundus, me tamen odit,
Quandoquidem de illô conteſtor ego, mala *nempe*
Illius eſſe opera. 8 Ad feſtos attamen eſte
Hoſce dies vos Aſcendentes: Ipſemet autem
Aſcendo ad feſtum nondum: nondum mihi tempus
Quippe quòd impletur. 9 Quæ quùm dixiſſet at ipſis;
In Galilæâ manſit. 10 Conſcendêre at ût eius
Fratres ad feſtum; tunc aſcendebat & ipſe,
Non manifeſtè, ſed tanquam foret *illud* opertè.
11 Ipſum Iudæi quærebant proptereaque
In feſtô, ſimul & dixerunt, eſt vbi is ille?
Turbaque muſſabat ſuper ipſô murmure multô.
12 Dicebant alij ſiquidem; bonus eſt vir *habendus*,
Aſt alij dicebant, non: ſeducit at immò

Infr.8.20.

Turbam.

Turbam. 13 De tamen illô est nemo loquutus apertè,
Præ Iudæorum *reprimente* timore *loquelam*.
14 In mediô festi sed iam *labente* diêi;
In templum conscendit Iêsus, atque docebat.
15 Iudæi (aientes) capti sunt atque stupore;
Quando literæ ei sunt notæ, quum *tamen* illas
Non didicit? 16 Respondit eis, & dixit Iesus;
Non mea doctrina est mea, qui me misit at eius.
17 Compræstare voluntatem si quis volet eius;
Is de doctrina cognoscet, Numinis[illegible] sit
Hæc ex Divinô; loquar anne ego memet ab ipsô.
18 Qui loquitur de semet is ipsô, quæritat idem
Gloriolam propriam: Qui quærit gloriam at eius,
Ipsum qui misit; verax hic est, & in illô
Non iniusticia est. 19 Legem vobis dedit annon
Moses? Nemo tamen de vobis præstat eandem
Legem. quânam me ratione necare studetis?
Respondit turba, atque ait; Est tibi dæmon: an ecquis
Velle occidere te conatur. 21 Tunc & Iêsus
Respondens illis dicebat: Feci opus vnum,
Omnes mirandô perculsi estisque stupore.
22 Non est propterea data circumcisio vobis
A Mose, (ac si quæ fuerit de Mose *profecta*,
Immò sed ex Patribus,) per Sabbata quando hominemq;
Circumciditis. 23 At si circumcisio detur
Accipienda homini per Sabbata, Lex ea Mosis
Vt non solvatur; mihi an indignamini ob istud,
Totum hominem sanum quoniam per Sabbata feci?
24 Iudicium speciem nequaquam ferte secundum:
Illud iudicium iustum quin-immò feratis.
25 Propterea, quidam dicebat de Solymitis,
Quem quærunt occidere númnon ipsemet hic est?
26 Attamen ecce, palam loquitur, nihil & sibi dicunt:
Numquid noverunt Primores, hic quia verè
Est Christus. 27 Veruntamen hic sit novimus vndè:
Christus verò quando venerit, vnde sit ille,
Cognoscet nemo. 28 Quarè clamabat Iêsus

Numinis an [illegible]
Exod. 24. 3.
Supr. 5. 18.
Leuit. 12. 3.
Gen. 17. 10.
Deut. 1. 18.

In templo ille docens, ac dicens; Me quoq; nostis,
Vndeq; sim nostis: Non veni & memet ab ipsô;
Verus at est qui misit me, quem vos neque nostis.
29 Ast ego novi illum, quòd ab ipso sum; sed & ille
Me misit. 30 Quærebant ergo prendere *posse*
Illum, nemo manum tamen inijciebat in ipsum,
Eius quandoquidem nec adhuc advenerat hora.
31 Ex turba multi confisi sunt sed in illum,
Et dicebant: Num (quùm Christus venerit) edet
Pluráne signa istis, ea sunt quàm quæ facit iste?
32 Hæc audiverunt Pharisæi murmura turbam
Spargentem de illo; miserunt & Pharisęi,
Atque Sacerdotes primâ de classe, ministros,
Hunc vt comprendant. 33 Illis ergò inquit Iēsus;
Infr.13.33. Vobiscum paulisper adhuc ero, tunc & abibo
Hinc, ad eum memet qui misit. 34 Quęrere memet
Tum satagetis, non veruntamen invenietis:
Atque ego vbi fuero, vos non adeundo potestis
Illô accedere. 35 Dixêre ergò semet ad ipsos
Iudæi; Quò est hic abiturus, vt inveniamus
Nos non illum? Discessurus nunquid ad illos
Est Græcos, dispersi qui sunt; *numquid* eosque
Hic docturus erit Græcos? 36 Est sermo quis iste
Quem dixit; Quęretis me, & non invenietis;
Illò vbi ego fuero vos nonque potestis adire?
Leuit.23.36. 37 Vltimo at eiusdem festi magnô die in illô,
Prostabat (dicens) & proclamabat Iēsus,
Siquis sit sitiens, ad me ille venito, bibatque.
Esa.54.1. 38 In me qui credit, (sicut scriptura profatur,)
Exilientis aquæ vivæ de ventre fluenta
Ioel.2.28. Eius larga fluent. 39 Istud de Spiritû at inquit,
Act.2.17. Quem percepturi credentes sunt in eundem.
Nam nec adhuc erat *elargitus* Spiritus Almus:
Quandoquidem Iesus est nondum glorificatus.
Deut.18.15. 40 Istum sermonem quùm audissent ergò catervâ
Ex istâ multi, dicebant; Iste propheta
Ille quidem verè est. 41 Alij dixêre *sed*, iste

Ipsemet

Ipsemet est Christus. Quidam dixêre sed immò;
E Galilęâ numquid enim venturus is ille
Est Christus? 42 Nummon Scriptura è semine David, *Mich.5.2.*
Bethleem itemque ex vicô, vbi David erat, profitetur *Mat.2.5.*
Illum venturum Christum? 43 Factum fuit, ergò,
Dissidium gliscens in turbâ propter eundem.
44 Ex ipsis sed eum voluêre prehendere quidam:
Nemo manus veruntamen inijciebat in ipsum.
45 Ergo Sacerdotes ad summos, & Pharisæos,
Accessêre ministri; qui dixêre & eisdem;
Qua vos de causâ non adduxeritis illum?
46 *Illis* responsum qui tum retulêre ministri;
Non homo sic, homo vt iste, est vnquam verba loquutus.
47 Illis responsum Pharisæi idcircò dederunt.
Ergóne seducti numquid vos insimul estis?
48 Ex primoribus anne in eundem credidit ecquis,
Sive quis ex ipsis Pharisæis? 49 Turba sed ista,
Quæ legem non novit, quæ est maledicta caterva. *Supr.3.2.*
50 Nichódemus dicit eis, qui venerat ille
Nocte ad eum, quùm *scilicet* esset is vnus eorum; *Deut.15.8.*
51 Numquid lex hominem condemnat nostra, priusquàm *& 23.13.*
Ex ipso audierit, cognoverit atque quid ille
Efficiat? 52 Responderunt, dixêre & eidem;
Numquid tu Galilæus & es? Scrutare, videque,
E Galilæâ non exsurrexisse Prophetam.
Vnusquisq; domum propriam sunt atque profecti.

CAPVT VIII.

IN montem porrexit Iesus tunc Olearum:
2 In templô rursus diluculò & adfuit, omnis
Tunc & adibat eum populus, docuitq; sedendo
Illos. 3 Atqui verò ad eum Scribæ & Pharisæi
Adducunt mulierc'lam, quæ fuit ipsa prehensa

Actû in adulterij, statuentes in medioque
Hanc; 4 Ipsi dicunt, Preceptor, fœmina factô
Ipsô in adulterij patrandô erat ista prehensa.
Leuit.20,10. 5 In lege at Moses nobis mandavit, vt ille
Quę fuerint tales, lapidentur: Tu(ergò)quid inquis?
6 Hoc autem dixêre, ipsum tentamine adorti,
Accusare vt eum possent. Se porrò deorsùm
Incurvans, digitô in terrâ scribebat Iēsus.
7 Quando sed ipsum(continuantes vsque rogarent;
Erexit semet resupinum, dixit eisque;
Deut.17.7. A peccato vestrûm qui est immunis, in illam
Injciat primus lapidem. 8 Rursusque deorsum
Pronuus inclinans, terrâ scribebat in ipsâ.
9 His verò auditis, quandò arguerentur ab intùs,
Mente suâ malè consciâ eisdem; quisque seorsìm
Vnus post alium discessère, ordine factô
Primitùs, à senioribus, vsque extremum ad *eorum*.
Estque relictus solus Iēsus, & muliercla
In mediô stans. 10 Sed quum se erexisset Iēsus;
Et nullum præter mulierclam quandò videret;
Illi dicebat: Muliercula; sunt vbi qui te
Accusarunt? Condemnavit nemóne tete?
Supr.1.5. 11 Nemo(ait atqui isthæc)Domine. Huic sed dixit Iēsus;
Infr.19.5. Nec te ego condemno; vade, & non amplius exhinc
Pecca. 12 Rursus eis Iesus est ergò loquutus,
Infr.9.5. Dicens; Lux ego mundi sum, me quisque sequutus;
Supr.1.5. In tenebris non perrecturus erit, sed habebit
Vitę lumen. 13 Ei dixêre igitur Pharisęi;
Tu de ipsô temet testaris; testificatus
Est inidoneus iste tuus. 14 Respondit Iēsus,
Supr.5.31. Dixit & his; Ipsô de ipsô quamvis ego testor
Testificatus idoneus est meus iste, quòd vndè
Veni, cognosco, & quò vado. vos tamen vndè
Veni, nequaquàm cognoscitis, & quò ego vado.
15 Iudicium fertis vos carnis *suasu* secundum;
Non ego Iudicium de quôquam profero. 16 Quod si
Iudiciumque etiam *de* quôquam ferre ego vellem;

Iudici-

Iudicium meum idoneum id est, quia non ego solus
Existo, sed ego, & qui me misit Pater. Atqui
In lege est vestrâ scriptum, quòd testificatus
Ore duorum hominum sit idoneus. 18 Ipse ego sum qui
Testor de me ipso: Pater & mihi testificatur,
Qui me misit. 19 Dicebant quapropter ad ipsum;
Est vbinam Pater ille tuus? Respondit Iësus;
Me nequaquàm cognovistis, sed neque Patrem
Huncce meum: Si cognossetis me; mihi Patrem
Et cognossetis. 20 Verba ista loquutus Iësus
Est, vbi eis gazę nummaria constitit area,
In templi æde docens, ipsum nemoque perhendit;
Scilicet, ipsius quia nondum venerat hora.
21 Iesus ergo iterùm dicebat eis; Ego vado,
Et me quęretis. moriêmini in hôc etiamque
Peccatô vestrô. Quò ego vado venire potestis
Vos nequaquàm. 22 Iudęi dixêre ideoque;
Númne trucidabit sese ipsum; dixerit vt qui,
Vos nequaquàm quònam ego vado venire potestis?
23 Dixit & illis; Vos ex *inferioribus* estis
Hisce *locis*; Ego *verò* ab ijs existo supernis.
Estis vos ex istô mundô: Non ego ab istô
Mundo sum. 24 Vobis ideò dixi, morituros
Vos in peccatis vestris. Nisi credideritis
Namque, quòd ille ego sum; vestris moriemini in istis
Vos peccatis. 25 Dixerunt quapropter ad illum;
Tu quis es? His tunc dixit Iesus; *Id* quod ab ipsô
Principiô & dico vobis. 26 Complura loquenda
De vobis habeo, atque vt iudicem: at ipsemet immò
Qui me misit verax est: Ego quęque ab eodem
Audivi, mundo loquor hęc. 27 Minimé*que* sciebant,
Hæc illis ipsum de Patre fuisse loquutum.
28 Ergo his inquit Iësus, quando levabitis ipsum
Filium in altum hominis; tum me agnoscetis eum esse,
Omninoque nihil facio quòd memet ab ipsô,
Sed proüt ipse Pater docuit me, proloquor ista.
29 Mecum qui me misit & est; non ille reliquit

Deut.17.6. & 19.15. Mat.18.16. 2.Cor.13.1. Hebr.10.28.

Me solum Pater, illi namq; placentia quę sunt
Semper ego efficio. 30 Fuit isthæc quando loquutus;
Multi credebant in eum. 31 Dicebat Iesus
His sibi Iudæis, qui crediderant ideoque;
In sermone meo vos si modò permaneatis;
Verè eritis mihi discipuli. 32 Simul atque scientes
Illud vos eritis quod verum existit; itemque
In libertatem verum vos asseret illud.
33 Cui responderunt; Abrahæ semen sumus, atque
Non cuiquam servivimus vnquam: Quomodò dicis
Tu, quòd vos in libertatem vindice subtus
Estis ponendi? 34 Iesus respondit eisdem;
Amen, Amen, dico vobis; si facit ecquis
Peccatum, servus peccati existit is omnis.

Rom. 6. 20.
2. Pet. 2. 19.

35 Perpetuò manet at nequaquam servus in æde:
Filius æternùm manet. 36 Hic si Filius, ergò,
In libertatem vos vindicet, estis habendi
Verè liberi. 37 Abrahæ vos agnòsco quod estis
Semen. Quęritis atqui memet *posse* necare,
In vobis quia sermo locum minimè capit vllum
Iste meus. 38 Quod apud Patrem vidi, id loquor ipse,
Et quod apud Patrem vestrum vidistis, idipsum
Vos facitis. 39 Responderunt, dixêre & eidem;
Est Abraham noster pater. Illis dicit Iesus;
Essetis si Abrahæ soboles, opera efficeretis
Ipsa Abrahami. 40 Nunc autem me *posse* necare
Estis quęrentes hominem, vera illa loquentem
Vobis, quę Deo ab ipsô audivi. Non Abrahamus
Hoc fecit. 41 Vos Patris vestri opera ipsa patratis.
Dixerunt quapropter ei; geniti sumus haud nos
Ex illegitimo conceptû seminis; vnus
Est nobis Pater ipse Deus. 42 Quapropter Iesus
His dixit, Deus esset vobis si Pater, & me
Diligeretis: namq; Deo prodivi ego ab ipsô,
Et veni. Siquidem non veni memet ab ipsô,
Is sed me misit. 43 Quânam ratione loquelam
Non agnoscitis hancce meam: quî namq; potestis

Non

Non audire meum sermonem. 44 Dæmone Patre 1. Ioh. 3. 8.
Vox ex blasphemante estis. vestriq; cupita
Vos desideria ipsa patris complere studetis.
Mox à principiò fuit ille homicida *creatò*,
Perstitit & non ipsò in verò. quippe in eodem
Nil veri existit. Qui quandocunque loquatur,
Quod mendacium erit, loquitur de propriò idipsum,
Mendax est etenim, mendacij item pater ille.
45 *Vos* atenim-verò minimè mihi creditis, id quòd
Illud ego affirmo, quod sit *tantummodo* verum.
46 Quis de peccato me ex vobis arguit? atqui
Si quod verum est, dico; fidem cur non mihi habetis?
47 Is qui est à Divinô Numine, verba Dei audit, 1. Ioh 4. 6.
Propterea vos non auditis, Numine quòd non
A Divinô estis. 48 Responsa idcircò dederunt
Iudæi, aiebant & ei; Benè dicimus annon
Quòd Samaritanus sis, dæmonium *te* & habere?
49 Respondit Iesus; Ego dæmonium haud habeo *vllum*,
Sed Patrem honoro meum. Vos insimul opprobrioque
Afficitis memet. 50 Propriam non gloriam at ipse
Quero meam: qui quærat at est, qui iudicet isque.
51 Amen, Amen, dico vobis; Si modò servans
Sit quiscunque mei verbi; non ille videbit
Mortem prorsus in æternum. 52 Dixêre ideoque
Ipsi Iudæi; Nunc scimus temet habere
Dæmonium. Est Abrahamus mortuus, atque Prophetæ:
Sermonemque meum si quis servabit, ain' tu,
Mortem non gustabit in æternum? 53 Patre nostrô
Num tu maior es illô Abraham, quùm mortuus hic sit;
Quùm fatô functi sunt illi etiamque Prophetæ?
Ipsum te quem tute facis? 54 Respondit Iesus;
Glorifico si ego quandò meipsum; gloria nil est
Hæc mea. Glorificat qui me, Pater est meus ille,
Esse Deum vestrum quem vosmet dicitis. 55 At non
Nostis eum; sed novi ego eum; si dixero meq;
Ipsum non novisse; ero vobis assimilandus,
Hic est mendax: sed novi ipsum, servo simulque

Eius

Eius sermonem. 56 Vester Pater ille Abrahamus
Huncce diem spectare meum gestiuit, & istum
Vidit, & est gauisus. 57. Ei dixêre ideoq;
Iudæi; Quinquaginta anni sunt tibi nondum,
Et vidisti Abraham. 58 Quibus Amen, (dixit Iêsus,)
Amen, vobis dico; Priusquàm Abrahamus is esset
Factus; ego sum. 59 Tunc lapides idcircò tulerunt,
Vt iacerent in eum; sed Iesus se abdidit ipsum,
Exiuitque è templò * Quùm medios per eorum.
Transiuisset, quos ita demùm præterijtque.

* *Hæc in vetustis codicibus & Nonnio*

Capvt. IX.

PRæteriensq; videbat quendam lumine captum
A natalicijs *eius*. 2 Tunc discipuliq;
Eius *dicentes* precontabantur ab ipsô;
Rabbi quis peccauit; an hic, eiúsve parentes,
Natus vt hic esset cæcus? 3 Respondit Iêsus;
Hic neque peccauit, neque peccauêre parentes
Eius, *vt hic natus sit cæcus*; *cæcus* at immò
Natus is existit, Diuina opera vt manifesta
Ipsa Dei fiant in eodem. 4 Memet oportet
Illa opera eius qui me misit, adusque operari,
Donec *aperta* dies est. Nox venit, indè operari
Nemo potest. 5 In mundô existo tempore quantô;
Lux mundi existo. 6 Quùm verò dixerat istud;
In terram spuit, atque lutum è sputamine fecit,
Ipsius cæcique lutum hoc illevit ocellis.
7 Huic & ait, vade, ablue ocellos in Siloâná
Piscinâ. Quòd significat, (si interpres es eius),
Missus. Quapropter discessit & abluit eius
Ille oculos; redijtque videns. 8 Idcircò propinqui,
Et qui vidissent ipsum cœcum priùs esse;
Dicebant, Nunquid non is qui sederat, hic est,

Et

Et mendicabat? 9 Dixêre alij, ipsemet ille est.
Ast alij; est illi similis. *Veruntamen* ille
Dixit, Is ipse ego sum. 10 Dixerunt ergò ad eundem,
Quomodò sunt oculi tibi aperti? 11 Rettulit ille,
Et dicebat, quidam nomine dictus Iesus,
Ille lutum fecit, mihi & hôc illeuit ocellos
Atque ad piscinam Siloam, mihi, vadito, dixit.
Ablutoque, & abiui, & laui, conspicioque.
12 Dixêrunt ergo illi; vbi is est? Qui nescio dixit.
13 Adducunt illum ad Pharisæos, qui fuit olim
Cæcus. 14 Erat sed Sabbatum eodem tempore Iesus
Quandò lutum faceret, simul atque aperiret ocellos
Illius. 15 Rursus quapropter & hi Pharisæi
Percontati sunt ab eodem; quomodo adeptus
Ille facultatem visû discernere posse,
Esset? At hic ait illis; imponebat ocellis
Ipse meis lutum, & ablui *ocellos*, aspicioque
16 Proptereà quidam dicebant è Pharisæis;
Hic homo Diuino non est à Numine; namque
Sabbati is obseruans non est: Alij dicebant;
Qui peccator homo queat edêre talia signa?
Dissidiumque erat inter eos. 17 Huic rursus & aiunt,
Qui fuerat cœcus; Quid de ipsô tutemet inquis,
Esse tuos oculos siquidem quòd fecit apertos?
18 Hic autem dicebat *eis*; est nempe Propheta.
Ergò, Iudæi nolebant credere, de istô,
Quòd cæcos oculos habuisset, quódque videndi
Ipse facultatem *tum deinde* fuisset adeptus:
Eius compellassent donec adusque parentes
Aspiciendi cui fuit hæc donata facultas.
19 Et percontati (dicentes) sunt ab ijsdem
Hiccine num vobis existit filius, ille,
Vos etiam cœcum natum quem dicitis esse?
Proptereà, ergò videns est factus quomodo demum?
20 Respondêre eius dixêre ipsique parentes
Quòd noster sit filius isthic, nouimus illum,
Et quòd erat natus cæcus. 21 Nunc quomodò verò

Aspiciat;

Aspiciat; nescimus: apertos aut quis ocellos
Fecit ei; nescimus nos: ætatis is ipse est;
Percontemini eum; de semet is ipse loquetur.
22 Hæc dixêre parentes eius, quippe timebant
Iudæos; Quia iam Iudæi constituerunt,
Ipsum pro Christô si sit quiscunque professus,
Eijceretur vt è Synagogâ. 23 Propterea eius
Hisce Parentes, ætatem, dixêre, habet *ipse*,
Percontamini eum. 24 Revocarunt ergò secundò
Hunc hominem, qui cœcus erat, dixêre & eidem;
A te gloria sit retributa Deo: Esse hominem istum
Peccatorem scimus nos. 25 Respondit is ergò,
Et dixit; Peccator num sit, nescio, *tantùm*
Hoc vnum novi, fuerim quùm cœcus ocellis,
Nunc video. 26 Cui aiebant rursùs, Quid tibi fecit?
Reddidit hic oculos tibi quomodo, sint vt aperti?
27 Iam vobis dixi, (qui respondebat eisdem)
Et non audistis: Cur nunc audire voletis
Rursus? Discipuli fieri num vos quoque vultis
Eius. 28 In hunc ergò convicia reijciebant,
Et dicebant; Discipulus tute illius esto:
Discipuli Mosis *tantùmmodo* nos sumus autem.
29 Mosi quippe Deum scimus nos esse loquutum:
Vndè sit hic verò, nescimus. 30 Dixit eisq;
Hic homo respondens. Est mirum scilicet illud,
Sitis quòd vos ignorantes, ille sit vnde:
Quùm tamen ipse oculos mihi apertos fecerit esse:
31 Novimus at quòd peccatores non Deus audit:
Si quis at immò Dei cultor fiet, exequiturque
Illius ipse voluntatem; *Deus* audit eundem.
32 A sæc'lô auditum non est quemcunq; fuisse,
Huic qui oculos qui est cœcus natus, fecit apertos:
33 Ni foret à Deo is, haud quicquam præstare valeret.
34 Cui responderunt, dixerunt & sibi: Natus
In peccatis es tu totus, tuq; doces nos?
Eiecêre ipsumq; foras. 35 Audivit Iêsus
Hunc iactum esse foras; quandò invenisset eumque;
Dixit

Dixit ei; Credisne Dei tu Filium in illum?
36 Qui respondebat, dixitque; ecquis (Domine) ille
Est, vt in hunc credam? 37 Cui verò dixit Iesus;
Et vidisti ipsum, qui etiam loquitur quoq; tecum,
Ipsemet est. 38 Isthic atqui (Credo Domine) inquit,
Hunc & adoravit procidens. 39 Tum dixit Iesus;
Iudicis officiô veni functurus in istum
Mundum, vt qui nequaquàm cernunt, cernere possint:
Vt qui cernentes sunt, cæci denique fiant.
40 Quidam de Pharisæis audivêre sed ista,
Qui cum ipso fuerant; dixêre & ei; Sumus anne
Nos etiam cæci? 41 Iesus dicebat eisdem;
Vos nec haberetis peccatum, si modo cæci
Essetis; Sed nunc quùm dicitis; immò videmus;
Propterea vestrum peccatum permanet ergò.

Supr.3.17.
Infra.12.47.

CAPVT. X.

AMen, Amen, dico vobis, qui facit eius
Ingressum, non ille per ostium *ovilis* in ipsam
Caulam ovium; verùm conscenderit hic aliunde,
Fur est ille, & latro. 2 Si quis at ingrediatur
Immò per ostium, is est ovium pastor. 3 Reserabit
Ianitor huic, auscultant voci ipsiûs ovesque,
Evocat ille suas & oves, de nomine quamque,
Atque educit eas. 4 Quandò simul atque sit eius
Emissurus oves; præcedens anteit illas,
Atque sequuntur oves ipsum, vocem quia norunt
Ipsiûs. 5 Sed non sequituræ sunt alienum,
Quin fugient ab eô, vocem novêre quod illæ
Non alienorum. 6 Similatâ est vsus Iesus
Istâ sermonis formâ: veruntamen illi
Non perceperunt, quæ erat ipsis ista loquutus.
7 Iesus quapropter dicebat rursus eisdem,
Amen, Amen, vobis dico, quòd ostium ego sum

Hoc

Hoc ovium. 8 Quotquot venerunt me ante, *professi*
Quòd sint ostium; ij omnes fures suntque latrones;
Hæ sed oves illis non auscultare volebant.
9 Ostium ego existo, per me si intraverit ecquis;
Est servandus; & ingredietur, & egredietur.
Inventurus erit quoque pascua. 10 Non venit ille
Qui fur existit, nisi quòd furetur, *ovesque*
Vt mactaret, perderet atque: Ego veni vt habere
Hæ vitam possent, habeant magis *hanc* & abundè.

Esa. 40. 11. 11 Ille ego sum pastor bonus, ille animam bonus eius
Ezec. 34. 23. Deponit pro ovibus pastor. 12 Mercede sed ille
Qui conducitur; est nequaquàm pastor & ipse,
Cuius oves non sunt propriæ. Spectat venientem
Ille lupum; dimittit ovesque fugamque capessit,
Atque lupus rapit, & dispergit oves. 13 Fugit autem
Mercenarius, est quia mercenarius ille.
Et curâ de ovibus nequaquàm tangitur vllâ.
Nequaquam de ipsis ovibus cura est & eidem.
14 Ille bonus sum pastor ego, cognosco measque,
Cognoscor simul aque meis. Novit pater vt me;
Sic ego cognovique Patrem. 15 Depono meamque
Ipse animam pro ovibus. 16 Simul *ipse* alias habeoque
Præter oves istas, quæ non sunt hôc ab ovili:
Ezec. 37. 22. Quas etiamque adducere memet oportet *ad istas*,
Atque meę voci auscultabunt, grex etiamque
Esa. 53. 7. Vnus fiet, pastor & vnus. 17 Propterea ergò
Ipse Pater me diligit, vt qui animam mihi pono,
Ipsum rursùs vt assumam. 18 Non tollit eandem
A me quisquam, pono ego eam per memet at ipsum:
Plena potestas est mihi eam deponere posse,
Plena potestas est mihi eamque assumere rursus.
Hoc à Patre meô mandatum accepi. 19 Ideoque
Inter Iudæos istos dissensio rursus
Orta fuit, propter sermones hos. 20 At eorum,
Demonium, multi dicebant, hic habet, atque
Insanit. Cur auscultantes estis eidem?
21 Dicebant alij non sunt hæc verba profecta

Ex

Ex illô, auxiliô qui dæmonis vtitur vllô:
Dæmoniúmne potest cœcorum oculos aperire?
22 Ast Hierósolymis Eucænia facta fuerunt,
Tum quoque bruma fuit. 23 Tunc incedebat Iēsus *Mat. 4.59.*
In templò, locô eô qui porticus est Solomonis.
24 Ergò, cinxerunt illum Iudæi, & eidem
Dixeruut, nostram suspensa mente quoúsque
Tu retines animam? Si tu sis Christus is ille;
Dic nobis clarè. 25 Queis respondebat Iēsus;
Dixi vobis, & non creditis, *Ast* opera illa
Quæ Patris ipse meo faciens in nomine præsto,
Hæc de me testantur. 26 Vos non creditis atqui;
Ex ovibus quùm namque meis non estis, vt *ante*
Dixi vobis. 27 *Quæ* meæ oves *sunt,* voce sonante
Auscultare meâ *satagunt,* agnosco ego easque
Meque sequuntur. 28 Eis ego vitam doque perennem,
Quæ nec in æternùm perituræ sunt, rapietque
Ipsas nemo mihi è manibus. 29 Pater ille meus qui
Est mihi dilargitus eas, est omnibus idem
Maior: De manu easque Patris divellat vt vllus,
Nemo mei potis est. 30 Ego itemque Pater sumus vnum.
31 Rursus Iudæi lapides idcircò tulerunt,
Vt lapidarent illum. 32 Queis respondit Iēsus
Multa bona ostendi vobis opera, ex mihi Patre:
Propter opus quodnam memet lapidatis eorum?
33 Cui respondentes Iudæi, non opus, aiunt,
Te propter quodcunque bonum, lapidamus; at immò
Propterea quoniam verba es blasphema loquutus,
Quodque Deum (quùm sis homo tu) facis ipse te ipsum.
34 Iesus respondebat eis; In lege ne vestrâ *Psal. 82.6.*
Non scriptum est; Ego dixi; Di estis? 35 Si ille vocavit
Hosce Deos, ad quos exta bat sermo relatus
Ille Dei; solui potis est Scriptura nec illa;
36 *Mene* Pater quem sanctificavit, quem quoque misi
In mundum; vos dicitis; es blasphema loquutus;
Nempe, Dei sum Filius, id quod dixi? 37 Opera ipsa
Si non præsto mei quę Patris sunt; mihi fatis

Cre-

Credentes minimè. 38 Facio sin verò; etiamsi
Non mihi credatis; credentes este *vel* ipsis
His operum factis; vt *ab illis* scire queatis,
Et credatis, quòd Pater in me est, atque ego in illô.
39 Hunc ergò rursùm compr'endere posse studebant:
Verùm de manibus semet subduxit eorum.
40 Atque ad traiectum Iordanis rursùs abivit
Inde, in eum locum vbi primitùs *ante* Iohannes
Baptizans fuerat, mansitq; illic. 41 Et ad ipsum
Multi venerunt, dixerunt atque, Iohannes
Ille quidem signum non omninò edidit vllum,
Sed quæcunque aiebat de isto, vera fuerunt,
Atque fidem tunc ipsi adhibebant plurimi ibidem.

Capvt. XI.

Ægrotabat quidam *nomine* Lazarus autem,
Hic à Bethania, ex vico Mariæ, atque sororis
Ipsiùs Marthæ. 2 Fuit ista Maria sed illa,
Vnxit quæ vnguentô Dominum, tersitque capillis (*Mat.26.7.*)
Illa pedes eius proprijs, cuius malè frater (*Infr.12.3.*)
Morbô sese habuit. 3 Miserunt ergo sorores
Eius ad illum, aientes; Is quem diligis (ecce)
Ægrotat (Domine.) 4 Hoc audito at dixit Iesus;
Immissus non morbus is est, vt morte periret,
Immo Dei pro gloriâ, vt ex hoc glorificetur
Filius ipse Dei. 5 Verum dilexit Iesus
Martham, ipsius itemq; sororem, & Lazarum. 6 Vt (ergò)
Ægrotare audiverat illum, mansit ibidem
Ille quidem biduum loco in ipso tunc vbi degit:
7 Discipulis demùm post isthæc dixit; Eamus
In Iudæam rursùs 8 Dicunt Discipuli ipsi;
Rabbi, Iudæi modò te lapidare studebant,
Illuc *tu* quoque rursus abis? Respondit Iesus,

Existunt

Existunt horæ duodenæ nonne diei?
Si quis obambulet in die, is haud impinget, ob istud
Lucem quandoquidem mundi non aspicit huius.
10 Hic erit impingens, si nocte quis ambulet autem,
Quandoquidem nequaquam lux effulget eidem.
11 Hæc ait, & post dixit eisdem; Lazarus ille
Noster amicus dormit: Sed proficiscor, vt illum
A somnô excierem. 12 Dixerunt discipuli ergô
Eius; Si Domine *hic* dormit, servabitur. 13 Atqui
Hoc dixit Iesus de ipsiûs morte; sed illi
De dormitû ipsum somni dixisse putarunt.
14 Tunc ergò Iesus illis dicebat apertè
Lazarus est fato defunctus. 15 Gaudeo propter
Vos etiam, quòd ibi nec eram, vos credere posse,
Atqui verò adeamus eum. 16 Dicebat is (ergo)
Thomas, Didimus is qui est *è cognomine* dictus,
Ad condiscipulos, Et eamus nos etiamque,
Vt moriamur cum ipsô. 17 Idcircò venit Iesus,
Atque diem quartum iam comperiebat agentem
In monumentô. 18 *Vicus* Bethania hæc erat autem
Iuxta vrbem Solymam stadijs prope quinque decenis.
19 Ad Martham multi ex Iudæis, atque Mariam
Vt de fratre suô has consolarentur adibant.
20 Ergo vt Martha audivit Iesum accedere; eidem
Occurrit: Maria intereà sed in æde manebat.
21 Propterea (Domine) inquit Iesu Martha; fuisses
Si præsens isthic, frater meus ille fuisset
Non fato functus. 22 Scio verò nunc etiamque,
Vt quæcunque poposceris à Deo, erunt tibi ab ipsô
Danda. 23 Illi Iesus dicit; Tuus ille resurget
Frater. 24 Ait cui Martha; Scio quòd nempe resurget,
Quùm surrectio rursus erit, die in vltimô. 25 Eidem
Dicebat Iesus: Ego sum surrectio rursus,
Et vita. Hic qui credens est in me, licèt ille
Mortuus esset, vivet. 26 Item qui vivit is omnis,
Est & confidens in me; minimè morietur
Hic in perpetuum. Credis ne hoc? 27 Inquit eidem,

Supr. 5. 29
Inc. 14. 14
Supr. 6 35.

Sic, Domine, *Hoc* ego credo, quòd tu Christus es ille,
Filius ipse Dei, qui erat adventurus in orbem.
20 Hæc & quùm dixisset, abivit, clamque sororem
Ipsius Mariam compellat, aitque silenter;
Præceptor prestò est, & te vocat. 29 Hec citò surgit,
Illud vt audivit; simul atque accessit ad ipsum.
30 Iesus in vicum sed nondum venerat illum,
Imò loco permansit in hôc, occurrerat ipsi
Martha vbi. 31 Iudæi cum illâ quapropter in æde
Qui fuerant, consolabantur eamque, videntes
Quòd citò surrexit Maria, atque exiverat; illam
Consectati sunt, dicentes; fleret vt illic,
Exijt ad monumentum. 32 Quæ quùm venerat ergò
Illò vbi erat Iesus, Hunc quandò Maria videret,
Procidit ante pedes eius, dicens (Domine) ipsi.
Hic si *tuus* fuisses; frater non meus esset
Mortuus. 33 Ergò, vt eam plorantem vidit Iesus,
Et venientes cum simul ipsâ quandò videret
Iudæos lachrimas fundentes; Spiritû in *eius*
Infremuit, turbavit itemque angore seipsum.
34 Aiebatque, vbi eum posuistis? Ei (Domine) aiunt,
Accedas & contempleris. 35 Collachrimatus
Est Iesus. 36 Iudæi aiebant propterea ergo;
En, vt amavit eum. 37 Quidam veruntamen ex his
Dixerunt; Erat illi non etiamque potestas,
Supr. 9. 6.
Qui cæci patefecit ocellos, efficere vt non
Hic moreretur? 38 Rursum Iesus semet in ipsô
Ergo fremens, venit ad monumentum. Sed fuit illud
Spelunca, atque lapis super-impositus fuit illi.
39 Tunc dicit Iesus, Lapidem sustollite. Martha
Dicit ei, soror eius erat qui mortuus illa:
Est olidus (Domine,) est quatuor iam quippe dierum.
40 Dicit ei Iesus; Tibi dixi, nonne, futurum,
Gloria vt ipsa Dei foret à te conspicienda,
Si modò credideris. 41 Lapidem *tunc* ergò tulerunt,
E locô eô posuêre vbi eum, qui mortuus ille est.
Attollens sursùm sed ocellos, dixit Iesus,

Grates

Grates reddo tibi Pater, audieris quia memet,
42 Semper at audieris quòd me,tamen ipse sciebam:
Ob circumstantem sed turbam,propterea *istud*
Dixi; vt ij credant quòd tu me miseris. 43 Et quùm
Isthæc dixisset,clamando voce profatus
Est ingente,Foras prodito,Lazare,adesdum.
44 Prodijt atque statim fuerat qui mortuus ille,
Fasciolisque pedes vinctusq; manus,at eidem
Obvincta est facies sudariô. Eis aiëbat
Iesus,Solvite eum,simul atque sinatis abire.
45 Ergò ex Iudæis qui convenêre Mariam
Et Martham multi,viderunt quæ quoque fecit
Iesus;credebant in eumque. 46 Ivêre sed horum
Ad Pharisæos quidam; Iesus quæ quoque fecit
Ipsis dixerunt. 47 Primores ergò Sacristæ,
Et Pharisæi,in concilium venêre coacti,
Et dicebant; Quid facimus? Quoniam hic homo signa
Edit plurima. 48 Eum sic si permittimus;omnes
Ipsi tum credent; venient Romani etiamque,
Atque locum nostrum delebunt,& quoque gentem.
49 Vnus at ex ipsis Caiáphas,(illiûs anni
Ipse Sacerdotum Supremus) dixit ad illos
Vos nihil omninò scitis. 50 Perpenditis atque
Non animô vestrô, nobis conducit vt *istud*,
Nempe homo pro populô morti tradatur vt vnus.
Totaque gens minimè pereat. 51 Veruntamen istud
Non dicebat semet ab ipsô. quandò Sacerdos
Atqui-verò maximus esset *in* illiûs anni,
Nempè prophetavit,quòd eâ pro gente subiret
Iesus mortem. 52 *Quùm moreretur* nec *tamen* vnam
Propter eam gentem tantùm,sed cogat in vnum
Vtq; Dei natos, sparsos *vbicunque locorum.*
53 Ex illô(ergò)diê,consultavêre studentes,
Interimant vt eum. 54 Iesus non ampliùs inter
Ergo palam Iudæos versabatur, at illinc
In regionem discedebat,quæ est *sita* iuxta
Desertum,*nempe*,vrbem in *eam* quæ dicitur Ephræm,

Cum sibi discipulis est atque moratus ibidem.
55 Instabat sed Iudæorum tum prope Pascha
Atque Hierosolymam permulti (Pascha sed ante)
Ex regione illâ ascenderunt purificatûm
Se; 56 Iesum quærebant ergò; deinde loquuti
Sunt alij cum alijs, in templô quandò steterunt:
Quid vobis est visum *aientes*; nonne putatis,
Iste diem festi quòd erit venturus ad huius?
57 Pontifices autem summi simul & Pharisæi
Demandarunt, vt si quisquam nosset vbi esset;
Indiciô ostendant, vt eum compr'endere possent.

Capvt. XII.

Matth. 26.6
marc. 14.3

ERgò priusquàm Pascha fuit sex inde diebus,
Bethaniam Iesus advenit; Lazarus ille
Tunc vbi erat, qui erat is *nimirùm* morte solutus,
Quem revocaverat à defunctis. 2 Ergo ei ibidem
Fecerunt cœnam, fuit & quoque Martha ministra
Lazarus ex illis atqui verò fuit vnus,
Qui cum ipsô simul accumbebant. 3 Ergò Maria
Librâ acceptâ vnguenti nardi humore liquentis,
Quod precij multi constabat, inunxit eidem
Ipsa pedes Iesû, detersit itemque capillis
Ipsa pedes eius, domus est impleta at odore
Illius vnguenti. 4 Dixit quapropter Iudas,
(E sibi discipulis *nimirum qui fuit* vnus,)
Qui fuit is Simonis filius, Iscariotes
A quô prodendus fuerat. 5 Quare hocce trecentis
Non denariolis vnguentum venijt, atque
Pauperibus datur? 6 Istud non veruntamen inquit,
Quòd de pauperibus fuit ipsi cura *iuvandis*:
Sed quia fur fuerat, quoniam loculos & habebat.
Quæ sed & inijciebantur gestaverit illa.

infr. 13.29

7 Ipsam

7 Ipsam propterea finito dicebat Iesus;
Vsque mei in diem enim servavit funeris *illud.*
8 Quandoquidem vobiscum semper habebitis hos, qui
Sunt inopes: sed me non semper habebitis. 9 Ergò,
Illic quòd fuerat cognovit plurima turba
Ex Iudæis; & non tantùm propter Iesum
Venerunt, quin & pro Lazarô eoque videndo,
Illô à defunctis quem fatô exciverat. 10 Ob quem
Porrò Sacerdotùm Primores *scilicet* ipsum,
Lazarum vt atque trucidarent, consulta inierunt.
11 Multi quippe quòd ex Iudęis, propter eundem,
Discesserunt, atque fidem posuêre in Iesum.
12 Ipsô de'inde sequente die, quæ plurima turba
Venerat ad festum, quando audissent quòd Iesus
Accedens Solymitanorum venit ad vrbem;
13 Ramos palmarum acceperunt, obviam eiq;
Egressi, Hosanna clamarunt, is benedictus
Nomine qui venit in Domini, Rex Israëlis.
14 Iesus autem nactus asellum, insedit eidem,
Est sicut scriptum. 15 Timeas ne filia Sion,
Ecce, venit Rex quippe tuus super ille sedendo
Pullo asinæ. 16 Non cognoverunt hęc tamen eius
Discipuli primò; sed quando glorificatus
Esset Iesus, ista recordati inde fuerunt,
Scripta fuisse de eô, fecisse hæc se sed & illi.
17 Ergò, turba fuit quæ cum ipsô testificata
Est, quòd Lazarum eúmque vocaverat è monumentô,
Atque citaverat à defunctis. 18 Proptereaq;
Obvia ei processit turba, quòd audijt illum
Hoc signum fecisse. 19 Inter se ergò Pharisæi
Aiebant, numquidne nihil nos esse videtis
Proficientes? En, post illum mundus abivit
Affectatus eum. 20 Quidam Græciq; fuerunt
Ex his, in festô qui conscendunt vt adorent:
21 Isti (quapropter) tunc accessêre Philippum,
Qui à Bethsaida *erat* Galileæ; illumque rogarunt,
Dicentes; Domine exoptamus posse videre

Matth. 21. 8
marc 11. 7
luc. 19. 35

Iesum. 22 Tunc venit, dicebat itemque Philippus
Andrææ: Andræas rursùm simul atque Philippus
Dicunt Iesu. 23 Iesus his respondit at aiens;
Venit tempus Filius in quô glorificandus
Est hominis. 24 Vobis, Amen, Amen *ego* dico,
In terram granum frumenti si cadat vllum,
Ni moriatur idem, solum manet, attamen id si
Emoriatur, fructum profert copiâ abunda.
25 Diligit ille suam qui animam, deperdet eandem;
Porrò suamq; animam mundô qui exodit in istô;
Isthic in æternam vitam custodiet illam.
26 Me consectetur mihi sit quiscunq; ministrans;
Atq; ego vbi fuero, meus ille ibi eritq; minister.
Atq; ministrans si mihi erit quisquam Pater illum
Rursus honorabit. 27 Mea conturbata *dolore*
Nunc anima est: Et quid dicam? me libera ab horâ
Hâc (Pater.) Atqui in eandem veni propterea horam.
28 Glorificato Pater tibi nomen Cœlitùs ergò
Deueniebat vox, *dicens*, Et glorificaui,
Et quoq; rursus glorificabo. 29 Quæ astitit ergò
Turba, atq; audierat; factum tonitru esse aiebat.
Dicebant alij, Angelus ipsi est *immò* loquutus.
30 Respondit Iesus, & ait; non extitit hæc vox
Propter me, sed propter vos. 31 Damnatio mundi
Iam nunc huius adest, nunc princeps eijcietur
Mundi huiusce foras. 32 Ego si sublatus eroq;
E terrâ, tracturus ero omnes memet ad ipsum.
33 Hoc sed significans dixit, quâ morte futurum
Vt moreretur erat. 34 Responsum rettulit illi
Turba ea; Nos ex lege audiuimus, esse manendum
Æternùm Christô. Tu quomodò dicis & *istud*;
Filium oportet tolli hominis? 35 Quis Filius ille
Isthic est hominis? 35 Quibus ergò dixit Iesus;
Lux exitit adhuc vobiscum tempore paruô,
Pergite, dum vobis est lux, ne quandò prehendant
Vos tenebræ; in tenebris siquidem perrexerit ecquis,
Nescius est quò vadat. 36 Lucem donec habetis,

Mat.10.39. & 16.25. Mar.8.35. Luc.9.24. & 17.33.

Psal.88.37. & 109.4. & 116.2. Esa.40.8. Ezec.37.25.

Supr.1.9.

In

In lucem confidite, filij vt esse queatis
Lucis. Iesus ista loquutus, abivit ab illis,
Semet & abscondit. 37 Quùm verò signa tot *ipse*
Ediderat coram his, fidem in ipsum non adhibebant.
38 Isthic impleri quò posset sermo Prophetæ
Esaiæ, Domine *hoc* dicentis; Credidit ecquis
Sermoni nostro? Cui brachium itemque retectum
Existit Domini. 39 Poterant non credere *vero*,
Quippe quòd Esaias iterum dicebat; 40 Ocellos
Excæcavit eis, corque induravit eorum,
Ne videant oculis, ne corde intelligerentq;
Et sese convertant, ipsos denique sanem.
41 Hæc Esaias dixit, quùm gloria visa
Illius est ab eô, de ipso fueratq; loquutus.
42 Multi etiam veruntamen ex primoribus ipsis
Fisi sunt in eum, profiteri non tamen ausi,
Præ Pharisæis, nè è Synagogis eijcerentur.
43 Gloriam enim prædilexere hominûm, potius quàm
Gloriam eam Divino quæ sit Numini habenda.
44 Iesus sed clamavit, & inquit; Fiderit ecquis
In me, non in me credit tantummodò, verùm
Credit in hunc qui misit me. 45 Qui conspicit & me,
Conspicit illum qui me misit. 46 Lux ego veni
In mundum, quiscunque fidem qui collocat in me,
Vt non in tenebris maneat. 47 Si audiverit autem
Ecquisquam mea verba, fidem qui non & habebit;
Non ego iudico eum; Non veni quippe quòd orbem
Iudicio damnem, servare queam sed vt orbem.
48 Qui me reijcit, & minimè recipit mea verba;
Ipsum qui condemnet habet quem sum ille loquutus
Sermo, die in postremô condemnabit eundem.
49 Propterea quòd ego non sum de me ipse loquutus:
Sed qui me misit Pater, ipse mihi dedit illud
In mandatis, dixero quid, quid eroque loquutus.
50 Et scio, mandatum vitam illius esse perennem.
Sic loquor ergo ego, quæ loquor, vt Pater is mihi dixit.

Esa.53.1.
Rom.10.16.
Esa.6.9.
Mat.13.14.
Mar.4.12.
Luc.8.10.
Act.28.26.
Rom.11.8.
Supr.5.44.
Supr.3.19.
& 9.39.
Supr.3.17.
Mar.16.16.

Cap. XIII.

Matt.26.2
marc.14.1
luc.22.1.

ANte diem verò festi, *qui* Paschatis *esset*,
Iesus cognoscens eius quòd venerat hora,
Transitus è mundo sibi quando existeret istô;
Quumq; suos amplexus amore fuisset, erant qui
Hôc in mundô; illos finem dilexit adusque.
2 Et cœnâ factâ, (quùm dæmon criminis author
Immisisset iam Iudæ in cor Iscariotis,
Qui Simonis *erat proles*, vt proderet illum;)
3 Iesus cognoscens, Pater ipse manus quòd in eius
Cuncta dedisset, & à Divino numine Patris
Prodisset, sed & ad Divinum Numen abiret:
4 A cœnâ surgit, deponit denique vestem,
Linteolô acceptô præcinxit seque. 5 Deindè
In pelvim profudit aquam, cœpitque lavando
Discipulis *mundare* pedes, quô cinctus eratque
Tergere linteolô. 6 Quocircà quando veniret
Ad Simonem Petrum; Dixit *Petrus* ad illum;
Ergo pedes (Domine) anne meos mihi tute lavabis?
7 Cui Iesus respondit & inquit; quod facio ipse,
Tù nunc ignoras; cognosces postmodò verò.
8 Dicit ei Petrus non es loturus in ævum
Tute pedes mihi. Iesus respondebat eidem;
Si non lavero te, mecum partem nec habebis.
9 *Tum* Simon Petrus (Domine) inquit ei; Neq; solùm
Tute pedes mihi, quî *mihi* porrò manusque caputque.
10 Dicit ei Iesus qui est lotus, non opus illi
Est, nisi vt *ipse* pedes lavet, est sed & vndiq; totus.
Purus: Item vos estis puri, non tamen omnes.
11 Illum quandoquidem norat, qui proderet ipsum:
Propterea dixit, puri estis, non tamen omnes.
12 Ergo pedes demùm quandò lavisset eorum,
Vestes cumq; suas cepisset, & accubuisset
Rursùm, dixit eis; intelligitisne quid egi
Vobis? 13 Præceptor, me *vos*, Domine, atque vocatis,

Infr.15.3.

Dicitis

Dicitis & rectè: quia sum. 14 Si lavi ego vestros
Ergò pedes, Dominus *vobis* Præceptor & extans;
Vos etiamque pedes aliorum alijque lavare
Debetis. 15 Vobis exemplum namq; dedi, ipse
Vt veluti feci vobis, *ita* vos & agatis.
16 Amen, amen dico vobis, non Dominô eius
Est maior servus; legatus maior & haud est
Illô qui mittebat eum. 17 Si noscitis ista;
Fælices eritis, modò si præstabitis illa.
18 Non loquor omnibus hæc de vobis; Novi ego quosnā
Elegi: Scriptura at vt impleretur *oportet.*
Qui mecum panem manducat, sustulit ille
Eius calcem contra me. 19 Nunc amodò vobis
Dico, priusquàm factum sit; quòd quando peractum
Constiterit; possitis credere memet *eum* esse.
20 Amen, Amen, dico vobis; misero si quem;
Quisquis eum recipit, recipit simul ille meipsum.
At qui me verò recipit; recipit simul illum,
Qui me misit. 21 Quandò isthæc dixisset Iēsus,
Spiritù in ipsiûs turbatus erat, simul atque
Est testatus, dixit & Amen, aio vobis,
Amen; ex vobis me prodet quippe quòd vnus.
22 Sese alios alij quapropter ij aspiciebant
Discipuli, dubitantes de quô diceret. 23 Atqui
E sibi discipulis quidam fuit, ille recumbens
In sinû Iēsû, Iesus quem dilexit: 24 Eidem
Innuit ergò Simon Petrus, quærat vt ille,
Esset quisnam, dixit de quo. 25 Allapsus at ille
Ad pectus Iesû; Domine, inquit ei; Quis *is ille* est?
26 Respondit Iesus; Ille est, ego cui dedero offam
Intinctam: Quandò intinxisset & offulam; Iudæ
Simonis dedit Iscariótæ filio eandem.
27 Et post buccellam Sathanas intravit in illum.
Huic igitur Iesus dicebat; Quod facis, *illud*
Facito. 28 Percepit de discumbentibus autem
Hoc nemo, cur ipsi dixit. 29 Namq; putabant
Quidam, quòd Iudas marsupium habebat; Iēsus

Infr. 15 2.
matth. 10. 24
luc. 6. 40.

Psal. 40. 10

Matt. 10. 40
luc. 10. 16.

Huic,

Huic,quibus est opus ad festum,nobis,eme,dixit,
Aut aliquid quod egenis largiretur. 30 Is ergò
Offâ acceptâ;mox exivit. Nox erat autem.
31 Quapropter,quandò exivisset, dicit Iesus;
Filius est hominis nunc *demùm* glorificatus:
Et Deus existit quoque glorificatus in illô.
32 *Quod* si *porro* Deus sit in illô glorificatus:
Glorificabit eum Deus,& quoque semet in ipsô.
Iam-iam continuò quoque glorificabit eundem.
33 Filioli existo vobiscum tempore parvô.
Sapr.7.34. Me perquiretis, Iudæis ast vti dixi;
(Vos,ego quò vado,nequaquàm posse venire;)
34 Vobis nunc *ita* dico etiam; mandatum *ego* vobis
Infr.15.18. Mando novum, Quòd ametis vos alios alijque:
Mat.22.39. Sicut amavi vos; alios alijque vt ametis.
1.Ioh.4.21. 35 Ex hôc cognoscent omnes, mihi quippe quòd estis
Discipuli; si alijs alij exhibeatis amorem.
36 Quò vadis,Domine,inquit Simon Petrus eidem?
Mat.26.14. Ipsi, Quò vado, *tum* respondebat Iesus,
Mar.14.30. Non potis es me consectari nunc,tamen exhinc
Luc.22.34. Posthæc memet consectabere. 37 Petrus ei inquit;
Cur non consectari te istô tempore possum?
Pro te animam *spondendo* meam sum depositurus.
38 Tun' animamne tuam (Iesus respondit eidem)
Pro me depones? Amen,Amen,tibi dico,
Gallus non emittet vocem,donec adusque,
Tute prius vice ternâ me *novisse* negabis.

Cap. XIIII.

NE sit turbatum cor vestrum. Creditis anne
In Deû?& in me credite. 2 Sunt habitacula multa
Patris in æde mei : Sin'; vobis significassem;
3 Vado parare locum vobis, ero quùmque profectus,
Atque

Atque locum vobis tum quando paravero; rursus
Accessurus ero, sumam vos adque meipsum,
Ipse vt vbi fuero, vos & quoque sitis ibidem.
4 Scitis ego quò vado etiamque, viam quoque scitis.
5 Ipsi Thomas, quò (Domine) inquit, sis abiturus;
Ignoramus: scire viam quî possumus ergò?
6 Illa ego sum via, verumq; illud, vita quoque illa,
Dicit ei Iesus; ad Patrem non venit vllus,
Ni per me. 7 Si me cognovissetis; & illum
Patrem etiamque meum cognovissetis; eumque
Nunc etiam novistis, conspexistis eumque.
8 Cui (Domine) aiebat nobis ostende, Philippus,
Patrem; & sufficiet. 9 Cui, tantum temporis, inquit
Iesus, vobiscum versatus sum; neque nosti
Me? Qui me vidit, vidit Patrem ille, Philippe.
Ergò; Patrem tu ostendito nobis, quomodò dicis?
10 Annon credis, me in Patre esse, Patrem sed & in me?
Verba ego quę loquor, illa loquor, non memet ab ipso
Vobis; sed Pater ipse manens opera hæc facit in me.
11 *In* Patre me, (mihi credite,) Patrem in me sed & esse:
Sin alias, mihi credite, propter facta patrata
Ipsamet. 12 Amen, Amen, vobis dico, quòd ille
In me qui credit, facta isthæc quę facio ipse,
Et maiora his hic faciet. Namque ad mihi patrem
Ipse profecturus sum. 13 Quicquid itemque petetis
Nomine id omne meo compræstaturus idipsum
Sum, Pater vt sit glorificatus Filiò in *eius*.
14 Nomine *dico* meò modo sit, quodcunque petetis,
Hoc ego prestabo. 15 Si memet atque colatis,
Quæ mea *sunt* mandata ea servate. 16 Atq; rogabo
Ipse Patrem; vobis alium dabit & Paracletum,
Vt qui cum vobis æterna per æva maneret.
17 Ipsiùs veri *qui existit* Spiritus is, quem
Excipere haud potis est mundus, quia non videt ipsum,
Nec cognovit eum, sed vos cognoscitis illum.
Inter vos est quippe manens, erit in quoque vobis.
18 Non orbatos *esse* relinquam vos, redeo ad vos.

Infr. 16.23.
Mat. 7.7.
Mar. 11.24.

19 Paulu-

19 Paululùm adhùc, & mundus me non ampliùs iste
Aſpiciet, vos me veruntamen aſpicietis:
Vivo ego quandoquidem, victuri vos ſimul eſtis.
20 Vos in Patre meo die in illô me eſse ſcietis,
Atque in me vos eſse etiam, meque inſimul eſſe
In vobis. 21 Habet hic mea qui præcepta, eademque
Servat; is eſt idem qui memet diligit: At qui
Memet diligit; iſthic amabitur à mihi Patre,
Atque ego amabo illum, cui me dabo conſpicuumque.
22 Dicit ei Iudas, non ille *ſed* Iſcariôtes;
Quid (Domine) eſt, cur te ſis nobis exhibiturus,
Et non conſpicuum mundo? 23 Reſpondit Ieſus,
Et dicebat eidem; Me ſi diligit ecquis;
Sermonem ille meum ſervabit. Quem Pater ille
Dilecturus eritque meus; veniemus ad ipſum
Nos etiam, ſimul atque manebimus vnà apud illum.
24 Ille meos ſermones non cuſtodit, amat qui
Nequaquàm memet. Non eſt hic ſermo meuſque,
Quem vos auditis; mittentis me Patris immò.
25 Dum maneo inter vos, ſum vobis iſta loquutus.
26 Porrò Paraclétus, qui eſt Sanctus Spiritus ille,
Quem meo erit Pater immiſſurus nomine, vos hic
Cuncta docebit, item revocabit is omnia vobis
In mentem, quæ à me ſunt vobis dicta. 27 Relinquo
Vobis pacem, vobis do propriam mihi pacem.
Non ego do vobis illam, dat quomodò mundus.
Veſtrum ne turbetur cor, formidine nec ſit
Correptum. 28 Vobis audiſtis me eſſe loquutum;
Diſcedo, & redeo ad vos. Si me diligeretis,
Certè gauderetis in iſtô, quòd proficiſcor
Ad Patrem dixi. Siquidem meus eſt Pater ille
Maior me. 29 Nunc dixi vobis atque priuſquàm
Fiat, vt id fuerit cum factum, credere *demùm*
Poſſitis. 30 Non ampliùs hinc ero multa loquutus
Vobiſcum: Quoniam princeps mundi venit huius;
Omninò quicquam veruntamen haud habet in me.
31 Mundus at vt cognoſceret *hoc*, quòd diligo Patrem,

Et

Et mihi mandatum prout attribuit Pater ille,
Sic facio. discessuri hinc surgatis, eamus.

CAPVT XV.

ILla ego sum vitis vera, estque Pater meus ille
Agricola. 2 *Hic est* palmitē eum qui deputat omnem,
Qui non fert fructum: qui fructum fert, sed & omnem, Matt. 15. 13.
Depurgabit, plus vt fructus adferat. 3 Estis
Iam vos puri, propter eum quem sum *ipse* loquutus Supr. 13. 11
Sermonem vobis. 4 In me *vos* este manentes,
In vobis atque ipse manebo. Palmes ab ipsô
Semet vti fructum potis est proferre nec vllum,
Manserit ille in vite nisi, *fructum*que perindè
Vos in me nisi manseritis, *proferre queatis.*
5 Illa ego sum vitis; vos palmitum *ad instar habendi,*
In me qui manet, atque ego in illô *mansero*, fructum
Hic fert multum: nam sine me præstare potestis
Nil omninò. 6 Si quisquam non manserit in me; Coloss. 1. 23
Extra *vinetum* proiectus, palmitis instar
Mox exarescet: *palmitibus* simul hisque coactis,
Abijciuntur in ignem, atque ardent. 7 Si maneatis
In me, verba mea in vobis etiamque manebunt;
Ecquid erit vobis libitum, petite, omneque fiet
Vobis. 8 Est Pater is mihi in istô glorificatus;
Vt fructum multum sitis proferre valentes:
Atque eritis mihi discipuli. 9 Me sicut amore
Complexus Pater est, ego item complector amore
Vosmet, in illô qui meus *est* maneatis amore.
10 Si mea quæ mandata existunt custodietis,
Tunc in amore meo mansuri eritis, velut ipse
Observans fuerim mandatorum mihi Patris,
In charo sicut maneoque ipsiûs amore.
11 Ista loquutus sum vobis, vt gaudium idipsum

In vobis remanendo meum persistere possit:
Gaudium & vt vestrum completum possit haberi.
12 Hoc ego quod iubeo mandatum constat *in isto*,
Supr. 13.34. 1.Thess.4.21 Sicut amavi vos, *redametis* vt alter vtrumque.
13 Non est à quoquam dilectio maior habenda
Hâc, animam propriam quod quisquam propter amicos
Ipsiûs *redimendos* ponat. 14 Vos mei amici
Estis; si facietis quæ vobis ego mando.
15 Ampliùs haud dicam vos servos; quum neque servus
Novit, quid faciat Dominus suus: Immò at amicos
Vos dixi, quoniam quæcunque à Patre meô illô
Audivi, vobis vt sint ea cognita feci.
16 Non elegistis me vos, elegi ego sed vos,
Mat.28.19. Et vos constitui, ferre vt possitis euntes
Fructum, quòd fructus vester simul atque maneret,
Vt quodcunque meoq; petatis nomine, donet
Vobis. 17 Isthęc mando vobis, alter vt alt'rum
Mutuò ametis. 18 Quòd si odio vos mundus habebit;
Me quàm vos, habitum priùs his odio esse, sciatis.
19 Si *vos* essetis de mundô, mundus amaret
Est sibi quod proprium: Quùm non veruntamen estis
De mundô, elegi de mundô vos ego verò;
Propterea vos odit mundus. 20 Sitis *at* eius
Supr.13.16. Mat.10.24. Sermonis memores, vobis quem dixi ego; Servus
Non Dominô est eius maior, si memet ij sunt
Insectati, vos insectabuntur & illi.
Mat.24.9. Sermonem si servavêre meum; simulatque
Vestrum servabunt. 21 Facient tamen omnia vobis
Infr.16.4. Ista meum propter nomen, non quippe scierunt,
Qui me misit eum. 22 Si non venissem *ego*, & essem
Illa loquutus eis; peccatum non hăbuissent.
At nunc immò suo peccato obtendere possunt
Nil quod prætexant. 23 Qui me odit, is insimul odit
Atque meum Patrem. 24 Si non opera inter eosdem
Fecissem, quæ non alius quiscunque peregit;
Peccatum nec haberent, aspexêre sed & nunc,
Oderunt etiam quoque me, simul & quoque Patrem.

25 Sermo

25 Sermo sed impleri quod *oportet*, scriptus eorum
Qui est in lege; Odio immeritò quia memet habebant.
26 Quum sed enim- verò Paracletus venerit ille,
Quem vobis à Patre ego mittam, *Spiritus* is qui
Ipsius veri fons est, à Patre profectus
Qui procedit, de me testificabitur ille;
27 Vos etiam testes vosmet perhibebitis esse,
Ipsi à principio, qui mecum quippè fuistis.

Psal.35.19.
Luc.24.49.
Supr.14.26.
2.

CAPVT XVI.

VObis ista loquutus sum, ne offensio vobis
Obveniat. 2 Vos propulsabunt è Synagogis.
Hora sed immò venit, quum vos qui interficit omnis
Esse Deo obsequium sese prestando putabit.
3 Et facient isthęc vobis, quoniam neq; Patrem,
Nec me nouerunt. 4 Veruntamen ista loquutus
Sum vobis, vt quandò tempus venerit illud;
Istorum meminisse queatis; quippe ego vobis
Ista loquutus eram. Vobis ab origine verò
Hæc non dixi, vobiscum fueram quia præsens.
5 Atqui nunc abeo qui me mittebat ad illum;
Ex vobis interrogat & me nemo; Abis ecquô ?
6 Sed quoniam sum vobis isthęc *verba* loquutus,
Tristitia implevit cor vestrum. 7 Sed tamen *istud*
Affirmo vobis pro verô, memet abire
Vobis confert. Nam nisi abivero, non Paracletus
Ille ad vos veniet: fuero sin imo profectus,
Hunc ad vos mittam. 8 Quum denique venerit ille,
Arguet orbem de peccatô, Iustitiaq;
Et de iudiciô. 9 De peccato, vel, ob istud
In me quippe fidem quòd non habuêre repostam.
10 At de iustitiâ, ad Patrem siquidem proficiscor,
Et conspecturi memet non ampliùs estis.
11 At de iudiciô, princeps huius quia mundi

Supr.15.21.

Est

Est condemnatus. 12 Complurima *sunt ea* vobis,
Quæ dicenda habeo, sed *quæ* portare potestis
Nondum. 13 Sed quando tum demùm venerit ille,
Ipsiûs veri qui fons est, Spiritus ille,
Veram doctrinam vos introducet in omnem:
Namq; loquuturus non ille est semet ab ipso;
Audierit verò quæcunque loquetur,& illa
Vobis narrabit, quæ sunt quandoq; futura.
14 De meô erit quòd is accepturus,glorificabit
Hic me,vobis narraturus rursus eritque.
15 Omnia sunt mea quę Pater ipse habet: hunc ideoque
Accepturum dixi de meô, eum [illegible] rursus & *illa*
Enarraturum vobis. 16 Paulisper,& indè
Me non conspicietis: Item,paulisper,& indè
Conspecturi eritis me,ad Patrem quippe ego vado.
17 Quidam dixerunt ipsiûs discipulorum
Ergò alijs alij; quòd ait nobis,sibi quid vult
Istud? Paulisper, non meq; videbitis indè;
Et rursus,paulisper, meque videbitis indè;
Et quod ego hinc ad Patrem vado. 18 Propterea istud
Quid sibi vult(dicebant) quòd paulisper *is* inquit?
Quid loquitur nescimus. 19 Sed cognovit Iēsus,
Percontari ipsum quòd vellent, dixit eisque;
Inter vos estis quærentes de hôc, quia dixi;
Paulisper,nequaquam meque videbitis indè;
Atque iterum, paulisper, meque videbitis indè.
20 Amen,Amen,dico vobis; Flebitis,& vos
Lamentabimini, mundus lætabitur autem,
Vos verò tristes eritis, sed tristitia illa
Vestra,in læticiæ vertetur gaudia. 21 Quandò
Ecqua parit mulier cruciatum habet illa doloris,
Hora quòd eius adest: quùm verò enixa puellum
Ediderit; iam non est amplius illa recordans
Eius pressuræ,præ gaudiô,homo quòd in orbem
Sit prognatus. 22 Vos equidem quapropter habetis
Nunc quoque tristitiam,rursus vos porrò videbo,
Cor etiam vestrum gaudebit, lætitiamque

A vobis vestram nemo auferet. 23 In die & illô
E me quærentes eritis prorsus nihil. Amen,
Amen dico vobis, quòd quæcunque petetis,
Nomine *danda* meo de Patre, *petita* daturus
Est vobis. 24 Quicquam non hactenùs expetijstis
Nomine adusque meo; petite, & simul accipietis,
Lætitia vt vobis esset completa futura.
25 Hæc vobis similantia per proverbia dixi:
Hora venit, nequaquam per proverbia iam tum
Quando loquar vobis, sed apertè de Patre vobis
Rursùs ero declaraturus. 26 Tempore in illô
Nomine vestra petita meô prolata petetis:
Et non vobis dico, Patrem, quòd ego ipse rogabo
Pro vobis: 27 Quia vos amat ipse Pater; quòd amastis
Vos me, confisique fuistis me esse profectum
A *mittente* Deô. 28 Prodivi à Patre, & in istum
Adveni mundum, rursus mundumq; relinquo,
Adque Patrem vado. 29 Cui dicunt discipuli eius,
En, manifestè nunc loqueris, dicisque figurâ
Sub simili nullâ. 30 Nunc scimus te omnia scire,
Non opus esse tibique vt quis te interroget *ecquid*;
Ex hoc aque Deô te credimus esse profectum.
31 Respondebat eis Iesus; Nunc creditis? 32 Ecce,
Adveniet tempus, iam venitq; ad sua quisque,
Quando dispergendi eritis, me deniquè solum
Quando relinquetis; solus veruntamen haud sum.
Nam Pater est mecum. 33 Sum vobis ista loquutus,
In me quòd pacem possitis habere, habituri
Estis pressuras in mundô. Sed tamen este
Firmè animô fixi fidenti. Vici ego mundum.

Supr. 14.13 matth. 7.7. & 21.22. marc. 11.24 luc. 11.9. Iac. 1.5.

Infr. 17.8.

Matt 26.31. marc. 14.27

Caput XVII.

Ista loquutus Iesus est, simul atque levatis
Deinde suis oculis in cœlum, Tunc Pater, hora
Illa (ait) advenit, tibi Filium hònorificato,
Filius vt poterit quoq; temet honorificare.
2 In carnem velut ipsi omnem largita potestas
Est à te, quotcunque vt ei dederis, det ijsdem
Æternam vitam. 3 Vita est æterna sed ista
Esse Deum verum quod te solummodo noscant,
Et Iesum Christum, qui est à te missus in orbem.
4 Glorificavi ego te super hàc tellure, opus illud
Consummavi, quod mihi compræstare dedisti.
5 Tu quoque nunc etiamque Pater me glorificato
Tete apud ipsum gloriâ eâ, quam habui ipse (priusquàm
Mundus conditus esset) apud te. 6 Qui patefactum
Illis inter eos homines nomen tibi feci,
Quos mihi *selectos* mundi ex *ditione* dedisti:
Hi tui erant, simul atque mihi largitus es illos:
Illi sermonem custodivêre tuumque.
7 Nunc cognoverunt quòd quæ mihi cunque dedisti,
A te sunt. 8 Siquidem, tradebas quæ mihi verba,
Tradidi eis: ipsique receptavêre, simulque
Verê noverunt à tete me esse profectum,
A te me missum credentes atque fuerunt.
9 Propter eos rogo ego, minimè propter rogo mundum,
Atqui verò propter eos mihi quos tribuisti,
Existunt hi quippe tui. 10 Mea & omnia quæ sunt,
Hæc tua sunt, etiam tua *quæ sunt*, sunt mea, rursus
Glorificatus in illis sum. 11 Non amplius & sum
Nunc in mundo: verùm in mundo sunt tamen isti,
Et venio ad te ego; Sancte Pater; per nomen eosdem
Conservato tuum, mihi quos largitus es, illi
Vt sint vnum, sicut nos etiam sumus vnum.
12 Cum quibus in mundô quandò essem, tunc ego tutos
In *virtute* tui servavi nominis illos:

Matth. 28. 18

Supr. 16. 27

Hos

Hos ego custodivi, quos mihi *tute* dedisti,
Et perijt, nisi filius (ex his) perditionis, *Psal. 108.8*
Nemo: vt Scriptura impleretur. 13 Nunc venio autem
Ad tete, in mundô loquor insimul hæc, vt haberent
Gaudium, ijque meum completum semet in ipsis.
14 Tradidi ego hisce tuum sermonem, mundus & odit
Hos, quia non sunt de mundo, vt de mundô ego nec sum.
15 Non rogo vt hos tollas è mundô, sed malô ab illô
Hos vt serves. 16 Non de mundo sunt, vt & ipse
De mundo non sum. 17 Doctrinâ sanctificato
Hos verace tuâ. verax doctrina *sed hæc* est
Sermo tuus. 18 Mundum misisti sicut in istum
Memet; eos etiamque in mundum sic ego misi.
19 Sanctificoque meipsum ego causam propter eorum.
In veraci sint (vt & ipsi sanctificati)
Doctrina. 20 Verùm non propter eos rogo tantùm,
Atqui propter eos etiam, qui in me per eorum
Sermonem credentes sunt *exinde* futuri.
21 Vt sint omnes vnum, sicut tu Pater in me,
Ipse etiamque in te; quòd & ipsi sint *simul* vnum
In nobis, vt mundus credat, tu quia memet
Misisti. 22 Tum gloriam eam mihi quamq; dedisti
Hanc dedi & illis, vt sint vnum, sicut & vnum
Nos sumus. 23 Ipse in eis; tuq; in me, sint vt in vnum
Consummati, mundus & vt cognosceret, à te
Quòd sum missus, quodque etiam dilexeris illos,
Sicut dilexisti me. 24 Pater, hosce dedisti
Quos mihi, vt ipse vbi sum, volo vt ipsi sint simul vnà *Supr. 12.26*
Mecum etiamque, meam quò spectent gloriam eandem,
Quam mihi largitus fueris, quia memet amasti,
Mundi fundamenta fuerunt iacta priusquàm.
25 Iuste Pater, mundus te non cognovit; at ipse
Novi te, novêre atque isti, tu quia memet
Misisti. 26 Nomenque tuum feci his ego notum,
Et notum faciam, sit vt hæc dilectio chara,
Quâ me dilexisti in eis, etiamque ego in illis.

Caput XVIII.

Matt. 26. 36
mar. 14. 32
luc. 22. 47.

HÆc quùm dixisset Iesus, egressus abivit
Præter torrentem Cedron, comitatus ab eius
Discipulis, erat hortus vbi, in quem intraverat ipse,
Eius discipulique. 2 Locum sed novit Iudas,
Qui prodebat eum, secessù namque frequenti,
Cum sibi discipulis, Iesus convenerat illùc.
3 Accepisset quandò Iudas ergò cohortem
A que Sacerdotum primoribus, atque ministros
A Pharisæis, cum laternis, cum facibusque,
Atque armis, illuc venit. 4 Quapropter Iesus,
Omnia cognoscens quæ in se ventura fuerunt;
Egressus dicebat ad illos; Quæritis ecquem?
5 Respondendo illi, Iesum de Nazareth, *aiunt*.
Dicit eis Iesus; Ego sum. Sed stabat Iudas
Vna cum his etiam, fuerat qui proditor eius.
6 Quapropter quùm dixerat his, Ego *ipsemet is* sum:
Discessêre retrorsùm, & humi cecidêre. 7 Rogavit
Rursus eos igitur; quem quæritis? Hi sed ad illum
Aiebant, Iesum de Nazareth. 8 Esse me eundem
Ipsum, dicebam vobis, respondit Iesus:
Ergò, si me queritis; hosce sinatis abire.
9 Impleretur vt is sermo quem dixerat; ex his
Amisi nullum, mihi quemviscunque dedisti.
10 Idcircò, gladium quùm Simon Petrus haberet,
Hunc eduxit, Pontificis ferijtque supremum
Servum, atque auriculam dextram illi abscidit. At isti
Nomen erat servo Malchus. 11 Iesus ait (ergo)
Petro, Mitte tuum gladium in vaginam. Ego numquid
Non bibam eum calicem mihi quem dederit Pater ipse.
12 Ergò, cohors, etiamque Tribunus, itemque ministri
Iudæorum comp'renderunt, atque ligarunt
Ipsum vinclis. 13 Abduxerunt, primò & ad Annam,
(Caiaphæ siquidem socer extitit, illius anni
Vtpote qui fuit ipse Sacerdos Maximus:) Atqui

Luc. 3. 2.

Hic

Hic *Annas* vinclis constrictum misit eundem
Ad Caiapham, Summus qui fuit ipse Sacerdos.
14 Verum-atenim-verò, Caiaphas hic erat ille,
Iudæis istud qui consilium dedit; esse
Expediens, homo pro populô moreretur vt vnus.
15 Porrò sequebatur sed Simon Petrus Iesum,
Discipulusque alius, sed discipulus fuit iste
Pontifici notus summo, atque intravit in aulam
Pontificis summi cum Iesû. 16 Substitit autem
Ante fores Petrus. Quocircà exivit is alter
Discipulus, supremo notus qui fuit ipsi
Pontifici, tum (quæ custodijt ostium eandem
Est affatus, & intrò Petrum duxit *in aulam.*
17 Petro (quæ ostij erat custos) ancilla ait, ergò,
Istiúsne hominis non vnus discipulorum
Tu simul existis? Dicit, tunc Petrus ad illum;
Non existo. 18 Servi porrò, etiamq; ministri,
Qui congestarant prunas, adstando seipsos
Et calefecerunt, quia frigus erat, erat astans
Cumq; illis Petrus, calefecit semet & ipsum;
19 Maximus idcircò percontabatur Iesum,
De sibi discipulis, doctrina eiusque Sacerdos.
20 Cui Iesus respondit, Apertô sum ore loquutus
Mundo: Semper ego docui in Synagogâ, & in *æde*
Templi, quò vndiq; sunt Iudæi convenientes,
Et minimè sub apertô sum quodcunque loquutus:
21 Quid percontaris me? percontator eosdem
Ipsis quid fuerim (qui *me audivere*) loquutus:
Ecce, sciunt isti quæ ego dixerim. 22 Vt ista sed ipse
Dixisset; famulis de astantibus vnus eorum
Iesum percussit colaphô, Num; Siccine (dicens)
Pontifici reddis responsum? 23 Reddit Iesus
Illi responsum, malè si *quodcunque* locutus
Sum, testem temet perhibeto de malo eôdem:
Sin verò, *dixi* bene; cur me verbere cædis?
24 Ergo Annas vinciis astrictum miserat illum
Ad Caiapham, Summus qui fuit ipse Sacerdos.

Supr.11.50

Matt.26.58 marc.14.54. luc.22.54.

Matt.26.57. marc 14.59 luc.22.54.

 25 Stans

Matt.26.69. marc.14.59 luc.22.55.

25 Stans Simon sed Petrus erat, sese & calefecit:
Huic igitur dixêre; Etiamne ex illius es tu
Discipulis? qui est inficiatus, dixit & ille,
Non sum. 26 Pontificis Supremi dicit ei vnus
E servis, cognatus eidem absciderat eccui
Auriculam Petrus; Non vidi ego temet in hortô
Vnà cum illô? 27 Rursùs Petrus deinde negavit;
Emittebat vocem gallus continuoque.
28 Caiäphæ Iesum ducunt ex *adibus* ergò,
Ædes ad Prætorij. Erat sed mane *diei*:

Matth.27.2 marc.15.1. luc.23.1. act.10 28 & 11.3.

In Prætorium & illi ipsi non introïerunt,
Ne polluti essent, sed possent mandere Pascha.
29 Exijt (ergo) foras Pilatus, (& inquit) ad illos;
Quænam est accusatio, quam producitis istum
Contra hominem? 30 Responderunt, dixêre & eidem;
Hic si non esset scelerûm patrator iniquus;
Non tibi traductum præsentassemus eundem.
31 Ergò illis Pilatus ait; vos accipiatis
Illum, condemnetis eum legemque secundum
Vestram. Iudæi dixerunt huic ideoque;
Non licet *omninò* nobis occidere quenquam.

Matt.20.19

32 Impleri vt posset sermo, *quem dixit* Iesus,
Significans quâ morte futurum erat vt moreretur.

Matt.27.11 mar.15.2. luc.23.3.

33 Ergò, Pilatus rursùs Prætorij in *ædem*
Introijt, Iesumque vocavit, dixit eique;
Tun' Iudæorum rex es? 34 Respondit Iësus
Illi, Nunquid ais tune istud, temet ab ipsô;
Aut alij numquid dixerunt *hoc* tibi de me?
35 Respondit Pilatus; Num Iudæus egon' sum?
Gens tua, Primoresque Sacerdotes mihi tete
Tradebant, quidnam fecisti? 36 *Rursus* Iësus
Respondit; Mihi Regnum non existit ab istô
Mundô: de mundô mihi regnum si foret istô;
Qui mihi sunt voluissent decertasse ministri,
Istis vt minimè Iudæis traditus essem.
Atqui nunc verò, non isthinc est mihi regnum.
37 Pilatus quapropter ei dicebat; An ergo

Num-

Numquid rex existis tu? Respondit Iesus,
Tu dicis;regem me existere. Natus ad hoc sum
Ipse,& ad hoc in mundum veni, vt testificatum
Huic quod sit verum perhiberem. Quilibet est qui
Ex illô verò, voci meæ obaudit. 38 Eidem
Pilatus dixit; Verum, quid *id* est? Et vt istud
Dixisset; Iudęos est egressus ad illos
Rursus, aitq; illis; non vllum crimen in illô
Invenio. 39 Vobis sed mos est *iste*, quòd vnum
Vobis in Paschâ dimittam: vultis an ergò,
Me Iudæorum regem dimittere vobis?
40 Rursùs(dicentes) inclamavêre sed omnes;
Istum nequaquàm *dimitte* sed immò Barabbam.
Atqui verò,latro Barabbas extitit iste.

Matt.27.11. mar.15.6. luc.23.17.

Act.3.14

CAPVT. XIX.

IEsum ergò assumpsit Pilatus,deinde flagellis
Cædebat. 2 Tunc militiæ simul atque cohortes
Contexta de spinis implicuêre coronam,
Quam sed & ipsius capiti simul imposuerunt,
Pallio eundem purpureo circumque dederunt:
3 Et venêre ad eum; Iudæis Rex, & aveto,
Dixerunt. Ipsum cædebant atque bacillis.
4 Prodijt ergo foras rursùs Pilatus,& inquit
Illis. Eccè foras ipsum produco *ego* vobis;
Vt cognoscatis,quòd nullum crimen in illô
Invenio. 5 Ergò foras exivit ductus Iesus,
Spineam eam *capiti impositam* portando coronam,
Purpureum quoque pallium. 6 Eis Pilatus & inquit;
En homo: Quapropter,quandò ipsi prospiciebant
Illum Pontifices (dicentes) atque ministri
Exclamaverunt,crucifige illum,crucifige.

Matt.27.26 mar.15.18,

Accipiatis vos (dixit Pilatus ijsdem)
Et crucifigite eum. Quia non ego crimen in illô
Invenio. 7 Iudæi cui responsa dederunt;
Lex est nobis, Legem quam nostramque secundum
Iure mori debet, quia semet Filium is ipsum
Esse Deo fecit. 8 Pilatus vt audijt ergo
Illum sermonem, timuit magis. 9 Atque regressus
In Prætorium abit, rursusque affatur Iesum,
Vnde es tu? Responsum non dedit huic at Iesus.
10 Illi ergo Pilatus ait; Mihi nonne loqueris?
Anne cruci te figere nescis memet habere
Iura Potestatis; rursus quoque memet habere
Iura Potestatis temet dimittere posse?
11 Iesus respondit, tibi non foret vlla potestas
Adversus memet, tibi si non illa supernè
Elargita foret · Qui me tibi tradidit, ergò,
Maius habet peccatum. 12 Demùm tempore ab illô,
Pilatus quærebat eum dimittere *posse*.
Iudæi sed sunt (dicentes) vociferati;
Si dimiseris istum, Cæsaris haud es amicus:
Contradicit Cæsari is omnis, qui facit ipsum
Se regem. 13 Quare Pilatus vt audijt istum
Sermonem; ducendo foras assumpsit Iesum,
Proque Tribunali locô eô consedit ibidem,
Nempe, Lithostrôtos qui dicitur, Hebraicè autem
Gabbatha. 14 Porrò Parasceve Paschæ fuit, horam
Circiter at-verò quasi sextam, dicit eisq;
Iudæis; En vester Rex 15 Clamare sed illi;
Tollito, tollito; cum crucifigito. Dicit eisdem
Pilatus; Regem vestrum numquid crucifigam?
Pontifices primarij ij responsa dederunt;
Regem nequaquàm (nisi is est qui Cæsar) habemus.
16 Illis propterea tum demùm tradidit ipsum,
Ad crucifigendum. Susceperunt sed Iesum,
Atque abduxerunt. 17 Propriam portando crucemq;
In locum eum venit nomen Calvariæ habentem,
Hebræâ linguâ qui Golgotha dicitur autem.

Matt. 27. 31. marc. 15. 25 luc 23. 26.

18 Hunc

18 Hunc vbi fixerunt cruci, & vnà cum simul ipsô,
Hinc, illinc, aliosq; duos, medium sed Iêsum.
19 Atqui etiam titulum scripsit Pilatus, eumque
Ipse cruci super imposuit: Scriptum fuit autem;
REX IVDAEORVM IESVS DE NAZARETH ILLE.
20 Hunc titulum multi è Iudæis (ergò) legebant;
Vrbi quòd vicinus erat locus ille, vbi Iesus
Est crucifixus: Et Hebraicè, Græcè, atque Latinè,
Scriptus erat. 21 Pilato igitur dixêre Supremi
Iudæorum Pontifices. Ne scripseris; ILLE
REX IVDAEORVM: Rex sum, (dixisse sed illum)
Iudæorum. 22 Respondit Pilatus; *idipsum*
Quod scripsi, scripsi. 23 Tirones militiæ (ergò)
Quandò cruci Iesum fixissent; accipiebant
Vestimenta eius, quatuor fecêreq; partes,
Militi *&* vnicuique suam partem, tunicamque:
(Atqui insutilis eius erat tunica illa, supremâ
Quæ contexta à parte fuit totaliter eius.)
24 Inter se dixêre igitur; Ne fissio fiat
A nobis de illâ; sed sortes proijciamus
Pro illâ, cuius erit: Scriptura implenda quòd esset;
Dicens; Partiti mea vestimenta fuerunt
Inter se. Tunicam iecêre meum super atq;
Sortem. 25 Militibus quocircà erat actio talis.
Iuxta stando crucem Iêsu tum porrò fuerunt
Præsentes eius mater, soror & quoque matris
Ipsiùs, Coniux etiam Clopæque Maria,
Et Maria isthæc quæ de vico Magdalis esset.
26 Iesus propterea quùm matrem, discipulumque,
Quem dilexerat, adstantem vidisset *adesse*;
Ipsiùs matri dixit; Mulier tuus ecce
Filius. 27 Exin' discipuloque ait; En tua mater.
Ex horâ illâ discipulus tunc ille recepit
In sua eam. 28 Posthæc, tum quandò sciret Iêsus
Omnia *præcedentia* iam perfecta fuisse:
Vt consummari scriptura queat; sitio, inquit.
29 Ergo illic plenum vas ponebatur acetô.

Matt.27.35
marc.15.24
luc.23.33.

Psal.22.19.

Psal.68.22.
matth.27.22

Im-

Impleverunt illi verò spongiam acetô,
Hyssopô circumpositam simul illius ori
Hanc admoverunt. 30 Iesus quapropter acetum
Quandò accepisset; Consummatum est, ait, atque
Tunc caput inclinans, emisit Spiritum *is eius*.
31 Ergò, Iudæi quòd corpora Sabbatô in illô,
(Quippe Parasceve fuit) in cruce non remanerent;
Quando dies erat eius magnus Sabbati *habendus*,
Posteriore die, Pilatum idcircò rogarunt,
Crura vt confringantur eis, tollantur & inde.
32 Ergo, militibus venientibus, atque prioris
Latronis confractis cruribus, alteriusque
Qui cum illô crucifixus erat; 33 Quùm porrò venirent
Ad Iesum; iam morte solutum quandò videbant,
Non confregerunt crura eius. 34 At vnus eorum,
Ex his militibus latus eius *cuspide* fodit
Lanceæ, & illicò sanguis, aqua insimul exijt inde.
35 Et qui vidit, testatur; vera eius & extat
Testificatio: Novit & hic se dicere vera;
Vt quoque vos credatis. 36 Namq; hæc facta fuerunt,
Vt Scriptura impleretur; Non comminuetur
Os ex illo. 37 Atque altera ait Scriptura; Videbunt,
Quem transfixerunt. 38 Pilatum post tamen ista,
Expetijt rogitans Arimathâensis Iôseph,
(Vt qui discipulus Iesû fuerat, sed operte,
Præ Iudæorum formidine;) tollere posse
Corpus Iesû. Quod Pilatus tollere sivit;
Propterea venit, tulit indeq; corpus Iesû.
39 Insuper autem Nichodemus venit, (is ille,
Qui primùm noctû Iesum convenerat ante.)
Misturæ myrrhæ portans, etiam quasi libras
Centum aloës. 40 Ergò acceperunt corpus Iesû,
Linteolisq; obvinxerunt id, arômatibusque
Cum *fragrantibus*, vt Iudæis mos sepelire
Est. 41 In eô verùm locô, vbi fuerat crucifixus,
Hortus erat, simul atque novum monumentum in eodem
Extitit hortô, in quô nondum quiscunque repostus

Exod. 12.46
Num 9.12
Zach. 12.10
matth 27.57
mar. 15.42.
luc. 23.50.
Supr. 3.2.

Esset

Esset adhuc. 42 Ideoq; Parascéve quòd adesset
Iudæis, posuêre illic quapropter Iesum:
Illud vicinum monumentum quippe quòd esset.

CAPVT XX.

HEbdomadis tum porrò die primô incipiente,
Magdalides Maria advenit manè ad monumẽtum,
Essent quùm *vel* adhuc tenebræ; lapidemq; remotũ
A monumentò contemplata est. 2 Cursitat ergò,
Et venit ad Simonem Petrum, discipulumq;
Alterum eum, quem Iesus est complexus amore:
His & ait, Dominum è monumentô surripuerunt;
Atque ipsum nescimus vbi posuêre *locorum*.
3 Ergò, exivit Petrus, is alter discipulusque.
Et venerunt ad monumentum. 4 Sed simul ambo
Currebant: sed discipulus currebat is alter
Præ Petro & citiùs, venit prior ad monumentum.
5 Et posita (vt sese incurvasset) lintea vidit,
Non tamen introijt. 6 Simon Petrus ergò sequutus
Est illum, veniens; intravit & in monumentum;
Et contemplatus posita *illic* lintea vidit:
7 Et sudariolum quod erat supra caput eius
Non positum cum linteolis; quin immò seorsim
Involvebatur locum in vnum. 8 Discipulusq;
Ingrediebatur tunc insuper alter & ille,
Qui prior ad monumentum venerat, intuitusque,
Credidit ille etiam. 9 Scripturam namque sciebant,
Illum nondum, surgere quòd de morte solutis
Rursus oporteret. 10 Sunt discipuli ergò reversi
Retrò qui sui erant ad eos. 11 Flens porrò Maria
Mœsta foris stetit ad monumentum. Flevit vt ergò;
In monumentum se incurvavit. 12 Visi & ab illâ

Marc. 16. 1. Luc. 24. 1.

Matth 28. 1 marc. 16. 5

Angeli

Angeli in alba *veste* duoque fuêre sedentes,
Vnus *erat* capiti, pedibus *fuit* alter, Iēsu
Corpus vbi iacuit. 13 Qui dixêre insuper ipsi;
Quid fundis (mulier) lachrimas? Dicit quibus *illa*;
Surripuêre meum Dominum, scio non vbi eumque
Sepofuerunt. 14 Quamprimùm dixisset & isthæc;
Semet retrorsùm convertit; vidit Iēsum
Et stantem, non attamen esse sciebat Iēsum.
15 Dicit ei Iesus, Quare muliercula ploras?
Quem quæris? Reputans ea, cultor quòd fuit horti;
Dicit ei, (Domine) asportasti si modò tu ipsum;
Dic mihi vbi posuisti illum; quem tunc ego tollam.
16 Dicit ei Iesus, Maria. Hæc conversa ait ipsi,
Rabboni; quod idem, Præceptor dicitur. 17 Inquit
Illi Iesus; me nequaquam tangito: nondum
Quippe meum ad Patrem conscendi. Porrò profecta,
Vade meos ad fratres illos, dicito eisque;
Ad Patrem conscendo meum, Patrem quoque vestrum;
Adque *illum* mihi *qui* Deus *est*, Deus *est* quoque vobis.
18 Venit Magdalides Maria, isthæc nuncia narrans
Discipulis, Dominum quod conspexisset, & ista
Quòd sibi dixisset. 19 Quando ergò vespera eòdem
Esset facta die primò hebdomadis; sed & essent
Clausæ quandò fores, (vbi erant formidinis illic
Discipuli Iudæorum ratione coacti,)
Venit Iēsus, in medioque adstabat *eorum*,
Dixit & his; Pax vobis. 20 Quùm dixisset & ista,
Inde manus, latus eius & ostendebat eisdem.
Ergo discipuli Dominum tum quandò videbant;
Sunt gavisi. 21 Rursus eis ergò inquit Iēsus;
Pax vobis: Pater vt me misit, *sic* ego mitto
Et vos. 22 Quumq; hæc dixerat; insufflavit in illos
Sanctum Spiritum, eis dicebat &, accipitote.
23 A vobis quorum fuerint peccata remissa,
Hisce remittentur: Si quorumcunque retenta
A vobis fuerint; sunt *ipsis illa* retenta.
24 Ex duodenis Thomas autem *qui fuit* vnus,

Marc. 16. 14
luc 24. 36.
1. Cor. 15. 5

Matt. 28. 18

(Didimus

(Didimus is qui est appellatus,) non erat vnà
His cum Iesus quando venerat. 25 Ergò,alij ipsi
Discipuli *reliqui*,(Dominum conspeximus)aiunt.
Hic illis verò, nisi conspectavero (dixit)
Illius in manibus quę infixa est illa figura
Clavorum, mittam loca in illa meum digitumq;
Quæ fuerant impressa à clavibus, *ipse* manumq;
Deinde meam ni immisero *figens* in latus eius;
Nequaquam credam. 26 Post isthæc (ergò) diebus
Octo,rursus erant *quando* intùs discipuli eius,
Cum quibus & Thomas; foribus *tunc* venit Iesus
Clausis,in medioq; ipsorum stabat,& inquit;
Pax vobis. 27 Digitũ dein Thomę inferto tuum inquit
Hùc; spectato manusque meas, profer manumque exhendo.
Tute tuam, latus in meum *eam*que immittito : sisque
Non incredulus,at credens. 28 Respondit at illi
Thomas; Et (Dominus meus,atque Deus meus) inquit
29 Dicit ei Iesus; Credis,(Thoma) quia visu
Me conspexisti : sunt conditione beata,
Qui non viderunt,confisi sunt tamen illi.
30 Sunt etiam permulta quidem miracula,Iesus
Discipulis quæ conspicientibus edidit eius; *Infr.21.25*
Hoc in librò quæ non sunt conscripta: 31 Sed ista
Scriptis sunt commissa. quòd *hoc* credatis, Iesum,
Christum Filium eum esse Dei : vt credendo per eius
Atque etiam nomen, vitam possitis habere.

CAPVT XXI.

POsthæc se rursùs manifestum reddidit esse
Iesus, ad mare quod Tiberiadis est : Ita verò

Se

Se manifestum reddidit. 2 Vnà *quùm* simul essent
Simon Petrus, Thomas, Didymus is quoque dictus,
Et quoq; Nathanäel, qui erat ex Canâ Galilææ,
Illi etiam Zebedæi qui natique fuerunt,
Ex ipsius discipulis alij quoque bini;
3 Simon Petrus eis (abeo piscarier) inquit
Dixerunt ipsi; Tecum nos imus & vnà.
Exivêre, ascenderunt mox navigiumque,
Nocte illaq; nihil ceperunt. 4 Mane sed ortô,
Astitit ad littus Iesus, non attamen esse
Iesum discipuli noverunt. 5 Dixit Iësus
His ergò; Pueri, numquidne opsonij habetis?
Responderunt illi non. 6 Quibus inquit at ille;
Navigij à dext'ris in partem mittite rete,
Inventuri eritisque. Ergo misêre; valebant
Et non ampliùs attrahere illud, copiâ abundâ
Præ *captorum* pisciculorum. 7 Dicit is ergò
Discipulus Petro, quem condilexit Iësus;
Est Dominus · Quocircà, quandò audiverat esse
Hunc Dominum Simon Petrus; tunica se amicivit,
Et præcinctus (nudus enim fuit) in mare sese
Immisit. 8 Sed navigiô ipsum cæteri adibant
Discipuli, (quia non procul à tellure fuerunt,
Circiter at cubitis ducentis) rete trahentes
Piscibus *impletum*. 9 Quamprimùm propterea q;
Descendissent in terram, positas *ibi* prunas
Aspiciunt, piscem, panem simul impositumque.
10 Dicit eis Iesus; adferte ex piscibus istis,
Quos modò cepistis. 11 Simon Petrus ascendebat,
Piscibus in terram repletum reteque traxit
Magnis, centenis, quinquaginta, tribus; & non
Diffissum rete est, tot *pisces* quamlibèt essent.
12 Dicit eis Iesus; veniatis, prandium esuri,
Atqui verô discipulorum nemo erat ausus
Percontari illum, *dicens*, Quis tu es? Quia norant,
Quòd fuerit Dominus. 13 Quapropter venit Iësus,
Accipit & panem, dat & his, pariter quoque piscem.

14 Hâc

14 Hâc vice iam ternâ manifestus factus Iesus
Discipulis est inde suis, quùm rursus ab *eius*
Morte resurrexisset. 15 Pransi quùm ergò fuissent,
Simonem Petrum dicens affatur Iësus:
Simon * Iöniades, num me plus diligis istis?
Dicit ei; Certè, (Domine,) *istud*, diligo quòd te,
Tu cognosti. Pasce meos agnos, ait illi.
16 Tunc affatur eum vice rursus deinde secundâ;
Simon * Iöniades; numquid me diligis? Illi
Tu certè quòd te (Domine) inquit, diligo, nosti.
Pasce meas (ille dicebat) oves. 17 Ait illi
Insuper est vice ter repetitâ affatus eundem;
Simon * Iöniades, numquid me diligis? ægrè
Tristitiâ affectus Petrus fuit, id quod eidem
Ter dixisset; Num me diligis? Inquit & illi;
Tu (Domine) omnia scis; tu (quòd te diligo) nosti.
Cui Iesus dicebat, Oves quæ sunt mihi pasce.
18 Amen, Amen, dico tibi; Iuvenilibus annis
Quùm vegetus fueras, cingebas temet, & ibas
Quò libitum fuerat; veniet sed quandò senectus;
Expansurus es inde manus tibi, te sed & alter
Cinget, & abducturus erit quò *pergere* noles.
19 Dixit at istud, significans, quâ glorificaret
Morte Deum. Quumq; hoc dixisset; dicit eidem,
Me sequitor. 20 Conversus, discipulum Petrus illum
Vidit, quem dilexit Iesus esse sequentem,
Qui simul & recubans fuerat pectus super eius
In cœnâ illâ; qui quoq; Dixit; Quis (Domine) ille est
Qui te prodet? 21 Eum quùm Petrus viderat, (ergò;)
Dicebat Iesu; Domine, hic quid verò? 22 Ait illi
Iesus; Si volo eum, donec veniam, esse manentem;
Ad te quid? sequitor tu me. 23 Sermo exijt (ergò)
Hic inter fratres, quòd non foret is moriturus
Discipulus; Quamvis Iesus non dixerat illi,
Non morietur: verùm, si volo vt ille maneret,
Adveniam donec; Quid *id* ad te? 24 Testis is ipse

*Fili Iona.

*Fili Iona.

*Fili Iona.

Sup. 13. 23

Est

Est hic discipulus de istis, qui scripsit & ista;
Noscimus eius,& est quod testificatio vera.
25 Multa alia autem sunt etiam,quæ fecit Iesus,
Singula quæ scriptis si mandarentur;opinor, Sapr.20,30
Ipsum non equidem mundum satis esse capacem
Librorum illorum,quos quis conscriberet. Amen.

Laus Deo.

Acta

Lectori.

SI quæ diuersis variabit lectio verbis,
Iudicio indulgens vtitor ipse tuo.

Lectiones variæ in Matthæo.

FÆlices luctu suspiria mœsta trahentes, C.5.vers.4
Quippe quòd accepturi sunt solamen ijdem.
——————————dum verò cogitat, ecquis C.6.v.27.
Vestrûm sollicitè potis est augere staturam?
In carnem vnam—————————— C.19.v.5.
——————————non cognovêre priusquàm. C.24.v.39

In Marco.

——————————mandátane nosti? C.10.v.19
Velare atq; ejus faciem—————————. C.14.v.65

In Luca.

Præsedit Syriæ Proconsul quando Cyrinus. C.2.v.2.
——————————Quiscunque venire C.9.v.23.
Post me vult sese abdicet ipsum, deinde quotidie.

Licet

Licet sequutus sum Martialem in quantitatibus verbi *quotidie*, vbi (contra vulgarem neotericorum morem) *quo* vt à quoto corripitur, *ti* in tidie, (acsi esset idem dies) produceretur (quod sufficere potest ad eum versum quem adhibui iustificandum) tamen vt vulgo morem gererem, aliter etiam supplevi versum, variâ hac lectione.

——— ——— deinde crucemq;
Quotidie ille suam sustollat, meq; sequitur.

Ibid. v. 25. ——— ——— quid proficit vlli,
C. 10. v. 6. Pax super illam. &c. ———
C. 14. v. 26 Atq; animam propriam; mihi discipulus nequit esse.

In Iohanne.

C. 6. v. 42. Sum qui de Cœlo descendi. &c.
C. 8. v. 46. ——— ——— arguet? atqui
C. 9. v. 16. ——— ——— alij referebant,
C. 17. v. 13 ——— ——— natum tibi glorificato,
& lin. sequenti. ——— ——— temet glorificare.

Ector amice locos quos emendare monebo,
En tibi præcipuos; corrige, sive fave,
Et curam nostram nos emendabimus; vt sic
Prodeat altera pars enucleata magis.

Emendanda in Matthæo.

CAP. 9. Verf.28.Domine.v.35.languore.c.10.v.2.frater eidem. Cum germano, v.3. idem. v.18.estis.v.20. non estis.c.11.l.vlt.In quibus.v.28.refectos.c.12.v.3.vniq; fuerunt.v.11.an qui habet.v.24.audissent.ver.prox.vrbs omnisq;.c.15.v.34.trajecissent.v.23.post nos.v.30.mutilata.c.17.v.14.procidit.v.21.Ni precibus.c.18.v.33.deberes c.20.v.15.numquid.v.17. inter eundum.c.21.v.12. ementes.v.28.sibi natû.c.22.v.16.Sis quia verax.c.23.v.23.graviora.v.35. de tempore fusus. c.25.v.17. cepit. v.18. ceperat.c.26.v.56.Ante propheta.

In Marco.

CAP. 1. Verf.32.dæmonijsq;v.44. præsenta temet.c.4.v.38.Ipse.c.6,v.17. cepit eumq;. c.7.v.26.profecta. c.9.v.22.restituet.v.13.constat.v.19.inquit eis.c.13 v.4.vt accipiant. v.35. cantu, aut. c.14.v.7. me non.v.8.l.4. ipsa mei. v.17. Atqui vespere facto. v.34. hic estote. v. vlt. Ipsi quæ. c.15.v.13.itidem.c.16.v.5.juvenem sedentem.

In Luca.

CAP. 1. Verf.66. Domini manus.c.2.v.4. & Gentilitio. v.30.quando mei.34.rursus surrectio.c.3.v.22.Sanctus Spiritus.c.4.v.4.verbo omni.v.29.supra quod in-ædificata.c.6.v.9.istud quæro.c.7.v.11.Naim.v.22.Discedentes. v.26.quamq;.c.8.v.23.suntq;.v.38.exiverunt.c.9.v.59.Me sequitor.c.10.v.17.Domine.v.39.sermoni.c.11.v.3.Quottidie.v.17.à se quòd.v.48. patrum.c.12.v.4 perimût.v.28. Deus.ergò.c.13.v.8 fimum.v.11.poterat.c.15.l.vlt. Deficere atq; suo.c.16.v.21. sed &.c.19.v.38.summè excelsis. c. 20. v.9. plebi. c. 24. v. 2. remotum.v.7.resurgere.

CAP. 1. Verſ. 6. Nomen Iöhannes cui erat. v. 33. videris. c. 5. v. 2. quinis. c. 6. v. 13. quinis. c. 7. v. 17. num ſit. c. 7. v. 45. adduxiſtis eundem. c. 9. v. 1. prætetienſq;. v. 19. iſthic num. c. 12. v. 20. conſcendêre. c. 13. v. 9. Quin. v. 27. Fac citò. v. 34. Quòd. c. 14. v. 15. itemq; colatis. c. 16. v. 8. venerit. v. 15. cum : ſed & illa. c. 20. v. 27. protende.

ACTA SANCTORVM APOSTOLORVM.

CAPVT I.

Christi ascensuri mandata, ascensus & eius,
Nomina Apostolicis. Matthiæ electio sorte.

ANte quidem *sermone* priore (Theophile) librũ
Pertractans; rebus confeci de omnibus illis,
Quas facere & cœpit Iesus, simul atq; docere
2 Illũ donec adusq; diem mãdaverat in quô,
His in Apostolicô quos munere substituisset,
Electis per Sanctum Spiritum, erâtque receptus
Quùm sursùm. 3 Quibus his etiam (sua passio postquàm
Consummata fuit,) vivum sistendo seipsum
Exhibuit, multis cum signis indubitatis;
Quadraginta quandò dies apparuit illis
Adque Dei regnum quę sunt spectantia dicens
4 Inq; vnum redigens illos, mandavit eisdem,
Vrbe quod à Solimâ ne disceduntò; sed inquit
Promissum Patris expectarent, *nempe* quod à me
Audivistis. 5 Baptizavit namque Iohannes
Fonte quidem laticis, vos attamen hisce diebus
Exhinc non multis loti baptismatis vndâ
Spiritû ab Almo eritis. 6 Quùm convenere ideoque
Quæsivêre ab eô, dicentes; Num (Domine) istô
Israëli restitues sub tempore regnum?

Luc. 24. 49. iohn. 14. 25.

Matth. 3. 11. luc. 3. 12. mar. 1. 8. iohn. 1. 26. infra. 2. 2 & 11. 16. & 19. 4.

Atqui verò dixit ad illos; tempora nosse
Ad vos non spectat, momenta aut temporis illa
Opportuna, Pater quę clausa recondidit ipse
Esse potestate in propria. 8 Quin accipietis
Infra.2.1. Virtutem, Sanctus quam Spiritus influet in vos
Desuper. Atque eritis mihi testes in Solimâ vrbe,
Atque in Iudæa totâ, & Samareiâ, & adusque
Luc.24.51. Extremas terras. 9 Simul ista loquutus vt esset;
Aspicientibus his, est in sublime levatus,
Abs oculis & eorum nubes abstulit ipsum.
10 Intentis oculis in cœlum quùmque fuissent,
Illô abeunte; viri duo amicti vestibus albis
Qui fuerant, iuxtà illos stantes (ecce) fuerunt:
11 Qui simul atque *illis* dixere; viri Galilęi,
Attoniti in cœlum quid statis suspicientes?
A vobis sursùm qui est Iesus iste receptus
In cœlum; veniet, velut aspexistis eundem
In cœlum proficiscentem. 12 Tunc inde reversi
Sunt vrbem in Solimam de monte vocatô ab olivis,
Vrbem qui iuxtà Solymorum, distat ab illâ
Sabbati iter. 13 Quumque in cœnaculum ij introijssent,
Tunc ascenderunt vbi permansere morantes;
Et Petrus, simul atque Iacobus, itemque Iohannes,
Andreas simul atque Philippus, *item* quoque Thomas,
Bartholomæus, item Matthæus, itemque Iacobus,
Qui fuit Alphæô prognatus, Simon & ille
Dictus Zelótes, Iudas fraterque Iacobi.
14 Hi perdurabant vnà concorditer omnes,
Supplicibus nixi precibus, bona dona precantes,
Et mala quòd possint diverti, in vota profusi,
Cúm*que* vxoribus, & cum Iesû matre Mariâ,
Cumque ipsiûs fratribus. 15 Illis inq; diebus,
In mediô Petrus consurgens discipulorum,
Dixit; (turba at erat, capitatim nomina censens,
Acsi centeni viginti circiter essent)
16 Esse (viri Fratres) implendam prorsus oportet
Hanc Scripturam, quam pręedixit Spiritus Almus

Os per Davidis, de Iuda, *scilicet*, illis
Prævius extitit ipse viæ qui ductor, Iesum
Qui compr'enderunt. 17 Siquidem fuit an-numeratus
Vnà nobiscum, sortitus erat quoque sortem
Istius ille ministerij. 18 Acquisivit is ergò
Ex mercede iniusticiæ agrum: præcipitatus
Et medius crepuit, simul omnia viscera suntque
Effusa ipsiûs. 19 Cunctisque habitantibus vrbe
In Solymitanâ notum fuit, vsque adeò vt sit
In linguâ, propria est quæ ipsis, ager ille vocatus
Nomine Aceldama, denotat id quod, Sanguinis agrum.
20 In librô siquidem Psalmorum scribitur, illa
Existat deserta habitatio quam colit ipse,
Et non existat quisquam qui habitabit in æde
Eius Episcopi; & huius functio retribuatur
Accipienda alij. 21 Ex ipsis quapropter oportet
Hisce viris qui convenerunt tempore toto
Nobiscum, quô sit Dominus versatus Iesus
Inter nos: 22 Baptismate ab incipiente Iohannis,
Donec adusque diem, sursum quô est inde receptus,
Vnus de cœtu nostro quòd constituatur
Vna nobiscum *qui sese ostenderet esse*
Testem, quòd Iesus fuerat de morte resurgens.
23 Proptereà ergò duos, Ioseph statuére, vocatum
Barsabban, qui dictus erat cognomine Iustus;
Et Matthiam. 24 Deinde precantes (tu Domine) aiunt,
Qui cunctorum nosti corda, ex hisce duobus
Vtrum elegeris, ostendas: 25 Vt sorte fruatur
Ille ministerijq; istiûs, Apostoliciq;
Mu neris officio, de quô descivit Iûdas,
In locum eum quòd abiret, ei qui proprius esset.
26 Et proiecerunt sortes super his, ceciditque
Sors in Matthiam, qui à quoviscumque probatus,
Ordini Apostolico cum vndenis adnumeratur.

Psal.49.9.
Iohn.15.18.

Psal.69.26.
Psal.109.8.

Capvt. II.

Dona in Apostolicos linguarum Spiritu ab Almo,
Petri oratio, quanta est hinc conversio facta.

PEntécostes quùmque dies complendus adesset;
Commansere omnes concorditer in locô eodem,
Vnanimes; 2 Sonitus factus fuit atque repentè
E cœlô, flatûs violenti flictus adinstar,
Impete qui advenit, totam replevit & ædem,
Ipsi vbi consederunt. 3 visæ sunt simul illis,
(Quę dispertitæ fuerant) linguę velut ignis,
Quique etiam super vnumquemque sedebat eorum.
4 Spiritû item Sanctô repleti sunt simul omnes,
Cœperunt alijs linguisque loqui, prout ipsis
Spiritus ille loqui dabat. 5 Vrbe sed in Solymorum
Porrò fuere viri Iudæi relligiosi,
Qui sunt degentes cœli regione sub omni.
6 Hôc ortô verùm rumore, frequentia multa
Convénit, confusa fuitque quòd audijt vnus-
Quisque suâ linguâ propriâ illos esse loquentes.
7 Percellebantur tunc omnes porrò stupore;
Ac mirabantur, dicentes, vnus ad altrum
Inter sese: Num non omnes (Ecce) loquentes
Hi Galilæi sunt? 8 Et quomodò fit, quòd eosdem
Quisque suâ linguâ audimus nati sumus in quâ
9 Parthi, & Medi, Elamitæ etiam, Medij inter & amnes,
Scilicet, Euphratem fluvium Tygrimq; colentes,
Qui quoque Iudæam, qui Cappadocum sed & oras
Qui Pontum, *qui* Asiamq; *habitantes sunt*, 10 Phrygiamq;
Et quoque Pamphiliam, Ægiptum, partes Lybięque
Nempe Cyrénaicas quę circà sunt *habitantes*;
Advenę item Romani, tum Iudæa *propago*,
Tum proséliti item. 11 Cretes *qui sunt* Arabesque

Nostris

Nostris effatos linguis audivimus illos,
Ipsa Dei magnalia quę sunt verba loquentes.
12 Obstupuerunt autem, mirabantur & omnes,
Dicentes alijs alij; quidnam sibi vult hoc?
13 Ast alij vero iactantes scommata risû,
Isti sunt vinô dulci (dixere) repleti.
14 Consistens autem *tunc* Petrus, cum *sibi iunctis*
Vndenis, ipsiùs vocem sustulit, estq;
Illos affatus, dicendo, Viri Iudæi,
Vos quę omnes Solymâ qui habitantes estis in vrbe,
Hoc esto notum vobis, & percipitote
Auribus hæc mea verba. 15 Etenim non est velut estis
Vosmet opinantes, ebrij sunt quippe quòd isti;
Hora diei cùm sit tertia. 16 At istud idipsum
Est, quod erat dictum, narrante Ioêle Prophetâ;
17 *Ipse* meô effundam carnem de spiritû in omnem,
Filij itemque Prophetabunt vestri, simul ipsę
Filiæ item vestrę; iuvenes vestrique videbunt
Visa, etiam vestri seniores somnia habebunt
In somnis. 18 Servos equidemque meos super ipsos,
Deinde meas super ancillasque diebus in illis
Effundam *ipse* meô de Spiritû; eôque *movente*
Vaticinabuntur. 19 Miracula deniq; sursùm
In cœlô, simul atque dabo in tellure deorsùm
Signa, cruorem, ignemque etiam, fumique vaporem.
20 In tenebras sol versus erit, luna inq; cruorem
Est *vertendâ*, dies veniat Domini ille priusquam
Magnus & illustris. 21 Simul atque erit inde futurum,
Vt quisquis nomen Domini imploraverit, est hic
Servandus. 22 Sermones exaudite (viri) istos
Israëlitæ; Iesum de Nazareth illum,
Scilicet esse virum Deo ab *emittente* probatum,
Erga vos, factis præstantibus, atque stupendis
Mirac'lis, & signis, quę Deus edidit ipse
In mediô vestrûm, per eum; veluti quoque nostis
Ipsi. 23 Hunc *inquam* definitô consiliô illô,
Æternôque Dei decretô, præ-statuente,)

Ioel 2.28. Esa.44 3.

 Acce-

Accepistis deditum eum; figendo cruciq;
Interimi manibus procuravistis iniquis.
24 Quem Deus evexit, mortis solvendo dolores;
Quandoquidem fieri minimè poterat, quòd ab illâ
Esset detentus. 25 Quùm David dicat in illum;
Psal.16.8. Perpetuò Dominum coram me prospiciebam,
Quippe quòd ad dextram ne commovear mihi præstò est.
26 Quapropter, mihi cor lætatur, & est mea lingua
Exultans, mea & est cum spe caro firma quiescens:
27 Quippe, animâ linquendo meam quòd non apud ipsos
Infernates destitues, non esq; daturus
Vt corruptelam Sanctus tuus ille videret.
28 Fecisti *esse* vias *quæ* vitę *sunt* mihi notas,
Vultum contemplando tuum me corde replebis
Exultante. 29 Viri Fratres, mihi liberè apud vos
3.Reg.2.10. Dicere, de Patriarchâ illô Davide, licebit.
infra13.36. Quòd defunctus & est, simul estque sepultus, & extans
Eius apud nos est monumentum, tempus ad instans.
30 Ergò, quandò Propheta esset, sciretque, quod ipse
Psa.131.11. Iure Deus iurandô iuravisset eidem,
Ipsius ex lumbi fructû (quod spectat ad eius
Carnem) quòd Christum voluit de morte citare,
Quem super ipsius soliô *regnare* locaret;
31 Præscius ante loquebatur, Surrectio rursus
Psal.16. 10. Ista futura fuit quòd Christi: quandò anima eius
Nec deserta apud infernates extitit, eius
Nec corruptelam caro vidit: 32 Eum Deus ipsum,
Hunc *inquam* Iesum, rursus de morte citavit,
Cuius testificantes nos existimus omnes.
33 Propterea ergò, Dei dextrâ exaltatus, adeptus
Spiritum item Sanctum, promissum à Patre; profudit,
Hoc quod spectatis vos nunc, auditis & illud.
34 Nam non in cœlos ascendit David: at immò
Ipsemet aiebat; Dominus Domino ipse meo inquit;
Psal.110.1. A dextris mihi consideas. 35 Tibi donec adusque,
Hostes *esse* tuos pedibus *pro more* scabelii
Suppositos reddam. 36 Certò cognoverit ergò,

Israëlis

Israëlis tota domus, quòd fecerit ipsum
Hunc Deus & Dominum, & Christum, Iesum, cruci eundē
Quem vos fixistis. 37 Quùm audissent ista sed illi;
Compuncti sunt corde: aiebant ad quoque Petrum,
Ad reliquos qui & Apostoli erant; Quidnam faciemus
Ergo, Viri, fratres? 38 Resipiscite tum Petrus autem
Illis inquit, & vnusquisque in nomen Iesû
Christi, sit vestrûm, (quò sint peccata remissa)
Lotus baptismô; donum simul accipietis,
Quod Sanctus dat Spiritus. 39 Est promissio facta
Nam vobis, vestris quoque prolibus, omnibus hisque
Longè qui *sint* inde *futuri, scilicet* illis
Quos Dominus noster Deus ipse vocaverit ad *se*.
40 Pluribus est alijs etiam sermonibus *illos*
Obtestatus, & exhortatus, testificando;
Dicens, Præservamini ab istâ gente scelestâ.
41 Qui *ergo* acceperunt sermonem mente lubenti
Eius; baptizati sunt. *Ecclesiæ* in illô
Appositæque die sunt ter quasi mille animarum.
42 Atque in Apostolicâ doctrinâ continuantes;
Durarunt, in participatû etiamque bonorum
Communi, fractura etiam panis; precibusque.
43 Vnicuique animæ timor est veruntamen ortus:
Et miracula, pluraque signa stupenda fuerunt
Facta, per hos in Apostolicô qui munere lecti
Extiterant. 44 Quotquot credentes attamen essent,
In loco eôdem sunt coniuncti, atque omnia habebant
Inter se communia. 45 Vænùm proposuerunt
Prædia *quæ abs illis* etiam possessa *fuere*,
Queque facultatum bona *erant*, atque omnibus illa
Impertiverunt, prout illis cuique opus esset.
46 Perdurantes quottidie concorditer & sunt
In templô, suetique domatim frangere panem
Manserunt, capiendo cibum, cum gaudiô ovantes
Exultabundi, cordis quoque simplicitate. (bentes
47 Laudantes Deum, apud populum quoq; gratiam ha-
Totum. Sed Dominus *numero* addidit incrementum

Auctû ecclesię, eorum, (quoviscunque dierum,)
Nimirum salvandi qui sunt inde futuri.

Caput. III.

[illegible]tur claudus mendicans plebe stup[illegible],
Petrus vt isthinc Christum prædicet arripit ansam.

IN templum Petrus insuper autem, tumque Iohannes,
Quandò preces fiebant, ascendére, sub horam
Nempe novenam. 2 Sed vir quidam matris ab alvô
Claudus qui fuerat, (quem comportando ferebant
Quoviscunq; die, Templi ad portam, speciosa
Quę dicta est, eleemosynam petiturus vt esset;
Abs intrantibus in templum:) 3 Quandò iste videbat
Ingressuros in Templum, Petrum atque Iohannem;
Accipiendæ eleemosynę ratione, rogavit.
4 Intentis oculis in eundem. Petrus at vnà
Cúm*que* Iohanne; In nos (dicens ait) aspice. 5 Quare,
Attendebat eis, aliquid sperans ab eisdem
Accepturum se. 6 Petrus veruntamen inquit;
Argentum non est aurumque mihi, tamen id quod
Ipse habeo, tibi largior hoc; In nomine Iesu.
Christi Nazáræni surgito, & ambula. 7 Et eius
Deinde manum dextram compr'endens, erigit ipsum
Porrò pedes eius tunc illicò, malleolique
Sunt confirmati; 8 Sed & exiliens stetit, atque
Perrexit, templum cumque his ingressus adivit,
Progrediens, saliensque, Deum quoque laudibus ornans.
9 Totus eum populus simul atque videbat euntem
Laudantemq; Deum. 10 Quem tum sed & esse sciebant
Hunc, eleemosynam qui *mendicando* sedebat
Ad portam templi Speciosam: suntque pavore
Atque stupore repleti ex hôc quod contigit illi.
11 Vt verò claudus (quùm sanus redditus esset)

Petrum

Petrum complexus retineret, itemque Iohannem;
Mox ad eos totus populus concurrit, in illam
Quę dicta est Solomonis porticus, expavefactus.
12 Petrus sed populo respondit, vidit vt *istud*;
Israëlitę, viri, ad hoc quid mente stupetis,
Aut quid defixos oculos in nosmet habetis?
Acsi vi nostrâ, aut pietate effecimus, hic vt
Ambulet? 13 Abrâhami, Isaac, atque Iacobi
Ille Deus Patrûm nostrorum, glorificavit
Ipsiûs prolem Iesum, quem proditióne
Ipsum tradebatis vos, simul atque negastis
Pilati in conspectû, quùm decreverat ille
Dimittendum. 14 Sanctum sed iustumque negastis
Vos illum; vobis condonandumque homicidam
Expetijstis. 15 Vitæ authorem porrò necastis,
Quem Deus excivit *rursus* de morte peremptis.
Cuius nos sumus attestantes. 16 Nomen in eius
Per fidem &(hunc quem conspicitis, quem deniq; nostis)
Eius nomen confirmavit · itemque per ipsum
Divo reposta fides dedit isti hanc integritatem
Coram vobis omnibus. 17 Atqui nunc scio (Fratres)
Vos *isthæc* fecisse per ignorantiam, vt atque
Primores vestros. 18 Verùm Deus ore suorum
Illa prophetarum (quę declaraverat ante)
Esse suum Christum passurum; sic ea plene
Effecta implevit. 19 Resipiscite propterea q;
Et convertite vos, vt quę peccata patrastis
Deleri vobis possint, iam tempora postquam
Ista refrigerij venêre à conspiciente
Ipsiûs Domini vultû; 20 Quùm denique Iesum
Christum vobis (declaratus qui prius esset)
Miserit. 21 Hunc ipsum quem cœlum prorsus oportet
Vt capiat, veniant ea temporâ donec adusque,
Omnia quando restituentur, quę Deus illa
Ore Prophetarum cunctorum *nempe* suorum
A sec'lo est Sanctorum *pręcedente* loquutus.
22 Ad patres Moses dicebat namque, Prophetam

Fratri- *Deut.18*

Deut.18.15. Fratribus ex vestris Dominus vester Deus ipse
infra.7.37. Est erecturus vobis, me sicut *habendum*,
Huic auscultantes intentis auribus este,
Omnibus in rebus quę vobis ille loquetur.
23 Porro futurum est, vt quiscunque audire Prophetam
Istum nolet; de populô delendus is esto.
24 Insuper omnes à Samuele etiamque Prophetę,
Atque ab eisdem qui post illum deinde fuerunt,
Sunt quotcunque loquuti; prædixere simulque
Hosce dies. 25 Vos estis filij ab hisce Prophetis
Gen.12.3. Progenies, & fœderis eius, quod Deus ergà
Patres nostrates pepigit; Dicens Abrahamo;
Gal.3.8. Inque tuô benedicendi sunt semine quotquot
Existunt terrę famulatus. 26 Filium Iesum
Ille suum vobis excitum primitùs, ipsum
Misit, qui vobis benediceret, avertente
Sese quolibet, à vestris enormiter actis.

Capvt. IIII.

Capti, interdicti, Petrus sunt atq; Iohannes,
Dimissi redeunt, orant, locus ipse movetur.

IPsis ad populum tum porrò loquentibus *ista*
Verba; supervenere Sacerdotes, simul atque
Præfectus templo, Sadducæique: 2 Ferentes
Indignabundè, populum quod *nempe* docerent,
Et declararent illis, in nomine Iesû,
Quòd surrectio rursus erit de morte futura.
3 Iniecere manus & eis, posuere sequentem
Inque diem, in custodiam eos; iam quippè quòd esset
Vespera. 4 Qui audierant sermonem multi at eorum
Crede-

Credebant, numerus factus fuit atque virorum
Acsi millia quinque forent. 5 Factum fuit autem
Posteriore die, Primores & Seniores
Ipsorum, Scribę vrbis item Solymorum, vt in vnum
Collecti fuerint: 6 Annas Summusque Sacerdos
Convênit, simul & Caiaphas, atque Iohannes,
Deinde & Alexander, quotquot de prosapiâque
Pontificûm fuerant. 7 Statuissent quùm sed & illos
In mediô ipsorum, percontabantur ab illis;
In quâ vos virtute, vel in quô nomine *freti*,
Hoc fecistis? 8 Tunc repletus Spiritû ab almô
Petrus eis dixit; Primores plebis, & estis
Qui Seniores Israëlis. 9 Quæstio quandò
De nobis hodie, benefactô sit super istô,
Collatô ægrotanti homini, sit quomodò sanus
Hic factus: 10 Notum sit vobis omnibus, omni
Et populo Israëli; quòd per nomen Iêsu
Christi Nazareni, eius quem vos cruci adactum
Fixistis, Deus excivit quem a morte peremptus;
Nomine in istô, coram vobis, sanus hic astat.
11 Hic est ille lapis, qui a vobis est reprobatus
Ædificantibus, Anguli is est factus caput. 12 Altrô
Non etiamq; salus quôcunq; existit in vllô:
Est aliud nec-enim cœli sub *tegmine* nomen,
Quod datur humano generi, nos per quod oportet
Servari. 13 Conspecta porrò Petri atque Iohannis
In dicendo libertate; simulque videntes,
Quòd sine literulis, privati hominesque fuérunt;
Admirati sunt, agnoscebantque fuisse
Ipsos cum Iesû. 14 Sed cum ipsis quandò viderent
Hunc simul astantem qui sanus redditus esset;
Nequaquam potuérunt contradicere quicquam:
15 Extrà concilium iussis ipsis sed abire;
Consultabant inter se: Nobis quid agendum
16 (Dicentes) est hisce viris? Quùm sit per eosdem
Factum conspicuum signum; degentibus vrbe
Omnibus in Solymitanâ, idque patescit apertè,

Psal. 117. 22. esa. 28. 16. mat. 21. 42. mar. 12. 10. luc. 20. 17. rom. 9. 33. 1. petr. 2. 7.

Inficias

Inficias etiam nequaquam possumus ire:
17 In populum ne divulgetur *id* amplius autem,
Interdicemus mandando minaciter illis,
Vt non omninò loquerentur nomine in istô
Vlli hominûm posthâc. 18 Tunc ipsis ergò vocatis,
Demandaverunt omninò ne loquerentur,
Sive docere ausint *vllos* in nomine Iesû.
19 Atquì tum verò Petrus, simul atq; Iohannes,
Responsum dantes, illis dixere; Sit anne
Coram prospiciente Deô, iustum magis *istud*,
Vobis, quàm auscultare Deo; discernite vestrô
Juditiô. 20 Nec enim quæ nos spectavimus, illa
Quæque audivimus; hæc non possumus esse loquentes.
21 Hj verò non invenientes quomodo possent
Per populum punire illos; terrore minaci
Adiectô, illos dimiserunt: glorificabant
Omnes quippe Deum, super isto quod fuit actum.
22 Natus enim quàm quadraginta erat amplius annos
Hic homo, signum in quô factum sanandi erat istud.
23 Illi dimissi, tum porrò suos adierunt;
Et declararunt ipsis quæ dicta fuerunt
Abs his Pontificûm primoribus & Seniorum.
24 Qui quum hæc audissent; (concordi voce levatâ;)
Implorando Deum; Domine, (aiunt) tu Deus ille
Cœlum qui & terram, mare, in illis omnia quæq;
Existunt, fecisti: 25 Qui Spiramine Sancto,
Os per Davidis pueri tui es ipse loquutus;

Psal. 2. 1.

Cur fremitaverunt Gentes, & sunt meditati
Hæc populi *quæ existunt prorsus* inania? 26 Reges
Astabant terræ, simul atque fuêre coacti,
Qui rerum potiuntur, in vnum convenientes
Insimul, adversus Dominum, Christum sed & eius.
27 Isthâc reverá quòd in vrbe fuere coacti
Hunc adversus qui tibi Sanctus Filius (ipse est
Iesus, vnxisti quem,) Herodes, Pontius atque
Pilatus, cum gentibus, Israël populisque;
28 Vt facerent quæcunque manus tua, consiliumq;

Vt fieri possent, ea definiverat ante.
29 Nunc has ergò minas (Domine) intuearis eorum;
Atque tuis servis des cum fiduciâ vt omni
Confidente, tui sermonis verba loquantur;
30 Quò tua sit manus extensa, vt sanatio fiat,
Signa sed & fieri, simul & miracula possint,
Facta tui per nomen sancti Filij Iesû.
31 Quumq; precati essent, concussus erat locus ille,
In quô *nempe* fuére coacti: suntque repleti
Omnes Spiritû ij Sanctô, sunt atque loquuti
Cum fidente Dei verbum fiduciâ. 32 Eorum
Sed qui crediderant conventûs, cor erat vnum
Atque anima vna fuit, nec quisquam quicquid eorum
Esse suum dicebat, quæ possederat; atqui
Omnia erant illis communia. 33 Apostoli & ipsi
Testificatum magnâ cum virtute ferebant,
Quod Dominus Iesus rursus surrexerit, atque
Magna fuit super illos omnes gratia facta.
34 Quandoquidem fuit inter eosdem nullus egenus.
Possessores namque fuerunt quotquot agrorum,
Sive domorum, vendentes precia ipsamet horum,
Vendita quæ fuerant, apportavere; 35 Pedesque
Tunc ad Apostolicos *ea* deposuere, quod *omne*
Distribuebatur singillatim, proüt vni-
Cuique opus extiterat. 36 Tunc Ioses insuper autem
(Ille viris ab Apostolicis cognomine dictus
Bar-nephesh (quod Filius est solaminis, id si
Expones,) Cyprius genere, *officioq;* Levites:
37 Quum fuerat possessor agri; divendidit illum,
Attulit *eiusdem* pretiumq;, pecuniam eandem
Ante pedes *hic* Apostolicorum deposuitque.

Capvt. V.

Sunt Ananias, vxor & eius morte perempti,
Ducit Apostolicos è carceris Angelus arctis.

VIr quidam sed *erat, qui* Ananias nomine *dictus,*
Cum Sapphirâ vxore suâ, divendidit agrum :
2 Ex *aliquid* preciô surreptum seposuitque,
Consciâ *ei* q; vxore suâ; partemq; aliquantam
Attulit, ad q; pedes ponebat Apostolicorum.
3 Petrus at aiebat; Quare tibi cor (Anania)
Implevit Sathanas, vt mentireris in Almum
Spiritum,& invertens partem subduxeris vllam
Prædij ab illius preciô? 4 Tibi nonne manebat,
Si servavisses? quandò venûmque dabatur,
Nonne potestate in tuâ erat? Rem induxeris vt quid
In tibi cor istam? Mentitus *scilicet* haud es
Vlli hominûm; Deo at immò. 5 Ananias auribus autem
Excipiens istos sermones,corruit,atque
Exspirans est exanimatus. Et extitit inde
Percellens horrore timor, qui invaserat omnes
Isthæc qui audierant. 6 Iuvenes surgendo sed illum
Subtraxere elatum, mandaruntque sepulchro.
7 Horarum tum porrò trium spaciô quasi posthæc,
Vxor & ingressa est ipsius, nescia facti.
8 Dixit at huic Petrus; Mihi dic; venundatus anne
Est ager à vobis tanti? Dicebat at ipsa,
Immo etiam tanti. 9 Petrus respondit at illi,
Quid causæ *existit,* cur vos convenerit inter,
Spiritum vt *ipsius* Domini tentare velitis?
Ecce,pedes horum qui mandavere sepulchro
Illum,qui tibi vir fuerat,qui & ad ostia tete
Sunt elaturi. 10 Confestim corruit autem
Ante pedes eius, sed & expiravit: & ipsam

Ingressi

Ingressi iuvenes repererunt morte solutam,
Quam simul elatam demandavere sepulchro,
Ipsius iuxtàque fuit tumulata maritum.
11 Toti etiam magnus timor est ecclesiæ obortus,
Omnibus insimul, à quibus hæc audita fuerunt.
12 Porrò manus per Apostolicas sunt edita signa,
In populô miracula multaq; *facta fuerunt.*
In Solomonis erant etiam concorditer omnes
Porticû. 13 At ex alijs nemo se audebat eisdem
Iungere; eos populus quin verò magnificavit.
14 Adijciebantur sed-enim multò magis immò,
Horum qui Domino credebant *nempe* virorum,
Ac mulierum multa caterva. 15 Adeò vel vt ipsas
In plateas efferrent hos qui se malè habebant,
Quos & ponebant in lectis, atque grabatis,
Vmbra vt in-umbraret venientis vel modo Petri
Ex ipsis aliquem. 16 Vulgus quoque conveniebat
Vicinis Solymitanorum ex vrbibus vrbi,
Apportantes ægrotos, à spiritibusque
Impuris vexatos, sanabantur & omnes.
17 Porrò Sacerdotum consurgens ille supremus,
Omnes qui fuerant etiam de partibus eius,
Sadducæorum quæ secta *videlicet* extat;
18 Invidiæ zelô stimulante fuere repleti,
Iniecere manusque suas violenter in ipsos,
Istud Apostolicum *nimirum* munus habentes,
Publicâ & imposuerunt in custodia eosdem.
19 Angelus at Domini per noctem (carceris eius
Ianuâ apertâ,) eduxit eos, dicebat eisque
20 Ite, in templô & *vos* sistentes, este loquentes
Ad populum, vitæ huius *quæ* sunt omnia verba.
21 Illi quùm verò *hæc* audissent; intro-ierunt
Sub diluculô in ipsum templum, tumq; docebant.
Adveniens sed Pontificûm princeps, sed & illi
Qui cum ipsô fuerant; quùm conciliumq; vocassent,
Totum natorumq; ex Israële senatum,
Tunc misere suos ad carceris (*arcta*) ministros,

A quibus

A quibus *inclusi* possunt adducier ipsis.
22 Sed quùm venissent, nec comperiére ministri
Esse in carcere eos; declaravere reversi;
23 Dicentes, Equidem conclusa repagula cuncta
Nos invenimus vndiq; quàm tutissimè, & extrà
Ante fores (commissa quibus custodia) stabant:
Quùm verò reseravimus; haud invenimus intus
Vllum. 24 Sermones audissent quandò sed istos,
Pontificûm princeps, Præfectus deniq; templo,
Atq; Sacerdotûm primores; ambigere illi
Occipiunt de rebus ijs, quò tendere vellent.
25 Adveniens autem quidam, narravit eisdem;
Ecce, viri posuistis quos in carcere, stantes
In templô existunt, populum sunt atq; docentes.
26 Cum sibi coniunctis Præfectus deinde ministris,
Adducebat eos, non vi, qui namq; timebant
(Nè lapidarentur) populum. 27 Stitére sed ipsos
Adductos, in conciliô: Summusq; Sacerdos
Abs his quæsivit. 28 Dicens; Annon, etiamq;
Atq; etiam, vobis mandavimus, amplius istô
Haudquaquam doceatis nomine? Qui tamen (ecce)
Doctrinâ Solymitanam reple'stis at vrbem
Vestrâ, hominis simul atq; cruorem inducere vultis
In nos istius. 29 Respondens Petrus at illis,
Dixerunt & Apostoli; Oportet *nos*, potius-quàm
Vlli hominûm, parére Deo. 30 Patrum Deus ille
Est qui nostrorum *de morte* excivit Iêsum,
In *cruce* quem ligni vos suspendendo necastis.
31 Hunc Deus ipse suâ dextrâ exaltavit, & *esse*
Principem eundem, & Servatorem *constituébat*,
Vt permutatâ donet resipiscere mente
Israeli, sint & *ei* peccata remissa.
32 Nos sumus atq; illi testes quæ dicimus horum:
Spiritus *est* etiam quoq; Sanctus, quem Deus illis
Donavit, satagunt qui ipsi submittere sese.
33 Auditis at ijs frendebant *dentibus* illi,
Consiliumq; inierunt ipsos interimendi.

34 Assurgens in conciliô sed nomine quidam
Gamaliel, Pharisæus, Legis doctor, honóris
In preciô toti populo; secludere iussit
Stando foras paulisper Apostolicos. 35 Ait atq;
Hisce; Viri Israel; ipsis attendite vobis,
Quid sitis facturi, homines quòd spectat ad istos.
36 Quandoquidē, quidam fuit ante hæc tēpora Theudas
Exortus, qui aliquem se dixerat, huic & adhæsit
Quadringentorum numerus quasi turma virorum:
Qui fuit occisus; qui assensi sunt ei & omnes,
Dissolvebantur, suntque in nihilumq; redacti.
37 Exortus post hunc est Iudas, is Galilæus,
Temporibus quandò fuerat descriptio facta;
Et populum multum post sese avertit; Et ille
Diperijt; qui assensi sunt & quotquot eidem,
Dispergebantur. 38 Nunc vobis istaq; dico;
Abstineatis ab hisce viris, ipsosq; sinatis;
Hoc quoniam si consilium est humanitùs ortum,
Aut opus istud; dissolvetur; 39 Si ex Deô at illud
Exoritur; idem non extirpare potestis.
Et videatis, ne sitis pugnare reperti
Contra etiamq; Deum. Consensi sunt sed eidem:
40 Tunc & Apostolicos coram se quandò vocassent;
Cæsis mandarunt in nomine ne loquerentur
Iesû, & dimiserunt illos. 41 Hiq; profecti
Sunt à Concilij conspectû, gaudiô ovantes,
Digni quòd fuerint habiti, pro nomine Iesû
Istud qui opprobrium paterentur. 42 Quolibet atq;
Inde die *simul* in templô, simul atq; domatim,
(Vllum tempus non intermittendo) docebant;
Et Iesu Christi vulgarunt nuncia læta.

Caput. VI.

Pro mensis electi sunt servire ministri,
Inter quos Stephanus dum claret, provocat hostes.

POrro diebus in his numerus quùm creverat amplus
Discipulorum; Græcis tunc est murmur ob-ortum
Hebræos adversus, eò-quod despicerentur
(Nempe, ministeriô in fungendô quottidiano)
Ipsorum viduæ. 2 Duodeni idcircò, vocatô
Discipulorum cœtû: Aiebant; est minimè Æquum,
Nos (sermone Dei desertô) intendere mensis
Vsque ministrandis; 3 Selectos proptereaq;
(Fratres) despiciendo viros desumite septem
Ex vobis, qui sunt probitatis testificatû
Ornati, plenè qui Sanctô Spiritû abundant,
Et sapientiâ; & hos super hoc opus instituamus.
4 Nos autem precibusq; vacando ministerioq;
Verbi perdurabimus. 5 Hæc oratio verò
Præsentem placidè cœtum compescuit omnem:
Tunc Stephanumq; fide repletum, Spiritû & Almô,
Elegére virum, sed & *elegere* Philippum,
Et Prochorum, Nicánóremq;, etiamq; Timonem, *Infra.21.8.*
Parmenon, & quoq; Nicholaum, qui erat Antiochensis
Hic Proselytus. 6 Hos statuére in Apostolicorum
Conspectû, hisq; manus (orantes) imposuérunt.
7 Deniq; sermo Dei crescebat, multiplicatus
Valde augebatur numerus quoq; discipulorum
In Solymitanâ vrbe: ipsorum etiam quoq; multa
Turba Sacerdotum fidei auscultando quievit.
8 Porrò fide Stephanus plenusque potentiâ, & edens
(In populo) miracula signaq; magna refulsit.
9 Exorti verò quidam sunt e Synagogâ
Quæ Libertinorum, quæq; Cyrénæorum

Dicta

Dicta est, quæq; & Alexandrinorum, sed & horum
Qui fuerant Cilices, Asia & quos nutrit alumnos,
Altercantes cum Stephanô. 10 Sed non potuerunt
Esse resistentes ipsi sapientiæ *in illô*,
Sed neq; Spiritui, per quem fuit ille loquutus.
11 Submisere viros tunc quosdam, dicere sese
Audivisse illum quædam blasphema loquentem
In Mosen verba, inq; Deum. 12 Plebemq; citantes
Commoverunt & Seniores, & quoq; Scribas;
Hunc & adorti corripuêre, in conciliumq;
Adduxerunt. 13 Testes tùm stitéreq; falsos,
Dicentes; verba isthic homo blasphema profari
Non cessat, locum in hunc sanctum, contra quoq; legem.
14 Namq; audivimus illum, quùm dicebat; Jësus
Nazarenus nempè locum quòd destruet istum,
Et quòd erit commutaturus traditiones,
Quas Moses nobis servandas tradidit esse.
15 Intentè fixis & ocellis tunc in eundem,
Sederunt in conciliô quotcunq;, videbant
Ipsiùs faciem, facies foret Angeli adinstar.

Capvt. VII.

Accusatores Stephanus confutat, at illi,
Hunc lapidant, orantem pro infestantibus ipsum.

PОntificùm verò *fuerat qui* Maximus, inquit;
Nûquid habent *se* ita an ista? 2 Viri Fratres (ait ipse)
Et Patres; audite; Deus qui gloriæ *honore*
Est is honorandus, patri conspectus Abráhæ
Nostro est, quùm in regione esset mediâ inter vtrosq;
Euphratem & Tigrim fluvios, tellure priusquam
In Charrânâ habitaverat. 3 Et dicebat ad ipsum;
E tellure ex-ito tuâ, consanguineisq;
Atq; in eam venias tibi quam monstravero terram.

4 E Chaldæorum terrâ tunc inde recessit,
In Charranq; habitavit. Et illinc (quum Pater eius
Mortuus esset;) eundem in terram transtulit istam,
In quâ nunc habitatis vos. 5 Nec in hâc dedit vnum
Vel vestigium ei pedis, hæres fiat vt eius;
Quamvis pollicitus fuerit sese esse daturum
Hanc, vt possideat simul ipsi, semini & eius
Post ipsum, quantumvis prolem tunc nec haberet.
6 Istô more Deus fuit *illi* porrò loquutus
Gen.15.13. & 16. Accola semen erit tibi in illâ terrâ alienâ,
Servili sub conditione vbi subijcietur,
Et malè per quadringentos tractabitur annos.
7 Sed gentem cui servierint ego iudiciô illam
Puniam, ait Deus; atq; exibunt postea, & *ipsi*
Servitium mihi præstaturi sunt locô in istô.
8 Fœdus eiq; dedi quô est circumcisio pacta.
Gen.17.9. Atq; *Abrahamus* sic Isaac progeneravit,
Octavôq; die circumcidebat eundem,
Gen. 21. 2. Isaacus progeneravit deinde Iacóbum,
gen.25.24. Deinde duodenos Patriarchas iste Iacóbus.
gen.29.38. & 30.5.9. & 35.23. gen.37.28. 9 Invidiæ verò Patriarchæ bile *movente*
Perciti, in Ægyptum Iosephum pro ære dederunt
Vænum. Tunc etiam qui-cum Deus adfuit vnà.
10 Eius & ex pressuris omnibus eruit ipsum,
Gen.41.37. Gratiam eiq; dedit, sapientiam & in Pharaönis
Conspectû Ægypti regis, qui constituebat
Ægypto præfectum illum, totiq; domo eius.
11 Porrò fames Ægypti terram venit in omnem,
Et Chanaátidem, simul atq; afflictio magna:
Atq; cibos Patres nostri non inveniebant.
12 Triticum in Ægyptô quùm audisset at esse Iacobus,
Gen.42.1. Primùm Patres misit nostros. 13 Inque secundô
Gen.45.4. *Accessu* est Ioseph à fratribus agnitus eius,
Et genus innotuit Pharaóni ipsiûs Ióseph.
14 Sed Ioseph mittens, accersiit inde Iacobum
Ipsius patrem, cognatos eius & omnes,
Septenis decies animarum quinq; superq;

15 Ergo

15 Ergò Iacobus in Ægyptum descendit, *ibique*
Ipsemet est fatô functus, Patres quoq; nostri.
16 Inq; Sichem translati sunt, positiq; fuerunt
In monumentô, quod preciô est mercatus Abrâham
Argenti, à natis Emmor Sichemitidis. 17 Atqui
Tum quandò tempus devenerat esse propinquum,
Eius promissi quod erat Deus ipse Abrahámo
Pollicitus sub iuramento; crescere cœpit
Hic populus, fuit inq; Ægyptô multiplicatus.
18 Donec rex alius surrexit, noverat is qui
Non Iosephum. 19 Qui generi nostro insidiatus,
Afflixit patres nostros, exponere pressos
Infantes ipsis proles, ne vivere possent.
20 Ipsô quô Moses extabat tempore natus,
Qui formâ divinitùs excellente venustus
Extitit, enutritus & est patris eius in æde
Mensibus ille tribus. 21 Quùm verò expostus is esset,
Sustollebat eum Pharaonis filia, eumq;
Nutrivit pro prole sua. 22 Informatus in omni
Est Moses sapientiâ itemq; Ægyptiâ: eratq;
In dictis factisq; suis virtute potenti.
23 Expletum verò sibi tempus quando fuisset
Annorum quadraginta; tum deinde subivit
In cor illiûs, ipsos invisere velle
Natos Israële, *fuerunt* qui sibi fratres.
24 Atq; iniuriâ vt affectum conspexerat esse
Quendam; tutelæ fuit illi, Ægyptiacumq;
Percutiens, est vltus eum, cui oppressio facta est. *Exod. 2. 12.*
25 Fratres eius percepturos porrò putavit,
Illis proposuisse Deum conferre salutem
Ipsius manibus: non percepêre sed illi.
26 Porrò sequente die, est visus pugnantibus ipsis
Inter se, quos compulit vt concordiam inirent, *Exod. 20. 13.*
Allegando, Viri, vos fratres estis *vtriq;*,
Quare iniuriâ vtrinq; alios alij afficiatis?
Proximum at ipsiûs qui iniuria is afficiebat,
27 Hunc repulit, dicens; Quis te pro principe nobis

 Consti-

Constituit, prò iudice *fecit teq;* præesse?
28 Num tu vis occidere me, velut atq; necasti
Heri Ægyptiacum. 29 Sed Moses fugit ad istum
Sermonem, terrâ in Madiamq; est advena factus:
Est vbi duplicibus generatis prolibus auctus.
30 Quadraginta annis expletis, visus at illi
Angelus est Domini Sinaáni in montis erémo,
Flammeô in igne rubi. 31 Quum Moses vidit at *istud;*
Est admiratus visum, quùm accederet atque
Vt consideret *hoc;* Domini vox infit ad illum,
Dicens; 32 Ipse Patrum Deus ille *existo* tuorum,
Abrâham Deus, & Deus Isaac, Deus atque
Ille Iacob. Tremefactus verò, accedere Moses,
Vt consideret istud visum, non erat ausus.
33 Tum sedenimvero Dominus dicebat ad ipsum;
Indumenta pedûm soleas exsolve tuorum:
Quandoquidem locus in quô stas est terra sacrata.
34 Pressuram populi *ipse* mei vidi, *inquio* vidi,
In terrâ Ægypti, simul & suspiria eorum.
Et nunc veni, & in Ægyptum te *denique* mittam.
35 Hunc Mosen, renuentes quem (dicendo) negarunt,
Quisnam constituit pro principe, iudice teque?
Hunc Deus, vt princeps existeret atque redemptor,
Misit in Angelicô ductû, qui visus ab illo
Extitit in rubo eô. 36 Factis eduxit eosdem
Isthic prodigijs, & signis, in regione
Ægypti, inque mari rubrô, deserto & in illô
Quadraginta annis. 37 Hic Moses ipsemet ille est,
Qui dixit, Natis Israel, *nempe*, Prophetam
Excibit vobis Dominus vester Deus, ipsis
Fratribus è vestris; audite hunc me velut ipsum.
38 Hic est qui (*populô* in desertô convenientc,)
Illô cum Angelô erat, qui in monte loquutus ad ipsum
Est Sinâ, & is patribus cum nostris, eloquia illa
Viva excepit, nobis quæ tradenda referret.
39 Nostri cui patres non auscultare volebant,
Sed repulerunt, adversati in cordibus illi

Exod. 3. 2.

Exod. 7. 8. & 9. 10. 11. 14. exod. 16. 1.

Deut. 18. 5. supra. 3. 22.

Exod. 19. 3.

Rursus in Ægyptumque suis. 40 Dicendo Aharoni
Nobis efformato Deos, præcedere nobis
Qui poterint. Quia Mosi (nos qui eduxerat) isti
E terrâ Ægypti, nescimus contigit ecquid.
41 Efformaverunt vitulumque, diebus in illis,
Atque Idolo sacrificarunt, se quoque factis
Oblectarunt quæ manuum sunt ipsa suarum.
42 Sed Deus avertebat se, tradebat eosq;
*Militiæ cœli servitum: Librô vt habetur
Hocce Prophetarum scriptum; Numquidne litatæ
Victimæ, & hostiæ erant a vobis sacrificatæ,
(O domus Israel) decies mihi per quater annos
In desertô? 43 Suscepistis at immò Molóchi
Ferre tabernac'lum, Sidus vestrique Dei illud
Rempham, fecistis quas *efformando* figuras,
Has vt adoraretis: Vos *vltrà Babylonem
Transportabo ideòque. 44 Tabernaclum fuit *atqui*
Nostris patribus in deserto * ad conveniendum
Vt præceperat is qui Mosi dixerat, illud
Vt faceret, quod viderat ille, exemplar ad eius.
45 Quod nostri acceptumque introduxere parentes,
Cum Iesu, terram quum a Gentibus obtinuissent,
Quando a nostrorum Patrûm Deus expulit illas
Conspectû *Gentes*, Davidis tempora adusque;
46 Ante Deum qui est gratiam adeptus, deinde petivit
Posse tabernaclum reperire Deoque Iacobi.
47 Ædificavit ei Solomon veruntamen ædem.
48 Ille manû factis licet Excelsissimus autem,
In templis non est habitans, velut ille Propheta
Affirmat; 49 Cœlum thronus est mihi, terra scabellum
Sed mihi prò pedibus. Mihi inædificabitis ædem
Quam, (dicit Dominus,) requietis quis locus extet
Sive meæ? 50 Manus an mea non hæc omnia fecit?
51 Duri cervice, incircumcisi quoque corde,
Auribus atque, estis vos semper Spiritui Almo
Obnitentes, vestri vt patres, vos etiamq;.

Exod. 32. 1.

* *Cœli exercitus vt servirent.*

Amos. 5. 25.

* *vltraque Damascum*

Exod. 25. 40.
hebr. 8. 5.
* *testificandi*

Iosue. 3. 14.

2. Reg. 2. 16.
psal. 13. 3.

3. Reg. 2. 6.
1. par. 17. 12.
infra. 17. 12.

Esa. 66. 1.

Ierem. 9. 26.
ezech. 44. 9.

52 Quémve Prophetarum non afflixêre parentes
Vestri? Occidentes hos qui prænuncia Iusti
De adventû illiûs narrarunt; proditionis
Cuius nunc, homicidij item vos causa fuistis.
53 Qui Angelicorum *spirituum* per dispositurã,
Exod. 19. 1. Accepistis legem, non servastis & *illam*.
54 Hisce sed auditis, diruptis cordibus ipsis
Fissi sunt, stridebant dentibus atque in eundem.
55 Repletus verò quùm Sanctô Spiritû *is* esset,
Intentis in cœlum vidit gloriam ocellis
Apparere Dei, stantemque ad dexteram Iësum
Esse Dei. 56 Tunc *protinùs* & dicebat; apertos
Conspicio cœlos, hominis quoque Filium *adesse*
Ad dext'ram prostando Dei. 57 Tum voce sed *illi*
Magnâ exclamantes, aures sibi continuerunt,
Et concorditer insilierunt impetû in ipsum.
58 Quem sed & extra vrbem deiectum, tunc lapidarunt,
Adque pedes adolescentis sua deposuerunt
Vestimenta illi qui testabantur *in ipsum*,
Nomine qui dictus Saulus fuit. 59 Et lapidarunt
Hi Stephanum, *Dominum* implorantem, qui quoque dixit;
Suscipito (Domine) *oro* meum *tu* spiritum, Iësû.
60 Ac positis genibus clamavit voce sonorâ;
Istud peccatum minimè statuas (Domine) ipsis;
Atque obdormivit tum quandò dixerat istud.

Capvt. VIII.

Planctus pro Stephano. sunt sparsi hinc inde fideles.
Quid Samaritis, eunucho fuit áque Philippo.

POrro neci illiûs Saulus consenserat vltrò.
Illô facta die fuit atqui afflictio magna
Contra ecclesiam eam Solyma quæ extabat in vrbe;
Omnes per regiones dispersique fuerunt

Iudææ

Iudææ, Samareïæ etiam, *tantummodò* præter
Hos in Apostolicô fuerant qui munere posti.
2 Comportare viri Stephanum sed relligiosi,
Fecerunt etiam planctum magnum super illum.
3 Ast ecclesiam erat vastans, ingressus in ædes
Saulus, & inde trahendo viros, simul & mulierclas,
In custodiam *eos* tradebat *conjiciendos*.
4 Dispersi ergò quidem peragrabant *per regionem*,
Promulgando *Dei* sermonem. 5 Porrò Philippus,
Quùm Samaritanorum devenisset in vrbem;
Declaravit eis Christum. 6 Concorditer autem
Turbæ illis quæ sunt abs ipsô dicta Philippô
Auscultantes, sunt attentæ, & signa videntes,
Quæ edebat. 7 Multi siquidem quandò opprimerentur
Immundis à spiritibus (qui vociferantes
Magnâ voce, exibant;) nervis atque soluti
Permulti, claudi sunt sani denique facti.
8 Extitit atque illâ permagnum gaudium in vrbe.
9 Vir *fuit* at verò quidam de nomine Simon
Antea in vrbe illâ, magicam qui exercuit artem,
Et gentem Samariæ qui obstupefecerat, aiens;
Se esse aliquē magnum. 10 Cui attenti omnesq́; fuerunt
A minimô ad summum, dicentes; Iste Dei ingens
Est virtus. 11 Attenti at erant, à tempore multô
Artibus his magicis quòd hic obstupefecerat illos.
12 Quandò fidem verò cœpêre adhibere Philippo,
His Evangelij narravit nuncia læta,
Divinum *fuerant* quæ concernentia regnum,
Et Iesu Christi *fuerant* spectantia nomen;
Baptizabantur simul-atq; viri, & mulierclæ.
13 Isthic quin-immo Simon quoque credidit ipse,
Baptizatus perdurabat apudque Philippum:
Signaque conspiciens, virtutes insuper edi
Magnas; admirando stupet. 14 Sed Apostoli (ût istud
Audivissent,) in Solymorum qui vrbe fuerunt,
Quòd Samareia Dei sermonem acceperat; illis
Ablegaverunt Petrum simul atque Iohannem:

15 Qui

15 Qui pro illis quamprimùm descendêre; precantes
Spiritû vt Almifluô donentur, vota profundunt.
16 In quenquam siquidem nec adhuc illapsus eorum
Est; modò sed tantum fuerant in nomine Christi
Hj Domini baptismate loti. 17 Tunc super ipsos
Imposuêre manus, & Sanctum Spiritum ijdem
Acceperunt. 18 Simon verò quandò videbat,
Imponendo manus quòd Spiritus ipse dabatur
Sanctus; eis (*empturus*) nummos obtulit. 19 Aiens;
Hanc etiamque potestatem mihi detis, vt eccui-
Cunque manus imponam; Spiritus accipiatur
Sanctus ab ipsô. 20 Petrus verò dixit ad illum;
Hæc tua in exitium sit versa pecunia tecum,
Acquirenda Dei quòd nummis dona putasti.
21 Nequaquam tibi pars, neque sors existit in istâ
Verbi *doctrina:* quia non est cor tibi rectum
Coram conspiciente Deô. 22 Resipisce ideòque
Hâcce tuâ de nequitiâ, rogitato Deumque,
Si tibi forte tuô quæ sis in corde volútans
Versutè, illa remittantur. 23 Positum quia cerno
Felle in amaroris te, nexû iniustitiæq;.
24 Respondens autem Simon; Contendite (dixit)
Ad Dominum pro me precibus vos, vt nihil horum
In me quæ dixistis vos, invadere possit.
25 Ergò quidem quùm testificati, essentque loqûuti
Sermonem Domini, Solymam sunt inde reversi
Illi iterum, multis Evangelium quoque vicis
Promulgaverunt spectantibus ad Samaritas.
26 Angelus affatus Domini est tum porrò Philippum;
Dicens. Surge, ad eamque viam que ducit ad Austrum,
Vadito, quâ à Solymitanâ descenditur vrbe,
Ad Gazam, *via* quæ est deserta. 27 Hic ergò profectus
Surrexit; quendam *simul* Æthiopem sed & ecce,
Eunuchum Candaces Reginæ Æthiopissæ,
(Qui Præfectus erat thesauris omnibus eius)
Obvium habebat, adoratûm qui venerat vrbem
Ad Solymam. 28 Currûq; sedens erat *ille* reversus

In

In suo,& Esaiamque legens *erat ille* Prophetam.
29 Spiritus aiebatque Philippo; Accedito, teque
Proximè ad hunc etiam currum coniunge. 30 Philippus
Tunc verò accurrens,audivit,quandò Prophetam
Legerat ille Esaïam,dicebat *ei* que,
Anne putas ea quæ legis, *ipse* intelligis illa?
31 Ille sed inquit; Quînam possim,ni mihi præsit
Exponens aliquis? conscendere tumque Philippum
Est hortatus,vt vnà etiam secumque sederet.
32 Scripturæ locus illo erat atqui tempore lectus;
Ad lanienam erat instar ovis *ceu victima* ductus,
Et coram tonsore suô mutus velut agnus,
Sic erat os non eius apertum. 33 Iudicium eius
In deiectû eius sublatum est: *Sæculum at eius
Enarraturus quis erit? Quia tollitur eius
Vita ex hâc terrâ. 34 Respondens porrò Philippo
Eunuchus dixit; Rogo te, de quô iste Propheta
Hæc dicit, Num de se ipsô,de quôpiam an alt'rô?
35 Ore suô tum verò deinde Philippus apertô,
Sermonisque trahens scripturâ exordia ab istâ
Nuncia læta Evangelij proponit ad ipsum
De Iesû. 36 Inque viâ dum sunt pergendo profecti;
Venerunt ad aquam quandam; simul atque Eunuchus,
En,dicebat,aquam: prohibet baptismate tingi
Quid me? 37 Porrò Philippus ait; Credas,modo,totô
Corde;licet.Qui tum respondens intulit autem,
Credo Dei quod Iesus Christus Filius ille est.
38 Et sisti currum iussit,tum protinus ambo
Descendêre in aquam simul atque Philippus, & iste
Eunuchus, quem lavit & hic baptismatis vndâ.
39 Quandò ab aquâ verò ascendissent; Spiritus ipsum
Abripiendo Philippum sustulit,amplius & non
Eunuchus conspexit eum. Pergebat ovando
Ergo viâ ille suâ. 40 Compertus deinde Philippus
Est Azoti. Promulgans Evangeliumque
Cunctis dum pergebat in vrbibus,inde profectus
Prætereundo, Cæsaream quoadusq; veniret.

Esa.53.7.

* Etas at de- rum.

Caput. IX.

Paulus & est conversus, Apostolus & fit, & eius Zelus. Apostolicis coniunctio. factaq; Petri.

Rom. 9. 3. gal. 1. 13.

SAulus adhuc spirans terrores porrò minaces
Contra discipulos Domini, cædemq; professus;
Pontificem Summum convenit. 2 Epistolia atq;
Abs illô petijt *perferri posse* Damascum,
Ad Synagogas, vt si-quos invenerit huius
Sectæ, tumq; viros, mulierclas tumque, ligatos
Vrbem duceret ad Solymam. 3 Sed iter facienti
Accidit, vt fuerit vicinus quandò Damasco,
Circumfulsit eum de cœlô *facta* repentè
Lux tanquam fulgor. 4 Prostratus & ût cecidisset
In terram; vocem dicentem percipit aure,
Quæ sibi dicebat; Saul, Saul, quid persequeris me?
5 Dixit verò; Quis Domine es? Dominus sed & inquit;
Quem tu persequeris, sum Iesus ille ego. Durum
Est contra stimulum tibi calcitrare. 6 Tremensque
Ille sed & pavitans; Domine, (inquit) num velis ecquid
Vt faciam? Dominusque ad eum; Surge, ingreditorque
Vrbem, diceturque tibi, quid temet oportet
Præstare. 7 Atqui homines iter illi qui faciebant
Cum Saulo attoniti, *perculsi horrore* steterunt;
Audivêre quidem vocem, nullum immò videntes.
8 Saulus at è terrâ surrexit; quumq; aperiret
Ille suos oculos; non vllum conspiciebat,
Sed manû eum ducendo, introduxêre Damascum.
9 Tres ibi eratq; dies, non aspiciens, neq; vescens,
Neuve bibens. 10 Sed discipulus fuit *vrbe* Damasci
Quidam, Ananias nomine *dictus*, visio facta
Cui fuit à Dominô, dicente; Ananiâ: Sed ille
En, ego *sum præsto*, (Domine,) inquit. *Dixit* ad illum

11 Tum

11 Tum Dominus; Surge, atq; in vicum vade, vocatur
Qui Rectus. Judæ inque domô perquirito quendam
Nomine Saulum, Tharsensem; Namq; ecce precatur.
12 Per visum viditq; virum, nomen cui Ananias
Introeuntem, imponentemque manum sibi vt *inde*
Instaurari rursus posset visus eidem.
13 Atqui tum verò responsum dans Ananías,
Audivi (Domine) ex permultis de hoc homine, (inquit;)
Quanta tuis sanctis mala perpetraverit, vrbe
In Solymorum. 14 Quin-etiam concessa potestas
Huic à Pontificûm primoribus *additur*, omnes
Hic vt devincire queat, qui nomen *honorum*
Implorare tuum satagunt. 15 Dominus sed ei inquit;
Vadito, vas est electum mihi quippe quòd iste,
Nomen ferre meum quòd coram Gentibus esset
Apportaturus, simul & quoq; regibus, atque
Israëlis coram natis. 16 Ipse ego nam sum
Ostensurus ei quam multa habet ille necesse
Perpetiendi meô pro nomine. 17 Tunc Ananías
Exijt, inq; domum simul est ingressus, *eique*
Impositis manibus, dixit; Saul frater, Iësus
Me Dominus misit, tibi qui conspectus *eunti*
Extitit in viâ eâ fueras quâ *nempe* profectus,
Vt tibi sint oculi spectatûm rursus aperti,
Spiritû item Sanctô cumulatè impletus-vt esses.
18 Et cecidêre ab ocellis eius mox quasi squamę:
Quô factô, visum tum protinùs ille recepit,
Exsurgens etiam simul est baptismate lotus.
19 Quandò etiamq; cibum cepisset; robore firmô
Est confortatus. Cum discipulis fuit autem
Saulus eis, qui *habitantes nempe* fuêre Damasci,
Cum quibus ille dies aliquot *permansit in vrbe.*
20 Protinus & Christum promulgans in Synagogis
Declaravit, *scilicet*, is quòd Filius esset
Ipse Dei. 21 Qui audiverunt veruntamen illum,
Obstupuêre omnes, dicebant insuper, An non
Isthic is est, Hierósolymis qui perdidit illos,

Hoc

Hoc nomen qui imploraverunt, proptereaq;
Huc advenit, vti vinctos abduceret illos,
Hinc ad Pontifices supremos? 22 Saul magis autem
Invaluit, confusos reddebatq; Damasci
Iudæos qui habitantes essent, testificatû
Demonstrando probans, *Iesus* quod Christus is esset.
23 Expletis autem compluribus inde diébus,
Consilium Iudæi iniere interficiendi
Illum. 24 Horum insidiæ Saulo sed sunt patefactæ:
Adservabant porrò diû noctû quoq; portas,
Posse necare illum. 25 Sed noctû discipuli ipsum
In sportâ acceptum, per murum deposuerunt,
Fune *relaxatô* submissum. 26 Saulus ad vrbem
Sed Solymam quandò venisset, iungere sese
Discipulis tentabat; eum timuêre sed omnes,
Vtpote non credentes, discipulus quod is esset.
27 Verùm Barnábas acceptum duxit ad illos
Hunc, in Apostolico qui munere *nempe* præessent;
Qualiter & Dominum conspexerat explicat illis,
In viâ vti Dominus fueritq; loquutus ad ipsum,
Libere ût ipse loquutus & est in nomine Iesu,
Quando Damasci *esset*. 28 Cum his ergò mansit & intrans,
Ex & iens, Solymâ dum versabatur in vrbe.
29 Libere & effatus Domini est in nomine Iesû
Et disceptabat Græcos adversus: at illum
Vt possent occidere conabantur ijdem.
30 Hoc atenim-verò quum fratribus innotuisset;
Cæsaream deduxere illum, deniq; Tharsum
Emisere. 31 Per omnem Iudæam, & Galilæam
Et Samaritanam regionem Ecclesiæ habebant
Ergò quidem pacem, fuerant atq; ædificatę,
In Dominiq; timore profecti, gaudia ducunt,
Spiritû eis Sanctô sua munera multiplicante.
32 Est autem factum, quòd Petrus quandò per omnes
Pertransiret; sanctos deveniebat ad illos,
Hic etiam qui Lyddæ habitabant. 33 Inveniebat
Atqui-verò illic Ænæam nomine quendam,

Eius

Eius vt in lectô qui decumbebat ab annis
Octo. erat hic nervis resolutus. 34 Petrus & illi
Ænea, (aiebat,) te sanum reddit Iesus
Christus: Surge & sterne tibi. Surrexit is autem
Protinus. 35 Hunc habitantes Lyddæ omnesq; videbāt,
Ad Dominum conversi & sunt, etiamq; Saróna.
36 Discipula at quædam Ioppe extitit, illa Tabitha
Nomine *dicta fuit*, cuius si interpres haberis,
*Dorcas dicitur. Hæc operûm *studiosa* bonorum
Dives erat, fuit atque ea plena eleémosynarum,
Quas præstabat. 37 Factum verò est hisce diebus,
Quùm correpta esset morbô, moreretur vt *illa*:
Et lotam posuerunt in cænaculô eandem.
38 Quandò verò Lidda propinqua fuisset Iöppe,
Discipuli auditô, quod ibidem Petrus adesset;
Inde viros binos ad eum misére, rogantes;
Vt ne cunctaretur ad ipsos vsque venire.
39 Cum quibus (exsurgens idcircò Petrus,) abivit:
Tunc induxerunt (quandò advenisset) eundem
In cœnaculum, ei adstiterant viduę simul omnes,
Flentes, & tunicas ostendentes quoq; vestes,
Quas Dorcas faciebat, cum ipsis quùm fuit vnà.
40 Omnibus inde foràs eiectis, in genua autem
Petrus procumbendo precatus, corpus ad ipsum
Et se convertens, dicebat; Surge Tabitha:
Illa suos oculos adapertos porrò levavit,
Petrô conspectôque, resedit. 41 Petrus eidem
Porrò manû porrectâ, erexit eam, atque vocatis
Sanctis, ac viduis, redivivam stitit eandem.
Id verò innotuit per totam denique Ioppen;
Et multi in Dominum sese exhibuere fideles.
42 Porrò dies, factum est, multos remanendo vt Iöppe,
Cuiusdam Simonis erat coriarij in æde.

* *Caprea.*

Capvt X.

Cornelius mittit pro Petro. Visio Petri.
Cornelio converso, Spiritus est datus Almus.

QVidam Cæsareę vir erat, Cornelius autem
Nomine *dictus erat, qui* Centurio *ipse* cohortis,
(Italica est quę dicta) fuit. 2 Qui relligiosus,
Atq; Deum veritus, domus eius deniq; tota,
Dans eleemosynas multas populoque. 3 Precatus
Assidueq; Deum; fuerat cui visio visa,
Declarata palamque, diéi circiter horam
Facta novenalem, genium ad sese introeuntem
Angelicumque Dei vidit, dicebat eique,
Corneli; 4 Inténtis oculis in eum sed & ille
Expavefactus, Quid (Domine) est? ait; Inquit at ipsi;
Ascendêre tuęque preces, eleémosynæque
Porrò tuę ante Dei vultum, memor vt sit earum.
5 Et nunc mitte homines Ioppen, accerse simulque
Simonem, qui dictus is est cognomine Petrus.
6 Vtitur hospitiô Simonis in ædibus iste,
Quidam qui coriarius est, domus ad mare cuius
Est *sita*, qui dicturus erit tibi, quid sit agendum.
7 Angelus hic verò postquàm discessit ab ipsô,
Qui Cornelio erat verba *hæc prædicta* loquutus,
Binos ex famulis ipsiûs *de æde* vocavit,
Relligiosum militem item, qui erat vnus eorum,
Assiduos quos secum habuit. 8 Quumq; exposuisset
Isthęc omnia eis, ipsos mittebat Iöppen.
9 Deinde sequente die, facientibus his iter, vrbi
Quùm facti fuerantq; propinqui, ascendit in ædis
Tectum supremum Petrus, quum circa erat horam
Sextam fusurus sua vota. 10 Famelicus autem
Factus quum fuerat, capere atque cibum cupiebat

Illi

Illi verò quando pararent; tùm super ipsum
Incidit excessius mentis, 11 Conspexit apertum
Cœlum, descendens ad se quoque lintei adinstar
Magni vas quoddam, devinctum quattuor oris
Extremis, terram demittebatur & vsque.
12 In quò quadrupedes terrę quæcunque fuerunt,
Atque ferę, reptantia & *humi*, volucres quoque cœli.
13 Est etiam vox facta ad eum; Petre, surgito, macta,
Et manduca. 14 Sed Petrus, minimè (Domine) inquit;
Nunquam namque edi quicquam commune *quod essit*,
Aut impurum. 15 Rursus vox ad eumque secundò;
Purificavit quę Deus, isthæc pollue ne tu.
16 Atqui tùm verò factum fuit hoc vice ternâ.
Tunc vas in cœlum rursus fuit atq; receptum.
17 Petrus apud semet quando dubitaverat autem,
Illud quodnam visum, quod conspexerat, esset;
En viri & hj missi qui sunt Corneliô ab illô,
(De Simonis percontantes æde,) steterunt
Ipsi ad vestibulum. 18 *Quemlam* simul-atq; vocantes,
Percontati sunt, diversaretur an illic
Simon, qui dictus fuerat cognomine Petrus.
19 Sed Petrus dum cogitat, hęc sibi visio *quid volt*,
Ecce viri te quærunt tres (huic Spiritus inquit.)
20 At Surgens, descendas, & proficiscitor vnà
Cum simul his, nihil addubitans; hos quippe ego misi.
21 Propterea ergo, viros qui mittebantur ad ipsum
A Corneliô, ad hos descendens, Petrus ad illos;
Ipsemet en ego sum (dixit) quem quæritis: ecquid
In causâ est *quæsitum me* quapropter adestis?
22 Centurio Cornelius, (hj dixere sed) *est qui*
Vir iustus reverensq; Deum, qui ornatur honestô
Testificatû à Iudæorum genteq; totâ,
Responsum accepit Divinitus Angelô ab almô,
Accersitum temet, adires eius vt ædes,
Vtque auditurus quædam foret insuper à te
23 Illos invitans ad se quapropter in ædes
Hospitio accepit. Die & inde sequente, profectus

Est cum ipsis Petrus; quidam de fratribus illis
Qui ex Ioppê fuerant, comitati sunt simul ipsum.
24 Introierunt Cæsareamq; die inde sequente.
At Cornelius expectabat eos, sed & vnà
Cognatos, & ei iunctos accivit amicos.
25 Quum verò esset factum, Petrus vt ingrederetur,
Occurrens Cornelius ipsi, pronus adorans,
Illiùs accidit ante pedes. 26 Erexit at ipsum
Petrus, dicés; Surgito; Ego ipse homo sumq;. 27 Loquu-
Dum fuit & cum illô; introiens invenit adesse (tus
(Qui convenerunt) multos. 28 Dicebat eisque;
Iudæo vos esse nephas se adiungere, scitis,
Aut accedere ad externum: Deus at mihi verò
Ostendit, pollutum hominem quòd debeo nullum
Aut impurum dicere. 29 Proptereàq; vocatus,
Non contradicens, accessi: Sciscitor, ergò,
Ob quam me causam vos accersistis *adesse?*
30 Tum Cornelius inquit; Quartus nudius isthinc,
Hanc fueram ieiunus ad horam; circiter horam
(Ædibus inq; meis) nonam, tùm quandò precabar;
Ecce vir atq; stetit coram me, veste nitenti:
31 Cornelîq; ; (audita tua est oratio,) dixit,
Venerunt eleemosynęq; tuę simul ante
Divinum aspectum, Deus vt memor esset earum.
32 Mitte (ergò) Ioppen, Simonem accerse simulq;,
Qui cognomine Petrus dicitur: ille moratur
Ad mare, Simonis Coriarij in ædibus hospes;
Hic (quandò fuerit præsens,) tibi *verba* loquetur.
33 Ad te momentô misi quapropter eôdem,
Tu benefecisti simul & qui veneris isthûc.
Ergo, Dei in conspectû nunc nos adsumus omnes,
Exauditûri præstò, quæ sunt ea cunq;
Abs ipsô præcepta Deo tibi cuncta, parati.
34 Ore suô sed apertô Petrus; Comperio, (inquit)
Vere, acceptor personarum quòd Deus haud est;
35 Qui reveretur eum sed in omni gente, operatur
Iusticiamque; est illi acceptus. 36 Significavit

Deut.10.17. 2.par.19.12. Iob.34.9. Sapi.6.8. eccli.35.16.

Quem

Quem sermonem natis Israelis, Iesum
Per Christum (pacem promulgans) omnibus is qui
Est Dominus. 37 Vos nostis gestum quid fuit omni
In Iudæâ, ortum deducens à Galilæâ,
Post baptisma quòd vulgaverat ipse Iohannes:
38 Quomodo Iesum qui de Nazareth est, Deus Almô
Spiritu inunxerit, atq; etiam virtute potenti:
Qui benefactis afficiens quoscunque, satage it
Circuiens, omnes sanando, tyrannide pressi,
Qui sub dæmone crimina sugillante fuere:
Quandoquidem Deus adfuit vnà cum simul ipsô.
39 Cunctorum testes sumus & nos, quę in regione
Iudæorum, quę & Solymorum fecit in vrbe:
Quem suspendentes ligno super, interimebant.
40 Hunc ternâ Deus inde die *de morte* cievit
Fecit & hunc fieri manifestum: 41 Non *tamen* omni
Id coram populô; Deô ab ipsô testibus autem
Prædesignatis; qui testes nos sumus ipsi,
Vt qui manducavimus & potavimus vnâ
Secum, tum postquam fuerat de morte resurgens.
42 Qui nobis dedit in mandatis vt simul istud
Ad populum divulgaremus; testificantes,
Constituente Deo quod ab ipso, *Christus* is esset,
Qui iudex vivis est definitus, iisq;
Defuncti qui sunt. 43 Contestanturq; Prophetę
Huic omnes, quòd quisquis erit qui credit in illum;
Eius per nomen, sibi erunt peccata remissa.
44 Isthęc Petrus adhùc fuerat dum verba loquutus;
Sanctus Spiritus illos est illapsus in omnes,
Hunc qui audiverunt sermonem. 45 Tùmq; fideles
Ex circumcisis *præsentibus* obstupuerunt,
Quotquot cum Petrô venissent; dona quòd eius
Sanctus Spiritus effudisset in has quoq; Gentes.
46 Quandoquidem linguis hos audivere loquentes,
Magnificantes atq; Deum. Tunc Petrus at infert;
47 Numquid aquâ prohibere potest quis, quò minus *esset*,
Quòd sint illi etiam loti baptismatis vndâ,

rom.2.11.
gal.2.6.
ephes.6.9. & quod
coloss.3.25.
1.petri.1.17.

 Qui

Qui simul acceperunt Sanctum Spiritum, vt & nos?
48 In Domini quoque nomine, precipiebat vt illi
Baptizarentur. Tunc illum deinde rogarunt,
Velle dies apud hos aliquot remanendo morari.

CAPVT. XI.

Petrus defendit factum; sua causa probatur,
Antiochena fides firmata: Agabusq; prophetat.

AVdivéreat Apostoli, ijdem deniquefratres
Qui fuerant in Iudæâ; Gentes etiamque,
Amplexatos esse Dei sermonem. 2 Vbi Petrus
Porrò vrbem ad Solymam ascendisset, disseruerunt
Qui ex circumcisis fuerant, adversus eundem;
Dicentes, Ingressus ad hos præputium habentes
Tute viros es; item cum illis compastus es vnà.
4 Exposuit tunc orsus at illis ordine Petrus
Rem, dicens; 5 Precibus Ioppensi ego in vrbe vacabam,
Mentis & excessû fuit à me visio visa;
Vas quoddam cœlô dimissum lintei adinstar
Permagni, extremis *devinctum* quattuor oris,
Quod simul vsq; ad me devenit. 6 Quùm *sed* in illud
Intendissem oculos, cœpi perpendere mecum;
Quadrupedes terræque, ferasque, & repetilia *esse*,
Et volucres cœli conspexi. 7 Audivi etiamq;
Vocem, dicentem mihi; Petre, exsurgito, macta,
Et manducato. 8 Dixi verò; Domine, Absit.
Quandoquidem, commune quod extat, sive prophanum
Nil *manducandum* mihi in os intraverit vnquam.
9 Respondit verò mihi vox iterata secundò
E cœlo; Deus hæc que fecit pura, ea ne tu
Polluito. 10 Factum fuit hoc etiam vice ternâ;
Rursus & in cœlum sursum sunt cuncta recepta.
11 Ecce viri tres atq; supervenere in easdem

Ædes,

Ædes, in momentô ipsô tunc, in quibus essem,
Ad me è Cæsareâ missi. 12 Mihi Spiritus autem
Cum simul illis nil dubitando, dixit, vt irem.
Venerunt mecum sex fratres insuper isti:
Illius ingressi demùmq; viri sumus ædes.
13 Hic verò narravit nobis, angelus esset
Vt Domini abs ipso conspectus in ædibus eius,
Astitit is qui, dixit eiq; ; Viros ad Iöppen
Mitte aliquos, Simonem porrò accerse, vocatur
Qui Petrus cognomine. 14 Qui tibi verba loquetur,
Per quę tu servandus eris, domus & tua tota.
15 Quandò loqui verò cœpissem, Spiritus Almus
Est in eos illapsus, vti pariter fuit in nos,
Illô in principiô. 16 Domini dicti illius autem
Deinde recordatus sum, quomodò dixerit *istud*,
Intingebat Iöhannes baptismate Lymphę,
Vos eritis sed baptizandi Spiritû ab Almô.
17 Postquam par igitur donum concesserit illis,
Quod Deus & nobis, quô tempore crediderамus
In Dominum Iesum Christum; quis eram prohibere
Ipse Deum, vt possem? 18 Quùm audissent ista sed illi,
Conticuére, quiescentes; & glorificarunt
Laude Deum; Dicentes; Gentibus ergò Deusq;
Ad vitam dedit his etiam resipiscere posse.
19 Hi sedenim tribulatio quos disperserat, orta
Sub Stephanô quę contigerat, Phœniciam adusque,
Et Cyprum pervenerunt, atq; Antiocheiam;
Sermonem Domini nulliq; fuere loquentes,
Præterquam solis Iudæis. 20 Porrò fuerunt
Ex ipsis homines de Cyprô, deq; Cyréne
Quidam, qui ingressi quandò sunt Antiocheiam;
Affati fuerant Græcos: Dominum quibus isti
Promulgaverunt Iesum. 21 Domini manus & cum
His erat, & multus numerus quoq; credidit, horum
Qui ad Dominum convertebatur. 22 Rumor ad aures
De hisce sed advenit, cœtûs ecclesia in vrbe
Quę fuerant Solymâ; Barnábam pergeret ergò

Math. 3.11
mar. 1.8.
luc 3.16.
supra 1.5.
infra 19.4

Miserunt vt ad Antiochéiam. 23 Quando sed ille
Advenisset, gratiam itemq; Dei vidisset;
Est gavisus, & omnes est hortatus, vt vsq;
Hôc in propositô totô cum corde manerent
Firmiter in Dominô. 24 Vir enim fuerat bonus ille.
Sanctô Spiritû, itemq; fide fuit ille repletus:
Turbaq; multa adiuncta fuit Domino. 25 Sed abivit
Tharsum Barnábas, vt Paulum quæreret posset:
26 Quem simul inventum, deduxit ad Antiocheiam.
Accidit atqui Ecclesiâ in illâ, vt convenientes,
Annum per totum remanerent, atq; docerent
Turbam multam, adeo fuerint vt discipuli isti
Antiocheni, Christicolarum nomine primi
Appellati. 27 Descenderunt hisce diebus
Ex Solymitâ vrbe Antiocheiam porrò Prophetæ:
28 Vnus at ex illis, Agabus de nomine, surgens;
Hic etiam per Spiritum *eisdem* significavit,
Terrarum totô orbe famem magnam esse futuram:
Cæsare quæ sub Claudiô erat. 29 Sed Discipulorum
Singuli, vt vnicuique facultas adfuit vlla,
Decrevere ministerij sub mittere causâ
Fratribus in Iudæa habitantibus. 30 Id quòd & illi
Fecerunt, mittentes collecta ad Seniores,
Dispensanda manû per Barnábæ, & quoque Sauli.

Capvt. XII.

Occidente Herode Iacobum; carcere Petrum
Angelus educit; ferit Herodemque superbum.

REx verò Herodes sub eôdem tempore misit
(Iniectis manibus) se posse affligere quosdam
Ex Ecclesiâ. 2 Et interfecerat ense Iacobum,
Scilicet illum, frater *qui fuit ipse* Iohannis
3 Et quandò gratum Iudæis cerneret esse;

Vlterius

Vlterius perrexit, item compre'ndere Petrum:
(Porrò dies fuerant, panis quandò Azimus estur.)
4 Quum simul appre'ndisset eum; sub carcere clausit,
Militibus quater illum committendo quaternis,
Servarent vt eum; populo producere velle
Post Pascham statuens. 5 Idcircò in carcere Petrus
Custoditus erat strictìm: fuit assiduè autem
A cœtû pro illô supplex oratio facta
Sacratô. 6 Quùm verò producturus eundem
Herodes esset; Petrus dormivit in illâ
Nocte, duobus militibus servantibus ipsum
Circumseptus, binis hic etiamque cathenis
Vinctus erat, custodibus observantibus ante
Ostiolum, custodiverunt carcerem. 7 Et ecce
Angelus astabat Domini lumenq; refulsit
Carceris in casâ eâ, impulsando latus quoq; Petri,
Experrexit eum, dicens; citò surge. Cathenæ
Ex manibusq; ipsi ceciderunt. 8 Angelus isq;
Dixit ei; Præcinge, tibi soleasque ligato
Ipse tuas. Ita deniq; fecit. Dixit eiq;
Circundes tibi vestimentum, me sequitorq;.
9 Ergò, egressus, eumq; est ille sequutus, at istud
Esse quidem verum, quod fecerat Angelus ipsi,
Nondum persensit, verùm quod facta fuisset
Visio, credebat. 10 Transissent quando sed illi
Per custodiam eam *quæ est* prima, *per* atq; secundam;
Ad portam ferratam quæ ducebat ad vrbem
Venerunt, quæ sponte sua ipsis se reseravit.
Vnumque egressi per vicum, progrediuntur;
Mox ab eôdem discédebat & Angelus iste.
11 Ad semet tùm quandò fuit Petrusq; reversus;
Nunc verè novi, Dominus quòd miserit (inquit)
Angelum *ad-esse* suum, de Herodis surripuisse
Meq; manû, populi Iudæorum sed & omni
Expectatâ à spe. 12 Qui dum considerat *hanc rem*;
Matris Iöhannis Mariæ devenit ad ædes,
Cui cognomen erat Marcus. multiq; fuere

Qui convenerunt illuc, precibusq; vacabant.
13 Vestibuli verò dum Petrus ad ostia pulsans
Stabat; dicta Rhodé tunc auscultare puella
Accessit. 14 Vocemq; Petri quum noverat esse;
Non reseravit vestibulum præ gaudiô; at intrò
Immò recurrebat, declaravitq; quòd esset
Astans præ foribus Petrus. 15 Aiebant sed ad ipsam;
Insanis. Sic illa sed affirmabat habere
Rem se reverà. Verùm illi; Est Angelus eius,
Dicebant. 16 Petrus sed pulsans continuavit,
Quem tandem verò reserantes quandò videbant;
Obstupuére. 17 Manû veruntamen hisce silendi
Quùm dederat signum; narravit quomodo *demùm*
Eduxisset eum Dominus de carcere; & inquit;
Ista Iacobo declaretis, fratribus atque.
Egressus simul inde, locumq; profectus in altrum;
Discessit. 18 Sed quandò dies illuxerat, ortus
Parvus militibus non extitit *inde* tumultus;
Quid fuerit Petro factum. 19 Veruntamen ipsum
Herodes tùm quando requisivisset, eumque
Non invenisset; de ipsis custodibus *eius*,
Quæstio facta fuit; quos iussit vt abriperentur.
Et quùm Cæsaream descenderat è Iudæâ;
Mansit ibi. 20 Tyrijs infensus, Sidonijsque
Sed fuit Herodes; verùm concorditer illi
Venerunt ad eum (qui præfuit atq; cubiclo,
Illectô regis, Blastô;) pacem petierunt:
Quòd regio ipsorum sustentaretur ab *agrô*
Regis. 21 Porrò die assignatô, *vestis amictû
Regali Herodes, dum sederat adq; Tribunal,
Affaturus eos, oratio dum fit ab ipsô;
22 Applaudens populus clamorem sustulit, *aiens*,
Vox *est ista* Dei, nequaquam *vox* hominisque.
23 Angelus at Domini percussit protinus illum;
Quippe, Deo quòd non tribuisset gloriam, ab ipsis
Vermibus erodentibus est atq; exanimatus.
24 Sermo Dei sed crevit, & est quoq; multiplicatus.

25 Barnábas

25 Barnábas verò è Solymâ, Saulusq; reuersi
Vrbe (ministeriô completô) sunt, Iohanne
Assumptô secum, Marcô cognomine dictô.

CAPVT. XIII.

Sergius est conversus; Predicat Antiochenis;
Gentes admittunt; Iudęi reppudiarunt.

SEd quidam fuerant Ecclesiâ in Antiochenâ,
Hijq; Prophetantes, Doctores atq; fuére;
Vtpote, Barnábas, Simeon, Niger isque vocatus,
Lucius atq; Cyrénéus, Manahen sed & is qui
Educatus cum fuit vnà Herode Tetrarchâ,
Et Saulus. 2 Domino tum porrò ministeriô istis
Defungentibus, & quoq; ieiunantibus illis;
Est affatus eosdem Sanctus Spiritus; Aiens;
Barnabam, Saulum mihi seiunctumq; seorsim
Secernatis ad illud opus, quod ad *efficiendum*
Ipse vocavi illos. 3 Postquam ieiunia verò
Servassent, essentq; precati, atq; imposuissent
Ipsis quandò manus; dimiserunt vt abirent.
4 Emissi quapropter ijdem Spiritû ab Almô,
Descendére Seleuciam, & illinc deniq; Cyprum
Navigiô vecti. 5 Salaminam quumq; venirent,
Iudæorum promulgarunt in Synagogis
Sermonem Dei: habebant insuper atq; Iohannem
Hisce ministrantem. 6 Per-agrata sed insula quando
Esset ab illis, vsq; Paphum: tum comperiebant
Sortilegum quendam Iudęum, pseudo-prophetam,
Qui cognomentô dictus fuerat Bar-iesus.
7 Qui cum Sergiô erat Paulô Proconsule, prudens
Qui vir erat. Barnábâ & Paulô hic ergò vocatis,
Posse audire Dei sermonem flagitat. 8 Atqui
Obsistebat eis Elymas magus iste (ita namq;

Denotat

Denotat ipsius nomen) divertere quærens
A fide eum Proconsulem. 9 In illum Saulus at (*idem*
Qui fuit & Paulus) repletus Spiritû ab Almô,
Affigens oculos in eum, dicebat ad ipsum;
10 Omni plene dolo, scelere & quocunq; referte,
Nate cavillantis cacodæmonis, hostis & omnis
Iusticiæ. Domini anne vias pervertere rectas
Non cessabis? 11 Nunc igitur Domini manus (ecce,)
Tete adversus erit. cæcatas erisq; futurus,
Cœlum nequaquam conspectans tempus adusque.
Continuò cecidit caligo tum super illum,
Et tenebræ. Qui circuiens quærebat vt ipsum
Quis ducendo manû *sustentet*. 12 Quùmq; videbat
Id quod contigerat Proconsul; credidit ille,
Doctrinâ Domini super, admirando stupescens.
13 Deinde Paphô provecti Paulus, qui simul vnà
Et secum fuerant, Pergen Pamphiliæ adibant
Illinc, discedens ab eisdem: porrò Iohannes
Est vrbem ad Solymam regressus. 14 Quandò sed illi
Pergâ abscessissent; venerunt Antiocheiam,
Vrbs Pisidiæ *ea est*; Synagogam Sabbati in ipsô
Ingressiq; die, sederunt. 15 Lectio legis
Atq; Prophetarum quùm demùm facta fuisset;
Præfecti Synagogę ad eos misere rogatûm,
Qui dixere; viri fratres; Si sermo quis insit
In vobis, populum exhortandi; dicite. 16 Paulus
Idcircò, quùm surrexisset, deinde silendi
Signum quandò (manû protensâ) indixerat; inquit;
Auscultate, viri qui de Israële propago,
Estis, vos etiamq; Dei quicunq; timore
Affecti; 17 Populi Deus istius Israëlis,
Elegit Patres nostros, populumq; levatum
Exaltavit, quandò Ægypti erat incola terræ,
Atq; extentô brachiô eos eduxit ab illâ.
18 Annorum quoq; quadraginta tempus adusque,
Illô in desertô mores toleravit eorum.
19 Gentibus & septem deletis in Chananæâ

Exod.12.37. & 13.14. num.14.33.

Terrâ;

Terrâ; sorte his est terram partitus earum. *Iosua.14.3.*
20 Tum quadringentis post isthæc circiter annis,
Et quinquaginta, sub iudicibus dedit illis
Posse regi, tempus Samuelis adusq; Prophetæ. *Iudic.3.*
21 Deinde requirebant regem, dedit & Deus ipsis *1.reg.8.5.*
Saulum, Cis natum, qui vir fuit ille tribulis *1.reg.9.15.*
Beniaminis, qui quadraginta rex erat annis. *& 10.1.*
22 Amotôq; illô, Davidem erexit eisdem
In regem, cui testificatum reddidit, aiens;
Davidem inveni natum Iessäide stirpe, *1.Reg.16.5.*
Qui iuxtà mihi cor est vir, facturus id omne, *Psal.88.21.*
Ipsum quod præstare volo. 23 De semine cuius
Iuxtà promissum Deus educebat Iesum, *Esai.1.1.*
Israeli Servatorem. 24 Quando Iohannes *Math.3.1.*
(Ipso coràm proclamasset iam veniente,)
Baptismum toti populo Israelis, vt ipsos
Vitæ pœniteat. 25 Quùm expleret porrò Iohannes
Cursum; dicebat; Quem me vos esse putatis,
Ille ego nequaquam sum; sed post me venit, (ecce)
Is cuius pedibus minimè sum dignus habendus
Calceoli soleas solvisse. 26 Viri (inquio) fratres,
Stemmate qui generis proles Abrahamidis estis,
Inter vos etiamq; Deum quicunq; timetis,
Isthæc vobis est missus sermo salutis.
27 Vrbe habitatores Solymâ qui namq; fuerunt,
Hunc ignorantes, etiam Primarij eorum,
Et voces quas illi prædixere Prophetæ,
(Quæ *voces* per sabbatum eis quodcunq; leguntur;)
Has impleverunt, damnatô scilicet illô.
28 Et mortis quùm nulla fuisset causa reperta;
Hunc à Pilato petierunt esse necandum. *Mat.22,22.*
29 Quandò verò perfecissent omnia scripta *marc.15.23.*
Quæ de ipsô fuerant; positus fuit in monumentô, *luc.23.23.*
E lignô detractus. 30 Eum de morte solutis *Iohn.19.6.*
Sed Deus excivit. 31 Qui pluribus *inde* diebus *Math.28.3.*
Illis visus erat, qui cum ipsô de Galilæâ *marc.16.6.*
Vnà ascendentes vrbem sunt in Solymorum: *luc.24.7.*
iohn.20.19.

Ad populum qui sunt ipsius deniq; testes:
32 Declaramus nos etiam bona nuncia vobis,
Factum quod fuerat promissum patribus, *olim*;
Id Deus expletim natis præstabat eorum,
33 *Nimirum* nobis, tum quandò excivit Iesum:
In Psalmô veluti scriptum est etiamq; secundô;
Filius es mihi tu, die ego genui te hodiernô.
34 Quòd de defunctis exciverit attamen illum,
Esse reversurum non hinc adeundo sepulchrum;
Sic dixit; Davidi quę promissa ego feci
De Christo, vobis implebo fideliter illa.
35 Propereáque, alibi dicit, Minime dabis illum
Qui tuus *extitit* Sanctus, quòd sentiat *ullam*
Corruptelam. 36 Quandoquidem quùm David in eius
Ipsâ ætate Dei inservisset consilio; exhinc
Obdormivit, & appositus patribus fuit *eius*,
Et persensit corruptelam. 37 Quem Deus autem
Excivit; corruptelam non ille videbat.
38 Quisque (viri fratres) vestrûm cognoverit, ergo;
Nempe per istum declarata remissio vobis
Peccatorum quod sit. 39 Ab omnibus insuper illis
A quibus haudquaquam potuistis iustificari
Per legem Mosis; quisquis qui credit in illum
Iustificatur. 40 Propereà-ergò estote videntes,
Vt nè quandò superveniat vobis, quod *ab ore* est
Ante prophetarum dictum. 41 Qui temnitis (ecce)
Prospicite & miremini, & evanescite; quippe
Ipse opus in vestris sum perficiendo diebus,
Quod vobis opus ecquis si enarraverit; illi
Non credetis. 42 At egredientibus è Synagogâ
Iudæis; Gentes petierunt proximô vt ipsi
Proloquerentur Sabbatô eis hæc verba sequenti.
43 Dimissô verùm conventû, deinde sequuti
Ex Iudæis multi sunt, & relligiosis
(Qui Proselyti erant) Paulum, ac Barnâbam, & eosdem
Alloquiô affati, suaserunt hisce, manerent
Gratiâ in haccce Dei. 44 Quùm verò Sabbatum adesset
Inde

Psal.2.7 heb.1.5 & 5.5.
Esa.55.1.
Psal.16.10
3.Reg 2.10. supra 2.29.
Habac.1.5.

Inde sequens; vrbs conveniens prope tota coacta est.
Auscultare Dei verbo. 45 Sed quandò videbant
Iudæi turbas has confluxisse; repleti
Invidiæ zelo sunt; contrà etiamq; loquuti;
Opposuerunt se his quę à Paulô dicta fuere;
Contradicentes, blasphemaq; verba vomentes.
46 Paulus at assumptâ, Barnábas atq; loquendi
Libertate; Dei sermonem proposuisse,
In primis vobis, omnes erat ante necessum:
Quandò repellitis atqui illum, & decernitis ipsos
Vos esse indignos vitâ durante perenni;
Nos ad eos qui Gentes *sunt* convertimus, ecce.
47 Sic etenim nobis Dominus dedit in mandatis;
Gentibus in Lucem te constitui esse saluti,
Vsque vel extremas ad terras. 48 Quandò sed ista
Gentes audierant; gaudebant, glorificabant
Et verbum Domini, credebant quotquot erantque
Ad vitam prædefiniti perpetuandam.
49 At Sermo Domini totam per eam regionem
Perlatus, passim manavit. 50 At extimularunt
Iudæi *quasdam* mulierclas relligiosas,
Has & honóratas, Primores vrbis & eius;
Hosque ciéverunt, vt Paulum persequerentur.
Et Barnábam, dejécérunt finibus illos.
E-que suis. 51 Hj porrò pedûm sibi pulvere in illos
Excussô; Iconium venerunt. 52 Discipuli autem
Lætitiâ repleti, Sancto Spiritû erantque.

Infra.18.6
Matt.10.14.
mar.6.11.
luc.9.5.

CAP.

Capvt. XIIII.

Prædicat Iconij. lyſtris voluêre litaſſe
Sed tandem lapidant. per multa loca inde revulſi.

IConij verò factum fuit, vt ſimul intrò-
Irent Iudæis Synagogam, ſicq; loquúti
Sint; vt copia Iudæorum crederet ingens
Et Græcorum. 2 Qui Iudæi increduli at illi
Permanſêre; cierunt, effecere animoſq;
Contrà fratres ægrè affectos Gentibus eſſe.
3 Egerunt igitur multum per tempus ibidem,
Vſi confidenti libertate loquendi,
In Dominô freti, à quô teſtificatio facta eſt
Gratiæ, ad ipſiûs ſermonem, ſigna dabatq;
Vt fierent etiam miracla manus per eorum.
4 Vrbis erat vero diviſa frequentia ſectis:
Hj ſiquidem pro Iudæorum parte ſteterunt,
Aſt ab Apoſtolicâ ſtabant alij quoq; parte.
5 Quùm ſedenimverò per Gentes impetus eſſet,
Et per Iudæos factus; primoribus vnà
Cumq; ſuis, iniuriâ ad illos afficiendos,
Et lapidandos; 6 Hanc rem quando perſpiciebant;
Indè Lycáoniæ *tunc* Lyſtram perfugiebant
Et Derben, regionem & circumquaq; iacentem:
7 Dilataverunt Evangelium ſimul illic.
8 Vir quidam captus pedibus tum porrò ſedebat
Lyſtris, qui claudus fuit eius matris ab alvô,
Qui nunquam pedibus perrexerat. 9 Iſte loquentem
Audivit Paulum: qui quum intendiſſet in illum
Ipſe oculos, ſimul atq; videns, quòd fiderit, iri
Se ſervatum: 10 Magnâ dixit (ſurgito) voce,
Perge tuis rectus pedibus. Quumq; exilijſſet;
Perrexit. 11 Turbæ ſed vt iſtud quandò videbant

Quod

Quod Paulus fecit; sublatâ voce loquûti
In sermone Lycaönicô, dicendo profantur;
Ad nos descendêre Dij, mortalibus illi
Qui facti similes sunt. 12 Barnábamq; vocabant
Esse Iovem; Paulum sed Mercurium; fuit vt qui
Dux sermonis. 13 Qui Iovis at fuit ipse Sacerdos,
Ante illorum vrbem, quùm tauros atq; coronas
Hic ad vestibula adduxisset, sacra litare
Cum turbis voluit. 14 Quod Apostoli ût audiuissent
Barnábas & Paulus, ruptis insilierunt
Vestibus in turbam, clamantes. 15 Suntq; profati,
Ista (viri) quare facitis? pariter sumus æquè
Nos homines, affectibus atq; obnoxij ijsdem
Vos quibus estis; declarantes, rebus ab istis
Vanis, converti viventem vos Deum ad illum,
Qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia in illis.
16 Præteritis qui passus is est ætatibus omnes,
Tramitibus proprijs ipsis incedere Gentes.
17 Quanquam se passus non est sine testificatû,
Dum bona contribuens est nobis; cœlitus imbres;
Edendis etiam dans tempora fructibus apta;
Cordaq; nostra cibô replendô, lætitiâque.
18 Isthæc dicentes, sedarunt vix quoq; turbam,
His ne sacra daret. 19 Iudæi at ab Antiocheiâ
Iconiô quidamq; supervenere, & ijdem
Quum persuasissent turbas; Paulum lapidarunt,
Extrà quemque vrbem traxerunt, esse putantes
Mortuum eum. 20 Tunc verò circumdantibus illum
Discipulis; surrexit, & est ingressus in vrbem;
Atq; egressus, Derben venit luce sequenti,
Cum Barnábâ. 21 Evangelium quandò simul vrbi
Huic promulgassent, adiunxissent quoq; multos
Discipulos; Lystram, sunt Iconiumq; reuersi, &
Antiocheiam. 22 Confirmantes discipulorum
Valde animos, hortantes in fide vt esse manentes
Vellent; *dicentes*, Per multas ingrediendum
Esse Dei regnum pressuras, nos q; prementes.

Gen. 1. 1. psal. 146. 6. apoc. 4. 7. psal. 18. 13.

2. Cor. 11. 5.

23 Quùmq;

23 Quùmq; manus illis ponentes, constituissent
Præsbyteros per quamque Ecclesiam, deinde precati
Essent,& ieiunavissent; hos Domino (in quem
Crediderant) commendaverunt. 24 Qui peragrantes
Pisidarum,venerunt Pamphiliæ in *agros.*
25 Sermonem *Domini* Pergæ demùmque loquuti,
Attaliam tunc descenderunt. 26 Navigiôque
Hinc transulcantes *venerunt* Antiocheiam,
Vnde Dei sunt commendati gratiæ ibidem,
Hoc ad opus (quòd compleverunt) perficiendum.
27 Quùm sed enim verò venissent, atq; coactus
Cœtus quandò ecclesiæ erat; retulere, per ipsos
Effecisset quanta Deus; reserasse & eundem
Gentibus ostiolum fidei. 28 Sunt atque morati
Hi cum discipulis nequaquam tempore parvô.

Capvt. XV.

Quæstio,circumcisio num de lege necesse,
Præcipiatur; Apostolicum quòd dogma sequendum.

DEscendentes à Iudæâ porrò docebant
Quidam fratres; Circumcisi quòd nisi sitis
Ex ritû Mosis,salvi non esse potestis.
2 Ergò,repugnantûm dissensio quandò fuisset,
Disceptatio Paulo nec mediócris oborta
Et Barnabæ,adversus eosdem; constituerunt
Paulus & vt Barnabas ascendendo profecti
Ex ipsis alijq; irent ad Apostolicórum
Cœtum, ad Præsbyteros Solymâ sed & vrbe manentes,
Quæstio vt hęc inquiri posset. 3 Qui simul atque
Abs Ecclesiâ eâ deducti sunt,peragrantes
Phœnícen,simul & Samareiam,significantes
Quomodo conversæ sunt Gentes; afficiebant
Ingenti fratres simul omnes lætitiâque.

4 Ad

4 Ad Solymitanam venissent quandò sed vrbem,
Sunt ecclesiâ ab illâ excepti, ab Apostolicôque
His qui fungebantur munere, Presbyterisque,
Et retulére Deus fecisset quanta per ipsos.
5 Insuper atqui-verò *aiebant* è Pharisæâ
Sectâ surrexerunt quidam, *scilicet* illi
Qui credebant; circumcidi qui quòd oportet
Affirmaverunt, atque observare iubebant
Legem Mosis. 6 Convenerunt propterea q;
Munere Apostolicô fungentes, Presbyteriq;
Scilicet vt *possint* hôc de sermone videre.
7 Quandò verò disceptatio multa fuisset;
Petrus consurgendo (viri Fratres) ait illis,
Vos cognoscitis, à primis Deus hisce diebus
Inter nos selectum me quòd legerit, isthùc
Vt sermonem Evangelij Gentes meô ab ore
Audirent, credantq;. 8 Deus qui corda simulq;
Novit; eisdem testificatum reddidit, vt qui
Spiritum eis Sanctum donarit, vt & quoque nobis.
9 Nil discriminis & posuit nos inter & illos
Corda fide *ab ipsô* dum compurgantur eorum.
10 Ergò, Deum quid nunc tentatis, Discipulorum
Imponendo iugum cervici, quod neque Patres
Nostri, nec fueramus nos portare valentes.
11 Sed per gratiam eam Domini *quæ existit* Iêsû
Christi, participes nos credimus esse salutis,
Cuius ij quoque sunt. 12 Tacuitq; frequentia tota,
Et Barnábam, Paulumq; audivere citantes
Quanta Deus signa & miracula fecerit inter
Has Gentes per eos. 13 Quùm conticuére sed illi,
Respondendo (viri, Fratres) ait inde Iacobus,
Aúscultate mihi. 14 Simeon narravit, vt esset
Intuitus Deus in-primis Gentes, vt ab illis
Nomen in ipsiùs populum desumeret. 15 Isthùc
Atque Prophetarum sunt consentanea verba:
In scriptis velut existit. 16 Post ista revertar,
Atq; Tabernac'lum Davidis inædificabo,

Supr. 10. 34. & 11. 13.

Supr. 10. 43. 1. *cor.* 1. 1.

Matth. 23. 4

Amos 9. 11.

Rurſus, collapſum; ſed & inſtaurabo ruinas
Amos 9.11 Illius, erigam & illud rurſus: 17 Vt *inde* requirant
Hj *qui ſunt* homines reliqui Dominum, ſed & omnes
Gentes, ſint quotcunq; meo de nomine dictæ.
Sic dicit Dominus, faciens hæc omnia. 18 Nota,
Omnia ſunt opera illa Deo, quæ præſtat, ab ævô.
19 Hinc ego cenſeo, turbandam non eſſe quietem
Hiſce, Deo qui ſunt converſi ex Gentibus iſtis.
20 Scribendum ſed ad hos, abſtentos ſemet ab illis
Conſervent, quæ defæ[illegible]ntur per ſimulachra,
Atque à ſcortatû, ſuffocatis quoque rebus
Atque à ſanguine. * *Quæcunque & fieri ſibi nolint*
Ne faciant alijs. 21 Moſes ætatibus altè
Quandoquidem ductis, in quaviſcunq; habet vrbe,
Qui ipſum divulgent per ſingula Sabbata, quùm ſit
In Synagogis lectus. 22 Viſum tunc erat ipſis,
Munere *qui fuerant* in Apoſtolicô, ſed & his qui
Presbyteri *fuerant*, cum totâ Eccleſiâ, vt ex ſe
Delectos homines legarent Antiocheiam,
Cum Paulô & Barnâbâ: Iudam Barſaban illum
Appellatum cognomentô, porro Silamque,
Nempe viros primæ inter fratres conditionis:
23 Hiſce manum per eorum ſcriptis, *litera miſſa eſt.*
Munere Apoſtolicô fungentes, Presbyterique
Et Fratres; illis qui exiſtunt Antiocheiæ,
Fratribus & Syriæ, Cilicûm qui *ſunt & in oris,*
Nimirum qui ſunt ex Gentibus; hiſce Salutem.
24 Quandoquidem quoſdam è nobis audiuimus eſſe
Egreſſos, verbis turbantes voſque fuiſſe,
Qui labefactantes veſtras animas, *quod oportet*
Circumcidi, aiunt, legem & ſervare, quibus non
Hoc mandavimus: 25 Eſt nobis, quapropter in vnum
Ad vos collectos, delectos, mittere viſum,
Hoſce viros, dilectis noſtris cum ſimul vnà
Barnâbâ, Paulôq; 26 Viris exponere ſuetis
Sæpe ſuas animas, Domini pro nomine noſtri
Jeſu Chriſti. 27 Iudam miſimus ergò, Silamque,

** hæc in complutenſi & aliis.*

Qui

Qui sed & ipsi eadem vobis sermone relata
Declarabunt. 28 Spiritui Sancto quia visum,
Nobis atque fuit, nihil vltrà imponere vobis,
Quod sit onus, nisi quæ *sunt* hæc *servanda* necesse:
29 *Nempe*, quòd abstineatis ab his quæ sacrificantur
Idolis, & sanguine, suffocatô etiamque,
Atque à scortatu. *non alteri & hæc faciatis,
Vobis quæ minimè fieri vultis:* Bene agetis,
Si vobis ipsis caveatis ab hisce. Valete.
30 Ergò, hij dimissi venerunt Antiocheiam,
Reddebant & epistolium, cœtûq; coactô.
31 Quam quùm legissent, gavisi sunt super istô
Consolamine. 32 Iudas porro, Silas etiamque,
(Ipsi quandoquidem pariter fuerantque Prophetæ,)
Fratres exhortati sunt sermone frequenti,
Et confirmarunt. 33 Mansissent quùm sed ibidem
Tunc aliquandiù ÿ, cum pace fuere remissi,
His ad apostolicos à fratribus. 34 Attamen illic
Est visum remanere Silæ. * *Iudasque profectus
Est solus.* 35 Sed Paulus, Barnábasque morantes,
Antiochenâ permansere & in vrbe, docentes,
Sermonis Domini narrantes nuntia læta
Et promulgarunt, alijs cum pluribus vnà.
36 Paulus & exactis aliquot post inde diebus,
Dixit Barnábæ; Fratres invisere nostros,
Regredientes simus; (in omnibus vrbibus illis,
Sermonem Domini sumus in quibus ante loquuti;)
Quomodo sese habeant. 37 Barnábas consuluitque
Esse Iohannem, (Marcus erat qui nomine dictus)
Vnà assumendum secum. 38 Vertamen æquum
Censuit at Paulus minimè, secum simul esse
Hunc assumendum, qui discessisset ab ipsis
Quùm Pamphiliç erant; non illis & comes esset
Hoc opus aggressis. 39 Facti quapropter acerbi
Vsq; adeò fuerant, vt ab alt'ro absce deret alter,
Inque Cyprum sumptô Marcô transnaviget æquor
Barnábas. 40 Silâ at allectô sibi, Paulus abivit

*Ex complutensi & alijs vt ante.

* μόνος δὲ Ἰούδας ἐπορεύθη. Beza in manu-scripto.

Inde, Dei *quæ* gratiæ *erat* commissus ab illis
Fratribus. 41 Et Syriam, Cilicum peragravit & oras;
Atque Ecclesiæ eæ confirmabantur ab ipso;
* Præcipiente tenere ea quę mandata fuerunt
Iussa ab Apostolicis, Senioribus atque tenenda.

*Beza ex vetusto codice.

Capvt. XVI.

Timotheô recutito; Spiritus evocat illum:
Lydia conversa est; Ancillæ est Pytho repressus.

AD Derben verò * *peragratis Gentibus istis,*
Et Lystram pervenit: Quidam Discipulusque
Illic (ecce) fuit, de nomine *nempe* vocatus,
Timotheus; cuiusdam filius ille fidelis
Iudææ mulierculæ *erat*, Græci Patris autem.
2 Hunc exornavit bona testificatio fratrùm
Qui Lystris, atq; Iconij fuerant. 3 Ideòq;
Hunc voluit, Paulus secum proficisci: & eundem
Assumptum circumcidebat, causâ *at* eorum
Iudæorum, qui loca erant circà illa morantes:
Norant namq; omnes, quòd Græcus erat pater eius.
4 Ipsis tum quandò sed transivere per vrbes;
Tradebant illis hęc observanda statuta
Cœtû ab Apostolicô, Senioribus & stabilita,
In Solymorum qui vrbe fuére. 5 Ecclesiæ eæq;
Ergò fide confirmabantur, quôlibet atque
Inde die; numerô super-excrevere refertim.
6 Tunc atqui verò Phrygiam simul & Galatarum
Quum pertransissent regionem; Spiritû ab Almô
Est vetitum, sermonem non loquerentur vt illi
In regione Asiæ. 7 Quùm vero Mysiam adissent;
Tentavere Bithyniam adire: at Spiritus ipsos
Nequaquam sivit. 8 Peragrata at Mysia vt esset

*Beza ex vetustiss. codice
Rom 16.21
phil. 1.9.
1. thess. 2.3

Descende-

Descenderunt ad Troadem. 9 Visum fuit atq;
Per noctem Paulô conspectum; Vir Macedo astans,
Exorans & eum quidam, sibi, Traijce, dixit,
Oras in Macedûm, succurrito denique nobis.
10 Vidit vt hoc verò visum; quæsivimus ire
In Macedûm tunc discessuri *protinus* oras:
Hinc argumentis collatis conijcientes;
His Evangelium quòd declarare vocasset
Nos Dominus. 11 Troade idcircò tum quandò soluti
Essemus; rectô pervenimus in Samo-thrâcen
Cursû; deinde dieq; sequente Neapolin vsq;
12 Hincq; Philippos, vrbs quæ prima Colonia in istâ
Parte extat Macedûm. Fueramus in hâc sed vt vrbe,
Porrò dies aliquot remanentes egimus illic.
13 Sabbati itemq; die sumus egressi vrbe, vbi iuxtà
Flumen, consuevit conventus adesse precandi;
Tunc vbi sedissemus, eas quæ aderant mulierclas
Alloquiô affati in conventû. 14 Nomine quædam
Lydia, tunc mulier, venditrix purpuræ, in vrbe
Quæ Thiateirorum fuerat, simul-atq; colebat
Illa Deum; *nobis* aurem præbebat: apertum,
Cuius cor Dominus reddebat; vt auscultando
A Paulô quæ dicta fuere intenderet illis.
15 Esset quàm verò baptizata, & domus eius;
Expetijt, dicens, Si me Domino esse fidelem
Arbitrati iudiciô estis; *tum* meam in ædem
Introeatis, itemq; manentes sitis *in illâ*.
Nos & adegit. 16 Factum sed fuit, inde profectis
Nobis oratûm; quædam cui spiritus esset
Pythonis, nobis ancilla occurreret, vt quæ
Ipsa suis Dominis quæstum præstaverat amplum
*Divinando. 17 Paulum, nos hæc subq; sequúta,
Clamabat, dicens, Homines sunt Numinis isti
*Supremi ipsius servi, narrare salutis
Quæ via *sit* vobis satagentes. 18 Porrò, diebus
Hoc multis faciebat. Paulus at immò molestè
Ista ferens; convertens & se spiritui, inquit;

*vaticinando

*illius excelsi.

Præcipio tibi Iesu Christi in nomine ab illô
Tete exire. Exivit item momentô in eôdem.
19 Sed Domini illiûs (spem quæstus quandò videbant
Tunc abijsse sui;) Paulum traxére, Sylamq;,
Ad Præfectos ante forum. 20 Coram quibus hosq;
Quum pertraxissent, illi Prætoribus istis;
Dixerunt; Homines isti, turbare quietem
Vrbis conantur nostræ, Iudaica quandò
Hi *gens* existant. 21 Quos non licet hi quoque ritus
Suscipere, vsurpare aut nobis, (qui sumus ipsi
Romani) declarant. 22 Tunc adversus eosq;
Turba insurrexit: Præfecti vestibus atque
Illorum diruptis, verbere præcipiebant
Vt cædantur ij. 23 Quum Plagas his quoq; multas
Imposuissent; coniecére in carceris *arcta*
Illos, mandantes custodi carceris ipsos
Vt custodiret tutô. 24 Quùm tale sed ille
Accepisset mandatum; coniecit eosdem
In *loca* carceris interiora, pedes & eorum
Numellâ astrinxit. 25 Mediâ sed nocte precantes
Paulus, itemq; Sylas, hymnos cecinere Deo; quos
Exaudiverunt qui vincti etiamq; fuerunt.
26 Terræ porrò fuit trepidatio magna repente,
Sic adeò vt concussa fuerunt carceris ima
Fundamenta: fores adapertæ sunt simul omnes;
Omnibus illicò vincula tum laxata fuére.
27 Quandò sed experrectus custos carceris esset;
Carceris esse fores simul atque videret apertas;
Evaginatô gladiô, fuit ipse seipsum
Interfecturus, dum vinctos æstimat esse
Elapsos. 28 Magnâ clamabat Paulus at (aiens)
Voce; mali nihil omninò tibi feceris ipsi:
Nam sumus hìc omnes. 29 Qui (lumine porrò petitô,)
Irrupit, simul adq; pedes Pauli accidit ipse,
Adq; Sylæ, tremefactus. 30 Quùm produxerat autem
Hosce foras; affatur eos; Domini, (Quid oportet
Me facere, vt salvus fiam? 31 Dixere sed illi;

In

In Dominum Iesum Christum confidito,tuq;
Salvus eris, tua eritq; domus servanda futura.
32 Sermonem Domini sunt illi deinde loquuti,
Omnibus illius inq; domô,quotcunq; fuerunt.
33 Ipse sed assumptis his, illâ noctis in horâ,
Lavit eis plagas, est baptizatus & ipse,
Quotq; domestici erant ipsiûs protinus omnes.
34 Quandò domum simul-atque suam duxisset eosdem,
Apposuit mensam, lætatus & est,quòd & ipse,
Insimul atque Deo domus eius credidit omnis.
35 Porrò Magistratus miserunt (solis obortâ
Luce) viatores *custodi* dicere *iussos*;
Dimittas homines illos. 36 Tunc carceris ille
Custos sermones declarans intulit istos
Paulo,*aiens*, Præfecti dimittamini vt *exhinc*
Miserunt: nunc ergò egressi in pace abeatis.
37 Atqui tum verò, Paulus dicebat ad illos;
Indictâ causâ *iam* nosmet verbere cæsos
Publicè,(ût ût simus Romani,) in carcere clusos
Coniecére; occulte nunc nos eijcientq;?
Non equidem. Verùm veniant, & nosmet ijdem
Educant ipsi. 38 Lictores verba sed ista
Declaraverunt Præfectis: Atque timebant,
Quandò audivissent, Romani quippe quòd essent.
39 Atque precati sunt, venientes, hosq; rogarunt,
Quos eduxerunt, vt digrederentur ab vrbe.
40 Egressi verò de carcere,Lydiam ad ipsam
Introiéruut, atque (invisis fratribus,) illos
Consolati sunt,egressi sunt & *ab vrbe*.

CAPVT. XVII.

Thessalonicenses venit; ibiq; tumultus:
Scripturas scrutantur: prædicat hinc in Athenis.

QVandò per Amphipolin pergentes progrederentur,
Et per Apolloniam; venerunt Thessalonicam:

Quędam Iudæis vbi tunc Synagoga erat. 2 Atqui
Paulus (vti consueverat,) est ingressus ad illos,
Disseruit simul & *cum* ipsis, per Sabbata trina,
Ex Scripturis. 3 Exponendo, tumq; ob ocellos
Declarando palam, Christum quòd oportuit ipsum
Morte pati, simul àq; resurgere morte solutis:
Hunc etiam vobis ego quemq; annuncio Iesum,
Esse *ait* illum Christum. 4 Quidam tunc & eorum
Persuasi, assensum credentes hisce dederunt;
Consociati *qui* Pauloq; Sylęq; fuére;
Religiosorum Gręcorum magnaq; turba,
Nobilioribus è mulieribus haud quoq; paucę.
5 Zelô commoti Iudęi ex invidiâ autem,
Qui non credebant assumptis porrò quibusdam
Qui vulgi fuerant de fæce, viriq; scelesti
Vrbem (collectâ & turbâ) turbáre tumultû,
Cincti adoriri posse studebant Iasonis ædem,
Illos ad populum producere 6 Non tamen illis
Inventis; ipsum traxerunt Iasona, quosdam
Fratresq; ad Prefectos vrbis, vociferando
Clamantes; Isti terrarum funditùs orbis
Subvertére statum; venerunt insuper isthùc.
7 Quos excépit Iason: Contra Cesaris omnes
Qui decreta etiam faciunt, dum *scilicet* alterum
Esse aiunt regem, Iesum. 8 Tum denique turbam,
Et commoverunt Prefectos illius vrbis,
Quandò hęc audissent. 9 Quùm verò à Iasone factum
His satis esset, & à reliquis; discedere posse
Dimisére illos. 10 Fratres veruntamen illinc
Per noctem Paulum mox emisere, Sylamque,
In Beröeam: Qui venissent quando sed illùc;
In Synagogam quę est Iudæis introiérunt.
11 Hi generis verò prestabant nobilitate
Eminus inter eos, fuerant qui Thessalonicæ,
Mens quibus in primis alacris fuit, esse receptum
A se sermonem; studio & fervente calentes,
Omni cum fervore animi scrutantur amussim

Quovíscunq;

Quovíscunq; die Scripturas, numquid an ista
Sic se habeant. 12 Ex his credebant multi ideoq;
Et quoq; Græcarum mulierum stirpis honore,
Atq; virorûm non pauci. 13 Sed quandò sciebant
Thessalonicenses Iudæi, quod Beroëæ
Declaratus sermo Dei simul-atq; fuisset
A Paulô; venére illuc, turbamq; movebant.
14 Sed tunc fratres emiserunt illicò Paulum,
Ceu ad mare vt iret: porrò Sylas ibi Timotheusq;
Permanserunt. 15 Attamen hi qui constituendum
Suscepére locó Paulum tutô; vsque ad Athenas
Deduxerunt ipsum: mandatôq; receptô
Ad Silam, itemq; ad Timotheum, veniant vt ad ipsum
Festinante gradû *quantum poterint*; abierunt.
16 Expectaret eos dum verò Paulus Athenis;
Irritabatur sibi spiritus eius in ipsô,
Vrbem conspiciens Idolis esse dicatam.
17 Disseruit cum Iudęis (ergò) in Synagogâ.
Inq; forô cum relligiosis, cumq; quibusvis
Vnoquôq; die occurrentibus. 18 Ast Epicuri
E sectâ quidam, studiosi qui Stoicęq;
Extiterant sectę, conflictabantur ijdem
Cum illô: & dicebant quidam; Quid garrulus iste
Dicere vult? Alij; *blaterator at immò videtur
Esse Deorum qui peregrini sunt; quia Iesum
Declaravisset, surrectio rursus eisdem
Esset quòdq; futura. 19 Prehensum tunc etiamq;
(Dicentes) deduxerunt in Areiopágum;
An nova quę doctrina sit isthęc, scire queamus,
De quâ tu loqueris? 20 Quędam siquidem peregrina
Nostris auribus ingeris. Ergò, scire volemus,
Ista sibi quid-namq; velint. 21 Qui habitant sed Athenis
Omnes, hospitiô quiq; excipiuntur ibidem,
Nulli alij rei ad hoc nisi vt intendendo vacabant,
Dicere sive aliquid, vel adauscultare, novelli.
22 Paulus sed mediô prostans in Arêiopagô,
Dixit; Cerno (viri, qui habitantes estis Athenis)

* nugator.

Omnibus

Omnibus in rebus vos esse superstitiosos
Plus nimiùm, *vera* velut *esset relligioni*.
23 Præteriens etenim, contemplans sacraq; vestri
Cultûs, inveniebam aram, scriptum fuit in quâ,
Ignoto Deo. Eum colitis quem propterea ergò,
Ignorantes; hunc ego *nempe* annuncio vobis.
24 Qui fecit mundum Deus, & quæ sunt in eôdem
Sapr.7.48. Omnia; quùm cœli Dominus terręq; sit, haud est
Ille manû in templis habitans quæ sunt fabricata:
25 Neuve hominum manibus colitur, rei vt hic alicuius
Psal.49.8 Indigeat, vitam quùm donet is omnibus ipse,
Et spiramen quô exhalamus, & omnia. 26 Gentem
Vnô etiamq; hominum totam de sanguine fecit,
Telluris faciem super omnem posse habitare:
Qui definivit stata tempora, terminat ipsis
Atque suas metas habitacula constituendi.
27 Quærere posse Deum, si palpent forsitan ipsum,
Inveniantq; : licet non longè à quolibet absit
Nostrûm. 28 Quippè in eôdem vivimus, atq; movemur,
Et sumus : vt quidam vestratibus e-q; Poëtis
Dixerunt. Nam progenies etiam summus huius.
29 Ergò, Dei quùm progenies existimus; auro,
Esai.40.25. Aut argento, vel lapidi, qui est arte politus,
Sculptureq;, hominum quam mens excogitat vlla;
Illud Divinum Numen simile esse putare,
In mentem minimè nobis inducere fas est.
30 Ergò quidem Deus ùt con-nivens pertulit huius
Tempora quæ ignorantię erant; denunciat istud
Cuiviscunque hominum, resipiscant nunc quòd vbiq;.
31 Quandò diem statuit, quùm iudiciô super orbe
Terrarum iustâ procedet *lance*, per illum
Nempe virum, quem definiverat, omnibus, vt sit
Publica confirmata. * Publicitus patefacta fides, à morte solutis,
Illô excitô. 32 Quùmq; audissent morte solutos
* *cavillis.* Esse resurrecturos; irridendo * cachinnis
Tunc alij excepére quidem, dixere sed alt'ri,
Audituri erimus te aliò nos tempore rursus

De

De hôc. 33 Sic è mediô Paulusq; exivit eorum.
34 Porrò viri quidam sed adhæserunt tamen ipsi,
Et credebant; in quibus & Dionysius extans;
Hic Areópagita fuit, simul & mulierc'la,
Nomine Dammaris, atque alij iuncti insimul istis.

Cap. XVIII.

Inde Coryntbi egit; dum disputat in Synagogis;
Gallio reijcit: hinc Ephesum; quo venit Apollos.

SEd post hæc Paulus quùm discessisset Athenis;
Inde Corinthum adijt. 2 Iudæo nomine quēdam
Inventôq; Aquilâ, gente vt qui Ponticus esset,
Nuper ab Italiâ qui venerat, vxor & eius,
(Propterea quòd præcépisset Claudius omnes
Româ Iudæos excedere,) venit ad illos:
3 Artis & eiusdem quoniam fuit; *ergò*, apud ipsos
Mansit, itemq; operabatur: tentoria nempè
* Ars illorum conficiebat. 4 Sabbatô at omni
Disceptans erat in Synagogâ, adduxit & eius.
In sententiam item Iudæos, & quoque Græcos,
(*Interponebat Domini dum nomen Iēsū
5 Porrò, Silas, Macedûm tùm quandò veniret ab oris,
Timotheusq;, coarctabatur spiritû in eius
Paulus, dum pergit Iudęis testificari,
Quòd Iesus est Christus. 6 At opponentibus ipsis
Sese, & blasphemantibus; excutiens sibi vestes,
Dixit eis; Sanguis vester vestrum super *esto*
Ipse caput: Iam mundus ego posthàc proficiscar
Ad Gentes. 7 Egressus & inde, intravit in ędem
Nomine cuiusdam Iusti Deum honore colentis,
Cuius confinis Synagogæ iuncta erat ædes.
8 Crispus Præfectus Synagogæ credidit autem

Rom. 16. 3

* *Ars erat illis conficiendi*

* *In vulgata latina & in aliquib. græcis manuscriptis.*

Sap. 13. 51
mat. 10. 14

In

In Dominum, domus & sua tota, Corinthij & ipsi
Multi auscultantes, credebant; sunt quoq; loti
Baptismô. 9 Dominus sed Paulo nocte loquutus
Per visum dicebat ei, Nolito timere,
Sed loquere, & minimè taceas. 10 Sum namq; ego tecũ,
Te sed & invadet nemo, tibi posse nocere:
Vrbe quòd existit populus mihi multus in istâ.
11 Annum sex mensesq; est illic ergò moratus,
Verbum posse Dei satagens apud hosce docere.
12 Gallio quùm verò fuerat Proconsul Achaię,
In Paulum Iudęi animô concorditer vnô
Insurrexerunt, quem traxere adq; Tribunal;
13 Dicentes, hominûm persuadet *mentibus* iste,
Vt Numen contrà *præscriptum* legis adorent.
14 Os aperire suum Paulus quùm cœperat autem,
Dixit Gallio Iudęis; Iniuria si qui
Facta sit, aut aliquod facinus *si quod sit* iniquum;
(O Iudęi) ferrem vos, est quatenus æquum.
15 De sermone sit atqui-verò quęstio vestra,
Et de nominibus, lege & vestrate; videte
Vosipsi: Iudex etenim de talibus esse
Rebus ego nolo. 16 A-q; tribunali egit eosdem.
17 Gręci Prefectum Synagogæ Sosthinem at omnes
Appr'endentes, percutiebant ante Tribunal:
Gallio nec pensi res has alicuius habebat.
18 Paulus porrò dies quùm multos manserat *illic*;
Fratribus inde vale-dictô, est trans æquora vectus
In Syriam, Priscillâ, Aquilâ & comitantibus ipsum,
In Cenchręis quùm caput attondisset: habebat
Votum scilicet. 19 Atqui Ephesum pervenit, ibiq;
Liquit eos: Ingressus at ipsemet in Synagogam
Disseruit cum Iudęis. 20 Rogitantibus autem
His, ipsum remanere diutiùs inter eosdem;
His non annuit. 21 Immò valé-dicebat at illis,
Dicens; Omninò quòd festum memet oportet
Nunc instans agere in Solymitanâ vrbe; sed ad vos
Numine Divinô rursusq; volente revertar,

Num.6.18
infr.21.24
1.Cor 4.19.
Iac.4.15.

Prove-

Provectusq; Ephesô est. 22 Descendens Cesareamq;,
Vrbem quùm Solymam conscenderat, atque salutem
Quandò Ecclesiæ ei impertisset; ad Antiocheiam
Descendebat. 23 Quùmq; aliquanti temporis *illic*
Per spacium, remoram breve contraxisset; abivit.
Ordine eam peragrans regionem *quæ est* Galatarum,
Et Phrygiam quemvis confirmans discipulorum.
24 Iudæus verò quidam, (cui nomen Apollos,
Qui vir Alexandrinus erat regione, disertus
Qui fuit.) hic Ephesum pervenerat; *iste citandis*
Præpollens *fuit* in Scripturis. 25 In Domini iste
Edoctusque viâ, ferventi spiritû abundus;
Iste loquebatur simul atq; docebat amussim
Exactè, Domini quæ *scilicet* ipsa fuerunt;
Dummodò cognoscens tantùm baptisma Iohannis.
26 In Synagogâ cœpit liberè & iste prophari.
Quem quandò audisent Aquila & Priscilla loquentem;
Assumpsere; viamq; Dei exquisitius ipsi
Exposuere. 27 In Achaiam quùm transireq; vellet,
Exciperent vt eum fratres hortando rogantes
Discipulis scripserunt: qui quùm venerat *illuc*:
Qui per gratiam erant credentes, contulit ipsis
Multùm. 28 Nam magis ac magis oppugnando revicit
Iudæos vehementer, publicè, eisq; probavit
Per Scripturas, est quòd Iesus Christus is ille.

Rom. 16. 5.

CAP. XIX.

Spiritus est Pauli manibus datus. Exorcistæ Puniti. Demetrius author seditionis.

FActum est porrò, Corinthi tum quando esset Apollo,
Vt Paulus superis peragratis partibus esset
Adveniens Ephesum, quùm discipulos ibi quosdam

Isq;

Isque invenisset: 2 *Sic* est affatus eosdem;
Sanctum Spiritum (an exhinc postquam credideratis)
Accepistis? ad ipsum tunc dixere sed illi;
Sanctus Spiritus (immò nec hoc audivimus) an sit.
3 In quid (tunc ait his) estis baptismate loti?
Ipsi sed dixerunt; In baptisma Iohannis.
4 Paulus at inquit; Iohannes baptismate certe
Baptizavit, vt hi siquidem resipiscere possent;
Edicens populo, quòd in illum credere debent,
Qui venturus erat post ipsum, scilicet hoc est,
In Iesum Christum. 5 Quùm audissent *ista* sed illi;
In Domini sunt baptizati nomen Iesu.
6 Quando manus sed & imposuisset Paulus in illos;
Spiritus Almus in ipsos venit. suntque loquuti
Linguis, atque prophetabant. 7 Fuerant viri at isti
Circiter ac duodeni omnes. 8 Ingressus at *ipse*
In synagogam, fultus libertate loquendi,
Ad tres disseruit menses, etiamq; suasit
Illa, Dei quæ existunt concernentia regnum.
9 Indurati quidam quùm veruntamen essent,
Quique adhibendo fidem minimè parere volebant;
Proscindendo viam *Domini* maledicta vomentes;
Coràm conventû plenô, digressus ab illis;
Discipulos secrevit, dum disceptat in illâ,
Quę schola erat cuiusdam *dicti, nempe* Tyranni,
Quoviscunque die. 10 Factumq; biennij erat istud
Per spacium. sic, vt qui habitabant *scilicet* omnes
Ora Asiana, etiam Iudæi, etiam quoque Græci
Sermonem Domini Iesu audivere *relatum*.
11 Perq; manus Pauli virtutes non mediocres
Edebat Deus; 12 Vsque adeò vt quoque corpore ab eius
Sint delata ad eos qui morbis se male haberent,
{ * Lintea queis sudor faciei tergitur, & quę
{ Precingunt hominem medium; morbis ab ijsdem
Discedentibus, egredientibus atque malignis
Spiritibus. 13 Quidam Iudæis attamen (ex his
Qui exorcistæ, circùm *nempe* foranei ijdem,)

Ag-

Mat. 3.11. *mar.* 1.8. *luc.* 3.11. *ioh.* 1.16.

* *Et sudaria cingula item morbis ab iisdem.*

Aggrediebantur super ipsos invocitare
Spiritibus pravis possessos nomen Iesu
Hi Domini, aientes; Adiuramus per Iesum
Vos, quem Paulus prædicat. 14 Atqui porrò fuerunt
Quidam qui hoc faciebant septem filij ijdem
Scevæ Iudæi, princeps qui erat ipse Sacerdos
15 Porrò malus respondens spiritus inquit; Iesum
Cognovi, Paulumque scio: vos qui tamen estis?
16 Insiliens in eos & homo in quô spiritus esset
Hic malus, invaluit contrà illos, vicit eosque,
Vestibus vsque adeò vt nudati, & vulnere læsi
Effugerent ex æde illàc. 17 Innotuit autem
Omnibus istud tum Iudæis, tum quoque Græcis,
His Ephesi qui habitabant: incidit & super omnes
Illos *inde* timor; Domini quoque nomen Iesu
Magnificabatur. 18 Multi qui crediderantq;
Inter eos, accesserunt, sua facta fatentes,
Et declarantes. 19 Multi verò inter eosdem
Qui magicis semet dedebant artibus istis,
Comportaverunt libros, quos igne cremarunt
Ante omnes (precijs quorum simul annumeratis,)
Ad summam denariolorum comperiebant
Millia suprà quinquaginta. 20 Ita fortiter auctus
Crescebat sermo Domini, simul atq; valebat
Confirmatus. 21 Quandò sed hęc expleta fuissent;
* Tunc animum inducebat in eius Paulus, vt oras
Tum postquam Macedûm, simul & peragrasset Achaiæ;
Vrbem pergeret ad Solymam; dicens; quod oportet,
Illic quùm fuero, Romam me etiamq; videre.
22 Oras in Macedum missis tùm porrò ministris,
(Qui inservire ipsi *satagebant hisce duobus*,
Timotheô, *nimirum* & Erastô; substitit ipse
In *regione* Asiæ ad tempus. 23 Tunc accidit autem
Tempestate tumultus eâ non parvus obortus,
Illius ratione viæ. 24 Quùm nomine quidam
Qui dictus Demetrius est, signator in arte
Argenti, faciens Argentea templa Dianæ

* *Proposuit sibi spiritu in eius.*

Non

Non modicum quæstum qui professoribus artis
Præstitit *eiusdem*. 25 Quibus insimul ille *coactis
Istiûscemodi cum operantibus in simili arte,
Hisce (Viri) dixit; Quæstû cognoscitis ex hôc
Nobis dependet quòd victûs tota facultas.
26 Et spectatis, & auditis, solummodò namq;
Non Ephesi, sed & hic Asiam iam pene per orbem,
Avertit turbam Paulus suadendò frequentem,
Hos non esse deos manuûm qui plasmate fiunt.
27 Nequaquam solùm nobis est porrò peric'lum,
Istud ne propriè quod spectat nosmet ad ipsos,
Nobis evadat probrosum: quin-etiamq;
Pro nihilo hocce Deæ magnæ simul atque Dianæ
Ne Templum reputari possit, sitq; futurum
Vt deleretur maiestas funditus eius,
Quàm *veneratur* tota Asia, & totus colit orbis.
28 Istis auditis; pleni excandente sed irâ;
Exclamaverunt, dicentes; Magna Diána
Est Ephesinorum. 29 Confusô & turbine tota
Vrbs impleta fuit: Concorditer inq; theatrum
Factô concurrére furentes impete, Gaiô
Raptô & Aristarchô, Macedûm Gentilibus, vt qui
Paulum (dum peregrinabatur) sunt comitati.
30 Ad populum verò Paulum prodire volentem,
Discipuli non permiserunt. 31 Ex Asiarchis
Quidam tum verò (quandò essent eius amici,)
Miserunt ad eum, nè se daret inq; theatrum,
Obsecraverunt. 32 Aliud clamare alij, ergò,
Existebat enim confusa ea concio cœtûs.
Ignorantes quùm siquidem pleriq; fuerunt
Cur convenissent. 33 Ex turbâ denique quidam
Produxere at Alexandrum, impellentibus illum
Iudæis. At Alexander manu vt esse silentes
Vellent, quum peteret; causam qui nempe volebat
Dicere apud populum. 34 Verùm quandò esse sciebant
Iudæum; vox est abs omnibus vna *profecta*,
Continuata ad penè duas clamantibus horas;

*gregatis.

Magna

Magna Diana Ephesinorum. 35 Turbâq; repressâ;
Scriba, Viri, (dixit,) qui Ephesini estis; Quis is vllus
Est hominûm, qui Ephesinorum sit nescius vrbem
Æditųam esse Deæ magnæ *quæ est ipsa* Diana,
Esseq; cultricem *simulachri* de Iove lapsi?
36 Quùm contradici non (ergò possiet istis;
Vos vt propterea sedati sitis oportet,
Et minimè quicquam faciatis præcipitanter.
37 Hos homines namq; adduxistis, nec tamen illos
Sacrilegos, nec contrà vestram verba loquutos
Blasphema esse Deam. 38 Quod si Demetrius, hique
Artifices secum qui sunt, adversus habent quid
Causæ aliquem; fora agunt, Proconsulis officium sunt
Qui exercent, in ius alios alijq; vocanto.
39 At de alijs rebus si porrò requiritis ecquid;
Illud legitimô conventû diribeatur.
40 Quum siquidem poteritq; creari exinde peric'lum,
Nè si quandò rei fiamus seditionis
Quæ facta est hodie: quùm subsit causa nec vlla
Ob quam reddere nos rationem possumus huius
Concursûs. Cœtum dictis dimisit & istis.

CAPUT. XX.

Prædicat in Troade, est vbi redditus Eutichus indeq;
Miletum Seniores convocat; erat ibidem.

POsteaquam verò cessaverat iste tumultus,
Ad se discipulos Paulus tum quandò vocasset,
Complexusq; esset, discessit, abiret in oras
Vt Macedûm. 2 Quùm partes illas sed paragrasset,
Hortatusq; illos multo sermone fuisset;
Græciam adivit. 3 Menses tresq; moratus ibidem,
Insidiæ factæ à Iudæis quandò fuissent,

In Syriam tum provecturo navigiô ipsi,
Per fines Macedûm decrevit velle reverti.
4 Vsq; Asiam comes extitit autem Sopater illi
Berrhœensis; Aristarchus quoque Thessalonicâ
Ortus, itemq; Secundus, Derbæus quoq; Gaius,
Timotheüsq;. 5 Atqui Tichicus Trophimusq; Asiani;
Expectarunt nos Troade isti, quandò præissent.
6 Sed transulcantes fuimus nos inde Philippis,
Postquam desivere dies quibus Azyma tantùm
Estur, tunc Troadem spacium cis quinque dierum
Venimus atque ad eos, vbi septem *deinde* diebus
* Mansimus. 7 Hebdomadis die at ipsô deniq; primô,
* Discipuli quùm convenissent frangere panem,
(Quum discessurus Paulus die eratq; sequenti;)
Disseruit, sermonem protendebat & vsq;
In mediam noctem. 8 Multæq; fuere lucernę
In cœnaculô vbi tum convenére frequentes.
9 Porrò sedens adolescens quidam (nomine dictus
Eutichus) innitendo fenestrę, quandò profundô
Esset demersus somnô, (quùm disseruisset
Atque diû Paulus,) deturbatus magè somnô,
Contiguatû è ternô decidit inde deorsùm
Cœnacli illius; sublatus mortuus estq;.
10 Ad quem verò Paulus quùm descenderat; illi
Incubuit, complexus (ne turbemini) & inquit;
Namq; anima eius in ipsô existit. 11 Proptereaq;
Quando ascendisset, fregisset deniq; panem,
Atque cibum sumpsisset, colloquiumq; habuisset
Quandò diû, *lucem quoadusq;, profectus ita ibat.
12 Apportaverunt vivum puerumq; reductum,
Et recreati sunt solamine non mediocri.
13 Ad navem nos atqui verò progredientes,
Illinc navigiô provecti, solvimus Asson,
Paulum suscepturi in navem rursus ibidem.
Sic quia mandarat, per terram iter ipse pedester
Facturus. 14 Iungens sed nobis semet in Asson;
Assumptô rursus (Mitilénen venimus) illô.

* *egimus.*

In vetteri communi **Essemus panem fracturi quando coacti.*

* *diluculum adusque ita* deinde *recessit.*

15 Illinc

15 Illinc navigiô pervenimus atque sequenti
Inde die, è regione Chij die at inde sequenti
Appulimus Samum, at hinc Trogyllij *ibiq; morantes,
Quùm diversati fueramus; luce sequenti
Milétum veniebamus. 16 Decreverat id quòd
Paulus, sese Ephesum præter navi esse vehendum,
In *regione* Asiæ sibi nè contingeret ecquid,
Quô tempus tereret. Festinabundus agebat
Ipsâ quippe die, (fieri istud si modò posset)
Vt Pentecostes Solymitanâ esset in vrbe.
17 A Miletô Ephesum mittens, tum porro vocavit
Ad se Presbyteros qui Ecclesię *erant.* 18 At ijdem
Quandò venissent ad eum; dicebat ad illos;
Non est ignotum vobis, dię ab *incipiente*
Primâ, Asiam quâ ingressus sum, me quo modò gessi,
Vnà vobiscum *vivens* per tempus id omne.
19 Inservire Deo satagendo, modestiâ in omni,
Et multis lachrymis, tentaminibusq; *subactis*,
Quę mihi (Iudæi quando essent) insidiati
Evenerunt. 20 Vt nil subterfugerim eorum,
Quæ *vobis* *sint conducentia, quò-minus illa
Non declararem vobis, vos atque docerem
Publicè, itemq; domatim. 21 Dum sim testificatus
Iudæis simul & Græcis, conversio *quænam*
Sit facienda Deo, *quæ* sit retinenda fidesq;
In Dominum nostrû Iesum Christum. 22 Sed &(ecce,)
Spiritû ego proficiscens sum, pergendo ligatus,
Ad Solymorum vrbem; tamen obventura in eâdem
Quę mihi sunt, ignorans sum. 23 Nisi Spiritus Almus
Quòd quascunq; per vrbes, dicens, testificatur,
Vincula me simul & pressuras esse manentes.
24 Atqui commoveor ratione ego nullius horum,
Ipsi nec mea vita vel ipsamet est mihi cara,
Vt cursum peragendo meum, cum gaudio ovarem,
Quodq; ministerium percepi, *absolvere possim*,
A Dominô Iesû acceptum, quò testificarer
Ipse Evangelium Divinæ gratiæ. 25 Et ecce,

* *itemque manentes,*

* *conducere possint,*

Nunc etiam cognosco, vos non amplius vllos
Esse meam faciem visuros, omnibus ex his
Inter vos, narrando Dei regnum quibus ipse
(Dum transirem) declaravi. 26 Vos hodiernò
Ergò die contestor, me esse à sanguine purum
Omnium. 27 Vt is qui haud subterfugi, quo-minus ipse
Consilium omne Dei vobis narrare studerem.
28 Idcircò, vobis attenti estote, gregiq;
Toti, constituit vos in quô Spiritus Almus,
Hùc, vt sitis Episcopi habendi, Ecclesiam vt ipsam
Compascendo Dei regeretis, quam propriô eius
Acquisivit sanguine. 29 Quippe quòd est mihi notum,
Esse lupos sævos inter vos * ingrediendos,
Qui gregi erunt minimè parcentes: 30 Exoriendos
Ex vobis ipsis, & qui perversa loquentur,
Vt sibi discipulos satagent abducere post se.
31 Invigilate igitur, memores me nocte dieq;
Nequaquam spacium cessasse trienne quousque,
Vestrûm cum lachrymis vnumquemcunq; monere.
32 Insimul & commendo Deo vos nunc quoq; fratres,
Gratiæ & ipsiûs sermoni; qui potis ipse est
Vos superædificare, dare & quòd possideatis
Iure frui hæredûm, cunctis cum sanctificatis.
33 Nullius argentum, seu aurum, vestemve cupivi.
Vsibus immò meis, qui mecum sunt & eorum,
Hasce ministravisse manus, cognoscitis ipsi.
Omnia vobis ostendebam, sic quòd oportet
Esse laborantes, infirmos suscipiendo;
Verborum Domini Iesû & meminisse, quòd ipse
Dixerit; Est potius dare, quam acceptare beatum.
36 Deinde suis genibus positis, quùm dixerat ista;
Omnibus oravit cum illis. 37 Sed fletus obortus
Omnibus est magnus, Pauli in collumq; ruentes
Oscula figebant illi. 38 Cruciante dolore,
Præcipuè propter verbum quod dixerat, illos
Non eius faciem visuros amplius esse:
Quem simul ad navem sunt deducendo sequúti.

ingressuros, vel intraturos.

1. Cor. 4. 12
1. thess. 2. 9
2. thes. 3. 8.

CAPVT.

CAPVT. XXI.

Orant ad littus, confluentia in æde Philippi;
Paulus quæ in Templo evasit q; pericula in vrbe.

QVum sedenim-vero provecti, essemus ab illis
Avulsi; sulcando Coüm devenimus *illinc*
Rectô cursû: porrò Rhodum die & inde sequente,
Illinc & Pataram. 2 Simul atque ibi comperientes
Navigium, fuerat quod transulcare paratum,
In Phœnícen; conscendentes vela dabamus.
3 Cyprus at ùt nobis cœpit parere; relictâ
Hâcq; à lævâ; transulcavimus in Syriam vsque
Devectiq; Tyrum sumus, illic expositura
Navis onus siquidem fuerat. 4 Permansimus illic
Atque dies septem, tum quandò compereramus
Discipulos, qui Pauló aiebant (Spiritû agente,)
Ad Solymitanam non vt conscenderet vrbem.
5 Illi porrò dies expleti quandò fuissent;
Tunc iter aggressi suscepimus, omnibus vnà
Coniugibus, simul & cum natis (donec eramus
Extrà vrbem) nos illis deducentibus vsque;
Poplitibus flexis in littore deinde precati
Tum sumus. 6 Atq; valere iubentes alter-vtrumque;
Navim ascendimus: in sua sunt illiq; reversi.
7 Nos plenè tandem confectô navigij vsû;)
Deinde Tyrô pervenimus ad Ptolemaïda: fratres
Quùm simul-atq, salutassemus; mansimus vnum
Cum simul hisce diem. 8 Die at inde sequente profecti,
Paulus, cumq; illô nos qui fueramus, euntes,
Cæsaream pervenimus: Ingressiq; Philippi
Ædem, Evangelij cui erat de nomine munus,
(Ex illis septem qui erat vnus) mansimus *ædem*
Nos apud huius. 9 Erant quatuor sed filiæ eidem,
Flore (prophetantes) quæ virgineôq; fuerunt.
10 Quandò dies plures permansissemus & illic;

Quidam descendit de Iudæâ, ipse Propheta
Qui fuit; huic Agabus nomen: 11 Quandò iste sed ad nos
Venisset; Zonam sumpsisset denique Pauli;
Dicebat, (manibus sibi tunc, pedibusq; ligatis,)
Spiritus hæc affatur Sanctus; more ligabunt
Iudæi hôcce virum, zona ad quem pertinet ista,
Ad Solymitanam *tum quandò accesserit* vrbem,
Inq; manus etiam contradent Gentibus illum.
12 Atqui tum verò, quandò hæc audivimus; & nos,
Atque etiam *reliqui* loca qui sunt illa colentes;
Contendebamus precibus, conscenderet vrbem
Nè Solymitanam. 13 Respondit Paulus, at immò;
Quid facitis flentes, cor emollire meumq;
Conantes? Ego non tantummodò namque ligari
Vinc'lis sum Solymis, Quin immò moriq; paratus,
Nomine pro Domini Iesû. 14 Quùm non ideòq;
Assentiretur; dicentes, facta voluntas
Sit Domini, cessando quievimus. 15 Hiq; peracti
Quando dies essent, collectis sarcinulisq;,
Tunc Solymitanam conscendebamus ad urbem.
16 Venerunt *aliqui* verò simul insuper vnà,
Cęsareâ, quendam nobiscum discipulorum;
Secum ducentes, apud hunc sumus hospitio vsi
Cuiusdam Cyprij, Mnasónis *nomine dicti*,
Discipûli antiqui. 17 Pervenissemus ût (ergò)
Ad Solymas; fratres nos excepére libenter.
18 Porrò sequente dié Paulus comitantibus ipsum
Nobis, introitum faciens adeundo Iacobum
Accessit, presentes omnes atque fuerunt
Presbyteri. 19 Quos amplexatus dando salutem;
Ordine proposuit, declarans singula punctìm,
Quę Deus illa ministerio eius fecerat inter
Gentes. 20 Auditis his verò, glorificarunt
Tunc illi Dominum: Dixerunt insuper ipsi;
Spectas (Frater) Iudęorum millia quot sunt,
Qui sunt credentes; Legis sunt æmuli & omnes.
21 Ast audiverunt de te sermone *aliorum

*relato.

Omnes

Omnes Iudęos qui Gentes inter habentur,
Doctrinam te deficiendi à Mose docere,
Dicere teq; suos quòd circumcidere natos
Non debent, non atque secundum vivere ritus.
22 Ergò, quid est? Vtiq; *hoc :* Cœtus cogatur oportet;
Omninò siquidem, quòd nunc adveneris illi
Sunt audituri. 23 Fac quòd tibi dicimus istud;
Ergo; Viri nobis sunt quattuor, hi quoque votô
Sunt obnoxij. 24 Ijs assumptis sanctificator
Vnà cum his, quibus addeq; sumptus, vt *capita illi
Radant; & norint omnes, nihil omnia quòd sunt,
Quę de te famâ accepere; incedere sed te,
Sic etiam, vt legem observes. 25 Ex Gentibus autem
De his qui credentes sunt; scripsimus his, etiamque
Nos decrevimus, observarent nequid eorum,
Vt caveant nisi ab his quæ idolis sacrificantur,
Atque à sanguine, suffocatis à quoque rebus,
Atque à scortatu. 26 Tunc Paulus luce sequente
Hisce viris sumptis, cumq; illis sanctificatus
Est templum ingressus, declarans esse dierum
Expletum numerum, *de ritû* sanctificandi,
Donec prò vnôquôq; illorum oblatio plenè
Facta fuit. 27 Complendi verò quandò fuissent
Deinde dies septeni illi; Iudæi Asiani
In templô quidam, quando ipsum conspiciebant;
Totam turbam conciverunt, atque in eundem
Iniecere manus. 28 Clamando, viri Israëlitæ
Succurratis : homo hic ille est, adversus & ipsum
Qui populum, legemq;, locum qui adversus & istum
Omnes est is vbiq; docens : Græcos adeòq;
Introduxit in hoc templum, qui polluit istum
Atq; locum sanctum. 29 Trophimum namq; ante Ephe-
Intuiti fuerant cum ipsô, quandò esset in vrbe; (sinum
Introductum quem *ducente* fuisse putabant
A Paulô in templum. 30 Commota est vrbs quoq; tota,
Concursus populiq; est factus; deinde prehensum
E templô Paulum traxerunt, mox quoq; clausæ

Supr. 18. 18
num. 16. 18
*caput.

*Sanique fores.

*Ianuę erant. 31 Sed posse necare studentibus illum
Ipsis; nuntiô erat narratum, tota Tribuno
Nempe cohortis, quòd Solymorum turbine mota
Vrbs esset: 32 Momentô in eodem protinus ille
Militibus desumptis, Centurionibus atque
Decurrebat ad illos. Hi quùm porrò Tribunum
Vidissent cum militibus, tunc cædere Paulum
Cessavère. 33 Propinquus factus deinde Tribunus
Apprendebat eum, binis ipsumq; cathenis
Vinciri iussit: Quisnam quærebat & esset?
Et quid fecisset? 34 Clamabant attamen illi
In turbâ, *hoc* aliudq; alij: Quùm nec potis esset
Certi aliquid (confusô præpediente tumultû)
Noscere; deduci iussû mandavit eundem
In castra. 35 Ergò, gradus quùm pervenisset adusque,
Evénit, turbæ vim propter *scilicet* istam
His à militibus portatus vt ipsemet esset.
36 Namq; sequebatur populi illum copia, clamans,
Ipsum tollas. 37 Esset verò quando futurum,
Inducendus vt in castrum Paulus foret; inquit
Ille Tribuno: Numnè licet mihi dicere pauca
Verba tibi? Qui dixit, Græce *dicere* nosti?
38 Annon es tu Ægyptius is, qui ad seditionem
Ante dies istos populum stimulando citasti
Quiq; eduxisti in desertum quattuor illa
Millia, qui sicarij erant? 39 Cui Paulus at inquit;
Ipse quidem Iudęus sum, Tarsensis, ab vrbe,
In Cilicis oris, obscuræ haud conditionis,
Civis. At alloquar vt populum, sine me, rogo tete.
40 In gradibus stans, ergò, (quùm permiserat ille;)
Annuit inde silére manu ad plebemq; silendi
Est attentio magnaq; facta, deinde profatus,
Eloquiô est ad eos Hebræi idiomatis aiens.

Capvt.

Cap. XXII.

Vita & doctrinæ rationem reddit abundam,
Torturam vitat Romanus quippe quod esset.

AVditote viri fratres, patresq; relatam
Coram vobis defendendi quam rationem
Allegaturus pro me sum, tempus ad istud.
2 Quùm verò audissent, Hebræâ hunc esse loquutum
Linguâ ipsis; siluére magis, præbendo quietos
Semet. At inquit *eis*. 3 Iudæus certè ego vir sum;
Prognatus Tarsi Cilicûm, nutritus at hâc in
Vrbe pedes ad Gamaliélis, Legis ad ipsam
Exactam patriæ fuerim qui edoctus amussim,
Fervescente Dei zeli inflammatus amore,
Hoc velut atque die vos omnes insimul estis.
4 Qui hanc insectatus sum sectam mortis adusq;
Extremum, vinclis constringens carceris inq;
Arcta viros simul & mulierclas. 5 Vt mihi testis
Estq; Sacerdotum Princeps, totus sed & ordo
Qui è Senioribus *est*, quibus à *mittentibus ipsis*
Acceptis & Epistolijs quandò vsque Damascum
Ad fratres irem, mecum adducturus & illos
Vinctos, qui fuerant illic, vrbem ad Solymorum,
Vt punirentur: 6 Mihi tunc iter at facienti
Factum est *nempe*: diem mediánam circiter, vt me
Circumfulserit è cœlô lux multa repentè, *&*
Resplendescentis micuit quæ fulguris instar.
7 Inq; solum cecidi, vocem sed & auribus hausi,
Quæ mihi dicebat; Saul, Saul; quid persequeris me?
8 Tunc ego respondi; Domine, ecquis es? Et mihi dixit;
Nazárenus ego sum Iesus, *ipsemet* ille,
Quem tu persequeris. 9 Qui mecum porrò fuerunt,
Conspexere quidem lucem, sed & expavefacti
Existebant; sed non audivere loquentis
~~Eius~~ illius vocem qui me est affatus. 10 Dixi ego verò,

Quid

Quid faciam Domine? At Dominus mihi denique dixit:
Exsurgas, vrbem proficiscitor inq; Damascum,
Et tibi de *rebus* narrabitur omnibus, illìc,
Quæ tibi conficiendę sunt. 11 Quùm nonq; viderem,
Luminis illius præ offusâ luce coruscâ;
Ipse oculis captus, manû eram deductus, ab illis
Qui mecum fuerant; adveni *deinde* Damascum.
12 Ast Ananias, vir quidam pietate secundum
Legem laudatus, testantibus omnibus *illic*,
Iudæis habitantibus. 13 Hic accessit ût ad me;
Astitit, & dixit, Frater Saul, accipe rursus
Visum. Tunc ego eumq; etiam momentô in eôdem
Intûitus sum. 14 Dixit at ipse; Patrûm Deus ille
Nostrorum te designavit, nota voluntas
Illius vt tibi sit, Iustum illum etiamq; videres,
Audires vocem simul atque ipsiûs ab ore.
15 Quippe homines apud omnes quando futurus es ipse,
Quæ vidisti, quæque audisti, testis eorum.
16 Et quid nunc etiam cunctaris? Surgito, sisq;
Baptizatus, & ablue quæ peccata patrasti,
Invocitans nomen Domini, 17 Factum fuit autem,
(Vrbem quùm fuerim Solymorum deinde reversus,
In templô orans,) extrà memet raptus vt essem:
Et simul illum conspectarem, qui mihi dixit,
18 Festina, vrbe atque ex Solymâ velociter exi:
Quandoquidem de me quod testificabere, non sunt
Accepturi. 19 Ego dixi etiamque; Sciunt (Domine) ipsi,
Pertraxisse in carcerem eos me, verberibusq;
Cæsos in Synagogis afflixisse quibusvis
In te credentes. 20 Stephani quùm sanguis & esset
Fusus, martyriô cæsi; tunc astiti & ipse,
Illiûsq; neci consensum præbui, eorum
Et custodivi vestes, qui interficiebant
Ipsum. 21 Tunc *isthic* ad me, Proficiscere, dixit;
Quandoquidem, procul hinc ad Gentes tete ego mittam.
22 Audivere at eum, sermonem donec ad istum,
Porrò suam vocem tunc in sublime levarunt,

Dicentes,

Dicentes, è terrâ *hominem* sustollito talem
Ipsum quandoquidem nequaquam vivere fas est.
23 Vociferantibus autem, proijcientibus illis
Vestes atque suas, & in aëra pulvere iactô;
24 Præcipiebat eum deduci in castra Tribunus
* Iussit & vt flagris inquiri posset in ipsum,
Vt, quâ de causâ clamarent sic in eundem,
Resciret. 25 Sed *ijs* tunc distringentibus ipsum
Cædendum loris; astanti Centurioni,
Romanum (dixit Paulus,) sed & indemnatum,
Cædere numne licet vobis, etiamq; flagellis?
26 Verùm Centurio quandò *hæc* audisset; adibat
Ille Tribunum, declaravit ei, sed &, aiens;
Quid facias, vide-sis: siquidem, Romanus, homo hic est.
27 Accedens tum deinde Tribunus, dixit ad illum;
Tu Romanus an es? mihi dic. Etiam, sed is inquit
28 Responditq; Tribunus; Multâ Summâ ego civem
Istius esse acquisivi vrbis. Paulus at inquit;
Quin immò vero *civis*que existo ego natus.
29 Abscesserunt tunc abs ipsô protinus, ergò,
Ipsum torturi. Timuit simul atque Tribunus
Illum Romanum postquam resciverat esse,
Quòdque ligasset eum. 30 Tum verò luce sequenti
Certum scire volens, de quâ accusatus is esset
Causâ, à Iudæis, è vinc'lis solvit eundem,
Atque Sacerdotes primores semet adire
Demandavit, eorum totum conciliumq;;
Paulum deductum coram sistebat & ipsis.

* *dicti.*

CAPVT. XXIII.

Percutitur; queritur; defenditur vt Pharisæus;
Quem Dominus solatur; abivit Cæsaream illinc.

INtentis verò in Consessum Paulus ocellis,
Ipse (Viri Fratres) consciâ mente bonâ (inquit)

Omni-

Omnimodè quoadusq; diem servivi hodiernum,
Conversans *velut* ante Deum. 2 Tum porrò Ananias
Pontificûm Summus, mandans adstantibus ipsi
Iussit, percuterent ei vt os. 3 Tunc Paulus ad illum
Dicebat; Paries qui externô pictus es albô,
Percussurus, te Deus est. Etiamq; sedes tu,
Iudicium iuxta legem de mené daturus;
Iusseris & contra legem, me percutiendum?
4 Qui verò adstabant dixerunt; Num maledicis
Pontifici-nè Dei Supremo? 5 Paulus at inquit;
Fratres, Pontificem nescivi hunc esse Supremum:
Exod.22.28. Est scriptum quùm namque; Tui convitia ne des
Illi qui est Princeps populi. 6 Quum deniq; Paulus
Atqui tum verò nosset, pars vna quòd esset
Sadducæorum, Pharisæorum sed & alt'ra;
Infr.24.20. Tunc in Consessû clamavit; Ego Phariseus
Exto, (Viri, Fratres,) Pharisæi filius ipse;
Phil.3.5. De spe, quòdq; etiam rursus surrectio fiet
Defunctorum, *nunc* in Iudicium vocor ipse.
7 Hoc sed quando loquutus is esset, seditio orta
Extitit inter eos Pharisæos, inter & illos
Sadducæos: scissio cœtum deniq; solvit.
8 Nam Sadducæi dicunt, non esse futurum,
Quòd de morte solutis est surrectio rursus,
Et quòd non est angelus, & neque spiritus, aiunt:
E contrà verò Pharisæi vtrumq; fatentur.
9 Exhinc magnus erat quocircà clamor obortus.
Quum surrexissent Scribæq;, (ex parte fuerunt
Qui Pharisæorum,) pugnarunt litigiosè:
Nil mali in hoc homine (aientes) invenimus esse:
Quòd si verò spiritus huic est, sive loquutus
Angelus *ecquiscunque*; Deo non esse decebit
Nos refragrantes. 10 Quùm seditioq; suborta
Esset magna, Tribunus (ne vel Paulus ab illis
Discerpi posset) veritus, descendere iussit
Militum *adesse* manum, rapere ipsum de medioq;
Illorum; simul atq; in castra reducere *eundem*.

11 Assistens

11 Assistens sed ei Dominus, tum nocte sequente;
Paule (ait) esto animo fidenti: testificatus
Nam velut es Solymis de me; sic temet oportet
Testificari etiam Romæ. 12 Tum porrò die ortô,
Ex Iudæis quidam conspirando coibant,
Se devoventes, dicentes se nec esuros,
Nec bibituros, donec Paulum morte tulissent.
13 Plures quamq; viri decies quater hiq; fuerunt,
A quibus his diris hæc coniuratio facta est.
14 Deinde Sacerdotum primores & Seniores
Isti adierunt, & dixere, anathematis arctô
Diri sub vinc'lô, nosmet devovimus ipsos,
Non gustaturos omninò *alimenta*, quousque,
Paulum occidamus. 15 Nunc vos idcircò Tribuno,
Esse voluntatem Consessus, significetis,
Cras coram vobis producere vellet vt ipsum,
Ac si vos aliquid cognoscere certius horum,
Quæ *spectant* ad eum, velletis: nosq; priusquam
Ille propinquabit sumus aggrediendo parati
Ipsum interficere. 16 Atquì Pauli quandò sororis
Filius insidias audisset; venit & intrans
In castrum, Paulo narravit. 17 Paulus at vnô
Ad se accersitô de Centurionibus; inquit;
Hunc adolescentem *quò possit* adire Tribunum,
Abduces, habet id quòd namq; annunciet ipsi.
18 Hunc ergò assumptum ducebat adusq; Tribunum,
Atque aiebat; Paulus vinctus me ille rogavit
Accersitum, coram te me ducere *velle*
Hunc adolescentem, dicendum qui tibi quiddam
Defert. 19 Porrò manum *Iuvenis* pre'ndendo Tribunus
Illiûs, (tùm secessissit quando seorsim)
Est percontatus; quid id est mihi declarandum
Tu quod habes? 20 Qui verò dixit; Constituerunt
Iudęi, te velle rogare, educere Paulum,
Cras in consessum, velut exquisitius ecquid
Inquisituri, percontarentur ab ipsô.
21 Tu sed nè assentitor eis, namq; insidiantur

Ipsi

Ipsi ex hisce viri quadraginta amplius, vt qui
Dirò voti anathemate devovêre seipsos,
Manducaturos, bibituros se neque quicquam,
Illum donec adusq; neci dederint: etiamq;
Nunc in præsenti sunt, expectare parati,
A te quid referetur. 22 Tunc idcircò Tribunus
Hunc adolescentem dimisit, quum vetuisset
Effutire illum, quod ei narraverat ista.
* accersitis. 23 Centurionibus * adq; vocatis deinde duobus,
Dixit; Militibus ducentis este parati,
Vsque ad Cæsaream perrecturis: equitesq;
Sint decies septem, *qui* & stipatoribus *aucti*
Hastatis pergant ducentis: tertiâ ab horâ
Noctis. 24 Et vt Iumenta parent, perducere salvum
Impositum Paulum, Fælicem Præsidem adusque;
25 Literulâ scriptâ summam quę continet istam:
26 Claudius excelso Lysias *opto*, Salutem
Fælici, *qui extitit* Præses. 27 Mitto virum istum,
A Iudęis tùm comprensum, quandò futurum
Iam propè erat, fuerit quod ab illis interimendus;
Ipse superveniens *mihi* iunctis militibusq;
* eximi. * Eripui; quod sit Romanus quandò sciebam.
28 Causam scire volens in eum quamq; obijciebant,
Illum Consessum deduxi tunc in eorum
29 Quem super articulis quęrendis legis eorum,
Accusatum comperiebam, nullius autem
Criminis esse reum, dignum vel morte quòd esset,
Aut vinc'lis. 30 Atqui tum verò quandò fuisset
De insidijs contrà hunc hominem mihi significatum,
A Iudęis intentatis; protinus *illum*
Ad te misi: etiamq; accusatoribus eius
Demandavi, vt siquid habent adversus eundem;
Coram te dicanto, Vale. 31 Mandata secundum
Militibus, quę illis fuerant facientibus, ergò,
Assumptus Paulus, deductus in Antipatrida
Nocte fuit. 32 Turmis equitum tum porrò relictis,
Posteriore die (qui iter vna pergere secum
(Deberent

Deberent:) reliqui sunt retrò in castra reversi,
33 Qui quum Cæsaream venissent, Præsidi & istas
Exhibuissent literulas; coram simul illô
Paulum stitére. 34 At Preses legisset ût *illas*;
Percontatus & esset, Quâ provinciâ *is* esset;
Ac cognovisset, Cilicûm regione quòd esset;
35 Auditurus ero te (dixit,) quandò tui adsint
Accusatores presentes. denique iussit,
Asservandus in Herodis Prætoriô vt esset.

Cap. XXIIII.

Paulus Tertullo sese accusante tuetur;
Nummos dum sperat Felix in carcere liquit.

POrrò, Sacerdotûm Princeps (pòst quinque diebus,)
Nempe Ananias, (vnà cum Senioribus, & cum
Oratore etiam Tertullô denique quôdam,)
Descendit; qui comparebant Preside coram,
Declaraturi Paulum quæ adversus *habebant*.
2 Ergò citatô illô, cœpit Tertullus eundem
Accusare, aiens; 3 Multâ *nos* pace potiri
Per te, que & rectè gesta & fœliciter extant,
Hâc in gente; tuâ prudentiâ ea acta fuisse
Prorsus, vbique etiam *nos* (Prestantissime Fœlix)
Hæc agnoscimus, officiô omni gratiam habentes.
4 Porrò, diutius vt te interpellando morari
Ne poterim; peto, te paucis audire, tuôpte
Pro candore equô, nos vt, dignére *loquentes*.
5 Namque virum pestem *nos* hunc invenimus *esse*,
Cunctis qui & moveat Iudæis seditionem,
Orbem per totum, qui est sectæ denique Princeps
Nazôrenorum. 6 Templum tentavit & iste
Velle prophanare: huncq; prehensum, quandò secundum
Legem

Legem nostram Iudicij procedere cursû
Vellemus; Super-adveniens abduxit eundem
E manibus nostris, Lysias qui est ille Tribunus,
Vi magnâ eripiens. 8 Accusatoribus ad te
Ipsiûs iussis accedere, qui potes ipse
Abs illô inquirens cognoscere de omnibus istis
Rebus, de quibus accusamus nosmet eundem.
9 Consensum verò Iudæi etiamq; dederunt,
Qui affirmaverunt isthæc, ita se quòd haberent.
10 Atqui respondit Paulus, (quùm Præses eidem
Innuerat, *pro se* vt loqueretur;) Temet ab annis
Quandoquidem multis cognorim, Præsidis esse
Officio functum, Genti isti; anim'-æquior illa,
Hâc in causâ, quæ mea sunt defensio, dicam.
11 Quùm fieri possis tu certior; haud mihi plures
Præterijsse dies, *exactos*, quam duodenos,
Ex quô Hierosolymam conscenderim, adoraturus.
12 Nec verò in Templô cum quoquam verba loquutus
Disserui, abs ipsis inventus quando fuissem;
Aut vllum turbæ concursum *me* facientem
Invenêre, nec in Synagogis, sed nec in vrbe.
13 Neuve probare queunt, me accusant de quibus illa
Nunc. 14 Hoc confiteor tibi porrò, viam tamen illam
Me, iuxtà, (quam *scilicet* aiunt hæresin *esse*,
Sic Patrio servire Deo; quòd & omnibus illis
Quæ sunt in Lege, & quæ sunt scripta inq; Prophetis,
Sim credens. 15 Speransq; Deo, (quod ij simul ipsi
Exspectant,) quòd morte soluti *à morte* resurgent,
Tam qui iusti, *quam* qui iniusti etiamq; *fuerunt*.
16 Ipse sed intereà, me exerceo, conscia recti
Vt mihi apudq; Deum, mens, atq; homines apud, esset.
Absq; offendiculô semper. 17 Sed pluribus annis
Interiectis, veni Eleemosynis tribuendis,
Genti offerre meæ, simul oblatisq; ferendis.
18 Inter quæ me comperierunt sanctificatum,
In Templô, (minimè cum turbâ, sive tumultû,)
Ex Asiâ quidam Iudæi. 19 Præstò vt adessent,

Quos

Quos & oportebat, coram te, (si quid haberent
Contrà me,) meq; accusare. 20 Vel hi sed & ipsi
Dicant, si quicquam tum demùm comperiêrunt
In me quòd factum est iniustè, quando ego starem
In consessû, 21 Ni de vnâ hâc solummodò voce,
Quâ (stans inter eos) clamavi; Iudicor ipse
A vobis hodie, de hôc, num surrectio rursus
Sit de defunctis. 22 Audisset quandò sed ista;
Distulit hos Fœlix. Postquàm exquisitiùs, (aiens,)
Novero, quæ illa viam spectare *videntur* ad istam,
Tùm quando Lysias descenderit ille Tribunus;
Causam pernoscam vestram. 23 Tunc Centurioni
Vt conservaret Paulum, simulatq; relaxet,
Edixit; nec quemquam de famulantibus ipsi,
(Esse ministerio intendentes, hunc vel adire,)
Vt prohiberet. 24 Post aliquot tamen inde diebus,
Quandò advenisset Fœlix, cum coniuge & eius,
(Quæ Iudæa fuit) Drusillâ; accersijt ad se
Paulum; deq; fide quæ in Christum existit, eundem
Audivit. 25 Quùm dissereret de Iustitiâ autem,
Castâ & temperie, de iudicióq; futurô;
Expavefactus Fœlix, respondebat; Abito
Ad præsens; opportunum quùm tempus at *exhinc*
Nactus ero; te accersam. 26 Sperans insimul illud,
A Paulo sibi nempe pecunia danda quod esset,
Scilicet è vinclis exolvere vellet vt ipsum:
Quâ ductus ratione, accersens sæpius illum
Vnà affatur eum. 27 Completô porrò bienniô
Portium ût accepit Fœlix succedere Festum;
Et quia Iudęis cupiebat gratificari,
In vinclis Paulum Fœlix in carcere liquit.

Cap. XXV.

Succedit Festus, coràm quo provocat ire Cæsaris ante Tribunal. Agryppa audire petivit.

ERgò susceptâ Festus Provinciâ, ab vrbe
Cæsareâ, ascendit triduò pòst in Solymorum
Vrbem. 2 Comparebat eò coramq; Sacerdos
Maximus, ex Iudæis & Primarij, *vt essent*
Adversus Paulum; quem sunt etiamq; precati
3 Obnixi precibus contra illum gratiam inire
Accersitum quem Solymorum mittat ad vrbem,
In via vt insidijs factis occidere possent.
4 Sed Festus respondit, servaretur vt vrbe
Cæsareę Paulus: maturè semet eòq;
Esse profecturum. 5 Qui possunt propterea (inquit)
Inter vos, vnà descendant; si quod in istô
Crimen in hocq; viro est, accusent *ilicet* ipsum.
6 Atqui porrò dies non plures quando decenis
Egerat inter eos, tum descendebat adusq;
Cæsaream: Quum posteriore die inde sequenti
Proq; tribunali sedisset; Iussit vt ad se
Adducant Paulum. 7 Qui quum productus adesset;
Iudæi qui descenderunt è Solymorum
Vrbe, steterunt circà illum, qui crimina multa,
Et gravia adversus Paulum tunc obijciebant,
Quæ sed enimverò non demonstrare valebant:
8 Pro defendendo quùm diceret ipse seipsô;
In Iudæorum neq; legem, sed neq; templum,
Nec perpetravi quodcunque in Cæsarem iniqui.
9 Festus at immò volens Iudæis gratificari;
Respondens Paulo, Num vis ascendere, dixit,
Ad Solymorum vrbem; te sisti iudicioq;,
His de rebus ibi, coram me? 10 Paulus at inquit;
Cæsaris ad-sto Tribunal, vbi *eius* iudicio *esse*
Memet oportebat *sistendum*. Nil *ego* feci,
Quo nocui omninò Iudæis, vt quoq; pulchrè
Tu nosti. 11 Siquidem si iniuria facta sit vlla

A me; vel feci mortem quodcunque meretur,
Mortem defugio minimè. Sed si nihil horum
Est omninò, de quibus ipse accusor ab istis;
Me donare potest nemo illis: Cęsarem *adire*,
Appello. 12 Festus tum (postquam Concilij vsus
Esset colloquiò;) respondit; Cęsarem *adire*,
Appellasti? Cęsarem adibis. 13 Denique postquam
Porrò dies aliquot dilapsi, prętetijssent;
Rex Agrippa, & Bernice, venere, salutem
Cęsaream, Festo impertiri. 14 Qui simul illic
Quando dies essent plures etiamq; morati;
Exposuit Festus Paulina negotia Regi:
Vir quidam (dicens) est à Fœlice relictus
In vinclis. 15 De quò, (Solymis tum quandò fuissem,)
Coram memet comparentes, significarunt
Inter Pontifices loca qui suprema tenebant,
Et Iudęorum Seniores; qui petierunt
Iudicium *damnandi* adversus eum. 16 Quibus ipse
Respondi; non est Romani moris in vsû,
Vllum condemnare hominem, perdatur vt idem,
Isthic anteà quam (qui est accusatus) haberet
Accusatores pręsentes ante seipsum,
Accipiatq; locum, quò se defendere posset,
Crimine de impositò. 17 Quocircà quùm simul isthùc
His convenissent; * non vlteriora morati
Quandò (sequente die) sedi; adduci ante Tribunal
Iussi hominem. 18 De quo, (Quùm astãtes insimul essent
Accusatores; non vllum crimen eidem
Obiectaverunt, super illis, de quibus ipse
Rebus opinabar. 19 Quędam quæsita at habebant,
(Illa superstitione suâ de *nempe colendâ*,)
Hunc adversus. de defunctò deniq; quòdam
Iesû, affirmabat quem *verò* vivere Paulus.
20 Ast ego de dubijs hærens inquirere rebus
Talibus, ût fuerim; dicebam; Num proficisci
Vrbem Hierosolymam vellet; super his & ibidem
Iudiciò sisti? 21 Tum quandò Paulus at immò,

* *Sive prolatatione quavis.*

21 Appellasset ad Augusti se cognitionem
Servandum; quòd servaretur, præcipiebam,
Donec eòusq; ad Cæsarem eundem mittere possem.
22 Agrippa at verò Festo dicebat; & ipse
Vellem audire hominem. Cras (isthic inquit) at illum
Auditurus eris. 23. Tunc ergo die inde sequenti,
Agrippa & Bernice cum ostentante superbâ
Pompâ venissent permultâ, quùm simul-atq;
Ingressum fecissent auditorij in ædem,
Cumque Tribunis, civibus & primatibus vrbis;
Est adductus Paulus, Festô præcipiente.
24 Tum Festus, Rex Agrippa, (inquit,) quotquot adestis
Omnes atque viri nobiscum; conspicientes
Hunc estis, de quô omnis turba Iehudæorum
Me compellavit, Solymis etiam sed & isthic;
Vociferantes, non debere diutiùs illum
Vivere. 25. Competij quum verò hunc nil ego dignum
Morte quod admisit; sed & appellaverit ipse
Augustum; statui decretô mittere eundem.
26. De quô quid certi, Domino quod scribere possim,
Non habeo. Produxi ad vos quapropter eundem,
Maximè & ad te Rex Agrippa, aliquid quòd haberem,
(Facto examine) quod scribam. 27. Mihi namq; videtur
Absurdum, me vinctum mittere, nec simul eius
Crimina de quibus accusatur significare.

Cap. XXVI.

Paulus suam causam coram defendit Agryppa
Respondit sobriè Festo convitia danti.

AD Paulum, sed Agrippa, tibi permittitur, inquit,
Dicere pro temet. Protensâ tunc manû at eius,
Paulus ait, defendens se: 2. Super omnibus illis
De

De quibus à Iudæis, Rex, accusor, Agrippa,
Quòd sim dicturus causam (me duco beatum)
Coram tete hodiè. 3. Præsertim maximè ob istud
Quòd noscam gnarum te rebus in omnibus esse
Consuetudinibus Iudeos quę inter habentur,
Rebus in his etiam quibus est & quęstio mota:
Obtestor tete memet patienter vt ergo
Exaudire velis. 4. Vitę ergò meę rationem
Quam trans-egi à præteritis Iuvenilibus annis,
Quæq; in gente meâ fuit vrbe Hierósolymorum,
Viq; à principiô; Iudęis omnibus illa
Noscitur. 5. Vt qui me cognorint antè à ab ipsis
Inde meis maioribus, (illi testificantes
Dummodò se perhibere velint) Ego quòd Pharisæus
Viri; Quæ nostræ est exquisitissima secta
Religionis. 6. Nunc promissi spem sed ob eius
A Divino numine nostris patribus olim
Facti, (iuditio subiectus sto.) 7 Duodénæ
Ad quod nostræ instando tribus noctûq; diûq;
Inservire Deo satagentes spe se adituras
Sunt sustentantes. De quâ spe accusor at istis
Iudęis (Rex Agrippa.) 8. Ecquid? An istud apud vos
Iuditiô visum vestrô est incredibile esse,
Quòd Deus excitet hos qui sunt in morte soluti?
9. Certe ego apud me constituebam, nomen Iêsû
Adversus Nazareni multa patrare
Me quòd oportebat contraria. 10. Quod-q; patravi
In Solymitanâ vrbe: Ego multos carceribusq;
Sanctorum clausi. cui abs ipsis estq; potestas
Facta Sacerdotûm primoribus: Atque necati
Quando fuére; tuli suffragium. 11. Et in Synagogis
Omnibus excrucians hos pœnis, sæpe coëgi
Ad blasphemandum, supraq; modum furibundus
Insanivi adversus eos; affligere tendens,
Hos vsque externas sumq; insectatus ad vrbes.
12. Inter quæ, simul & proficiscens inde Damascum
Quandò Sacerdotum tunc à Primoribus ipsis

Sup. 8.3. & 22.

Sup. 9.3. Sup. 9.3.22.9

Facta potestas, procuratio quùmq; fuisset
13 Ipse die medió (Rex) cœlitùs, inter eundum,
Aspexi lucem, splendorem quæ superabat
Ipsiûs solis, quæ circà me vndiq; fulsit
Luce sua, qui mecum & eos fecere iter vnà.
14 Quum nos in terram collapsi essemus & omnes;
Audivi vocem quæ me affabatur, & inquit
Hæbræâ linguâ; Saul, Saul, quid persequeris me?
Est durum contra stimulos tibi calcitrare.
15 Ast ego dixi, Quis Domine es? Sed is inquit, Ego ille
Sum Iesus, quem tu insectaris. 16 Surgito verò,
Inq; pedes consiste tuos: Quùm propter idipsum
Namq; tibi comparui, vt instituam esse ministrum
Te, testemq;, & eorum quæ vidisti, & eorum
In quibus apparebo tibi. 17 * Tete eripiendo
Ex istô populô, simul atq; ex Gentibus, ad quas
Ablégo te nunc. 18 Vt apertos reddere possis
His oculos, ad lucem convertantur vt illi
A tenebris; Sathanæq; potestate, ad Deum, vt *illud*
Accipiant *donum* peccata sua esse remissa.
Et sortem inter sanctificatos, per fidem eandem
Quæ est in me. 19 Quapropter (Rex Agrippa) rebellem
Non me præstiti ei cœlesti apparitioni.
20 His ipsis primùm qui existunt immò Damasci,
Atq; Hierósolymis, regionem deinde per omnem,
Est quæ Iudææ, tum deniq; Gentibus ipsis,
Nuncia promulgavi, vt ij resipiscere possint,
Adq; Deum convertant sese, opera atque patrarent,
Quæ resipiscenti sunt convenientia * vitæ.
21 Istorum causâ Iudæi idcircò, prehensum
In templo me tentaverunt posse necare.
22 Auxiliante Deo verùm servatus, in istum
Vsq; diem persisto hodiernum, testificando
Tum parvo, tum magno, dicens, nil ea præter
Quæ tantummodò prædixere futura Prophetæ,
Ac Moses: 23 Christum passurum nempe fuisse,
Exq; his primùm (qui defuncti à morte resurgent,)

Supr. 22. & 14.

* *menti.*

Huic

Huic populo lucem, nec non quoq; Gentibus esse
Declaraturum. 24 Pro se ista sed excipiente,
Festus magna voce, Insanis (Paule) ait; hæc te
Multæ literæ vt insanâ sis mente propellunt.
25 Ille autem dicebat, Præstantissime Feste,
Non insanio: vera, sed & quæ sobria verba
Sunt hæc eloquor. 26 Id quòd scit Rex *insuper* ista:
Liberè apud quem proloquor hæc: quodcunq; latere
Illum dictorum siquidem non arbitror horum
Omninò; nec in angulò enim * quicquam fuit actum.
27 Credis (Rex Agrippa) Prophetis? Credere te te
Cognovi. 28 Verùm Paulo dicebat Agrippa;
*Christicolam *esse* mihi persuades, *vt* prope fiam.
29 A Deo at optarim, Paulus tunc insuper inquit,
Vt prope totus item, quòd non modò tu, sed & omnes,
Auribus hæc hodie qui percipiunt, fierentq;
Tales, qualis ego sum: vincla sed excipio ista.
30 Quumq; hæc dixisset; surrexit Rex, etiamq;
* Præses, Bernice, assessores cum sed & ipsis.
31 Quum sed & illi secessissent; deindè loquuti
Sunt alijs alij, dicentes; Quòd, neq; morte,
Aut quod sit vinclis dignum, facit hic homo quicquam.
32 Agrippa at Festo dixit; Potis esset homo iste
Dimitti; nisi Cæsarem *adire* quòd apellasset.

* *gestum fuit aliquid.*

Caput XXVII.

Captivi & Pauli devecti, multa pericla
Passi, naufragium pandem petiere Melitam.

QVùm sed in Italiam nos transulcare statutum
Esset; tradebant & Paulum, alios quoq; quosdam,
Centurioni, Iulij *erat qui* nomine *dictus*,
Augustæ *isti* cohortis *erat*. 2 Conscensâ ideòq;

Adramytteni navi, circa loca vecti.
Legimus * Solvimus *ora* Asiæ; nobiscum continuoq;
Mansit Aristarchus, Macedo de Thessalonicâ.
3 Devecti Sidonem porro die sumus al'tra,
Iulius & Paulo tractato humaniter, illi
Permittebat, vt ipse profectus ad eius amicos,
Curaretur ab his. 4 Quum solvissimus at illinc,
Provecti iuxtà Cypri sublegimus *oras*.
Propterea flantes quòd erant contraria venti.
5 Emensi pelagus Cilicûm quòd & adiacet oris
Pamphiliæque, Myrâ Lyciæ devenimus *vrbem*.
6 Nactus Alexandrinam navim Centurióque,
Illic quæ esset, in Italiam * tum traijcienda;
solvere parata. Imponebat nos in eam. 7 Multísq; diebus
Quum præter vecti cursû tardente morati
Iuxtaq; Essemus; *contraq; Gnidum vix velificantes
Devenissimus, ventus quia nos prohibebat,
Appulimus Cretam, Salmonis littora iuxtà.
8 Vix illam præter legentes, venimus illinc,
In locum *ibi* quendam, pulchros quem nomine Portus
Lasæa propinqua. Dicunt, vrbs *sita* cui fuerat* vicina Thalassa.
Ei ipso 9 *Exacta verò permultô tempore; quùmq;
Navita vix totò iam tùm transnaviget æquor,
Absq; periculo; Iûdæis ieiunio *habendo*
Tempus præscriptum fuerat quùm preter & actum:
Scilicet, occasus sub tempore vergiliarum;
10 Paulus, consolanda, viri, inquit, cerno futurum,
Quòd cum iniuria erit, cum multô deniq; damnô,
Non oneris solum, & navis, verum etiam animarum
Nostrarum, nobis hæc transulcatio fiet.
magis 11 Centurio immò gubernatori credidit, atq;
Nauclero navis, plusquàm his quæ dicta fuerunt
A Paulô. 12 Quando insuper esset portus ineptus
Hic ad hybernandum; cœperunt consiliúmq;
Illinc solvendi: tantùm modo si modo possint,
Experturi, se ad Phœnicen perveniendi.
Vtq; ibi hybernarent: Qui est portus Creticus ille,

Brumali qui occasum spectans prospicit Africum
Chorus ab occiduô & se opponit solstitiali.
Quando Notus verò spiramina lenia flasset;
Propositi sese arbitrantes esse tenaces;
Sol verunt, propius prætere, legendo secundùm
Cretam. 14 Non multò sed post, est inde coörtus
Contra nos ventus, qui à tempestate procellæ,
Est Typhonicus, Euroclydon, nomine dictus,
15 Navigium tum verò abreptum quando fuisset;
Nec poterant contrà obnitendo resistere vento;
Nave ferebamur, datâ eisdem flatibus vltrò.
16 Insulam & in parvam quandam (quæ Clauda vocatur)
Quùm cursû delati essemus quivimus ægrè
Recuperare schapham. 17 Quâ subductâ; auxiliorum
Vsi ope, succinctâ navi, tumq; timentes,
Ne fortè inciderent in syrtim; sunt ita lati,
Submissis velis. 18 Quùm tempestate sed acti
Proiectaremur vehementè, onus eijciebant
Posteriore sequente *die*. 19 Terno deinde dieq;
Nos manibus proprijs abiecimus armamenta
Navis. 20 Quùm verò neq; Sol, neq; sydera visa
Vlla fuere dies ad plures, túmq; procella
Non parva impenderet; iam spes omnis adempta
Nostra salutis erat. 21 Quandò sed media multa
Deinde fuisset; Tunc pro stando Paulus eorum
In mediô dixit: Mihi oportuit (O viri) vt ante
Auscultassetis, de Cretâ *non soluisse,
Hanc iniuriam, & hoc damnum, posuisseq; lucro.
22 Nunc sed adhortor vos, animo bono vt esse velitis
Ex vobis siquidem nec erit iactura vel vlla
Cuiusquàm, sed tantùm navis. 23 Nam mihi nocte
Astitit Angelus hacce Dei, sum cuius ego, & cui
Servio, 24 Qui dixit; Nolito Paulè timere;
Timet oportebit quòd sisti Cæsare coram:
En etiamq; Deus tibi condonavit eosdem,
Omnes in navi tecum quotcunq; vehuntur.
Hâc animô ergò bonô ducti ratione, viri, este:

*Euroquilo.

*vix potuimus.

*Obliuisse

*Haud esse profectos.

Credo

Credo namq; Deo, fore sic veluti mihi dixit.
26 Insulam at incidere immò in quandã nos met oportet.
27 Sed quartâ-decimâ post, nocte superveniente,
Quùm sed & Adriaco iactati essemus in altô;
Nautæ arbitrati mediâ sub nocte fuerunt,
His aliquam regionem comparére propinquam.
28 Qui bolidem quoq; dimittentes, comperierunt
Viginti passus; progressi deinde pusillum;
Dimissâ bolide & rursùm; tùm comperiére
Quindenos passus. 29 Simul atq; *omnes* timentes,
Inciderent ne fortè modò loca in aspera quôquam;
Postquam proiectæ sunt quattuor anchoræ ab ipsis;
Orturi lucem tunc optavere diei.
30 Quum fugere è navi sed nautæ posse studerent;
Atq; scapham quum dimisissent in mare, tanquam
(Prætexentes) extendantur vt anchoræ ab illis
E prorâ, 31 Dicebat Paulus Centurioni,
Et quoq; militibus; Minimè vos esse potestis
Salvi, in navigio si non sunt hiq; manentes.
Et tum deinde scaphæ *navi* restando fuerunt
Abscissi funes à militibus, sed & illam
Hi patiuntur vt excideret. 33 Quando intereàq;
* Cœpit comparere dies; vescantur vt omnes
Hortatur Paulus; dicens; Est iste decénus
Quartus itemq; dies, ex quô expectando manetis
Ieiuni, nihil accipientes vsq; *ciborum*.
34 Propterea ergo cibum vos vt sumatis adhortor;
Ad vestram spectat nimirùm quandò salutem:
Quippe quòd omninò crinis non excidet vlli
De capite ex vobis. 35 Quandò dixisset & ista;
Atq; accepisset panem, grates etiamq;
Egisset Deo, & omnibus aspicientibus ipsis
Fregisset; tum cœpit manducare. 36 Sed omnes
Quando recepissent animumq; bonum, simul ipsi
Vnà sumpserunt etiamq; cibum. 37 Fuimusq;
Omnes ducentæ, decies sepemq; animarum,
Et sex, in navi. 38 Satiati deinde cibôque;

In

In mare frumentum iacientes, alleviabant
Navim. 39 Porrò dies exortus quando fuisset;
Non agnoscentes quæ terra erat illa fuére:
Quendam anim-advertére sinum, qui littus habebat, * [illegible]
In quem consilium cœpere * impellere navim
Si possent. 40 Sublatæ quùm simul anchoræ & essent; * navim,
* Sese permisere mari, laxando simulq;
Vinc'la gubernaculorum quæ constricta fuerunt:
Antennæ magnum velumq; attolere tentant,
Ad venti flatum, tendentes littus adire.
41 In bimaremq; locum quùm verò forté dedissent;
Navem impegerunt: prora atq; infixa manebat
Immota illa quidem; puppis violenter at vndis,
Vi maris exagitantis fracta; soluta fathiscit.
42 Militûm erat sed consilium, se occidere velle
Vinctos, ne quisquam (quandò enatasset,) ab ipsis
Aufugeret. 43 Sed Centurio servare volebat
Qui Paulum, prohibebat eos à consiliô illô.
Jussit eos quibus esset & enatare facultas; * abiicerent,
Fluctibus * abijcerent se primos applicituros
In terram, quò evadere possent. 44 * Cæteri at immò
In tabulis partìm, partìm navisq; quibusdam
Relliquijs in fragmentorum: sic quoque factum est,
Omnes in terram salvá evasisse salute.

Cap. XXVIII.

Comiter excepti: reiecta est vipera in ignem:
Publij item pater est curatus. Roma & aditur.

QVumq; evasissent; tunc agnovére vocari
Insulam eam Melitam. 2 Præstabant barbari at illi
Humanum nobis affectum commiserandi
Non vulgarem. Namq; pyram succendere *prompti*
Igne focillantes nos omnes accipiebant,

Imbrem

Imbrem propter nos vrgentem, propter & *algens*
Frigus. 3 Sarmentorum Paulus nonnihil autem
Quum converrisset, sed et imposuisset in ignem;
Vipera proreptans (evitabunda calorem)
Illius invadendo manum insiliebat in ipsam.
4 Barbari at sic manû ab eius dependere videbant
Bestiam eam; dixere alijs alij altervtrinq;
Omnino est homicida vir isthic vivere quem non
Vltio permisit, servatum de mari eundem.
5 Attamen ille quidem (decussâ bestiâ in ignem)
Est passus nihil *indè* mali. 6 Quantum libet illi
Expectaverunt inflatus quandò tumeret,
Conciderετvè repentè mortuus: His diù at illum
Expectantibus, atq; videntibus hinc nihil inde
Accessisse mali; mutati, quòd Deus esset,
Affirmarunt. 7 Porrò locum tum circiter illum
Cuidam prædia erant primario in Insulâ eâdem,
Qui fuit appellatus Publius, isq; benignô
Hospitiô triduanô nos excepit amicè.
8 Factum est autem, Publij vt huius qui pater esset,
Febribus is, dysenteriâ morbôq; laborans,
Decumbebat; ad hunc ingressus Paulus adivit,
Atq; precatus, ei manibus sanavit eundem
Impositis. 9 Hoc factô ergô; reliqui simul illi,
Detenti fuerant qui morbis insulâ in illâ;
Accessere ad eum, sanati sunt & ijdem:
10 Nosmet honorarunt multis & honoribus illi,
Quęsed & vsui erant abeuntibus imposuerunt.
11 Tum post tres menses, provecti, solvimus illinc
Navi in Alexandrinâ, quæ transegit hyberna,
Insulâ in hâc, cui insigne fuit Gemini à Iove nati
12 Atq; Syracusas devecti, mansimus illic
Per triduum. 13 Circumq; legentes venimus indè
Rhegium. Et vnô deinde die post, flasset sic Auster,
Putteolos advenimus vrbem luce sequenti.
Compertis vbi fratribus, illic quandò rogati
Velle manere sumus; septem quodusq; dierum

Mansimus

Mansimus inter eos spacium : sic deniq; Romam
Venimus. 15 Et fratres de nostris rebus ût exhinc
Audissent, nobis prodibant, obvij euntes, :
Appij adusq; forum, tres insimul vsq; tabernas :
Quos quùm vidisset Paulus, grates Deo ût egit;
Assumpsit fiduciam. 16 At illinc ingredientes
Romam ; exercituùm Præfecto tradidit iste
Centurio vinctos : Permisso Paulo erat autem
Solus vt ipse habitaret cum custode seorsim
Milite. 17 Sed factum est tribus actis inde diebus,
Vt Iudæorum sibi compellaret adesse
Primores Paulus, tùm convenientibus illis;
Dixit eis; ego quandò viri fratres nihil egi
Adversus populum, patrios vel *deniq;* ritus;
Ipse manus in Romanorum (vincula passus)
Traditus in Solymâ vrbe fui. 18 Qui (examen habentes
De me;) quòd nullum crimen capitale sit in me;
Illi propterea me dimisisse volebant.
19 Ipsis Iudeis contradicentibus autem ;
Impulsus sum Cæsaris appellare *tribunal.*
Non *tamen* accusare meam gentem quòd haberem
De re quâquam. 20 Causam vos quapropter ob istam
Hùc compellavi, vt videam vos, alloquererque :
Israelis propter spem circundatus vt qui
Hâcce cathenâ sum. 21 Dixerunt hj sed ad illum;
De te literulas neq; nos accepimus vllas;
Adveniens quisquàm de Iudæâ neq; fratrum,
De te quicquàm declaravit, sive loquutus
Est quodcunq; mali. 22 Dignum censemus at immò
Audire ex te, quæ sentis; notum quia nobis
Est hâc de sectâ, quòd ei sit vbiq; locorum
Contradictum. 23 Quùm sed eidem constituissent;
Assignare diem ; venerunt plurimi ad ipsum
Eius in hospitium : qui testificando professus
Exponebat eis regnum Dei *in hoc* vt Iesû
De Christo quæ sunt, suadendo *doceret* eosdem.
Lege ex Moses, itemq; Prophetis, vesperam adusq;

Abs

Abs aurorâ. 24 Assensi sunt aliiq; proindè,
His quæ dicta fuere: alij veruntamen illis
Non credebant. 25 Quum discordes atq; fuissent
Inter sese-ipsos; digressi sunt, simul-atq;
Hoc verbum Paulus dixisset: Quòd benè Sanctus
Dixit Spiritus, (Esaiâ referente Prophetâ;)
Ad patres nostros; 26 Vade (aiens) ad populum istum,
Et dic; Aure audituri estis, sed tamen illa
Non intellectû *quæ auditis* percipietis:
Atq; videbitis illa videntes, quæ neq; *mente*
Perspicietis. 27 Crassum quandò cor populi huius
Est factum, graviter sed & auribus audiverunt:
Atq; suos oculos clauserunt, cernere posse
Nolle oculis, vel vt amplius auscultare valerent,
Et cordi foret intellectus percipiendi,
Et sese convertant, ipsos denique sanem.
28 Quapropter, notum sit vobis, gentibus ipsis
Ista salutaris quòd namq; redemptio missa est.
* Hos sed & audituros esse. 29 Hæc fatus ut esset;
Tunc * exiverunt Iudæi, interq; se ipsos
Plurima habebatur de his disceptatio rebus.
30 Mansit at in propriô conductô deinde bienni
Paulus totô, omnes atq; excipiebat, ad ipsum
Qui ingressi fuerant. 31 De promulgando Dei ipsis
Regnum quæ Domini de Iesu sunt, & docendo
Christô, *coniunctâ* cum libertate loquendi
Confidenti omni, prohibebat deniq; nemo.

Esa.6.9. mat.13.14. mar.4.12. luc.8.10. Ioh.12.40 rom.11.8.

EPISTO-

EPISTOLA APOSTOLI PAVLI AD ROMANOS.

Cap. I.

Munus Apostolicum sortitus, quàm petat ipsos;
Fœde sunt Gentes contempto Numine lapsi.

PAulus Iesu Christi servus, Apostolus, *ut qui* — Act.13.2.
Numinis *exitio* Divini *sorte* vocatus,
Promulgare Dei *quæ sunt ea* nuncia læta — Deut.18.15. act.3.21.
Selectim positus; 2 Quæ *olim* promiserat ante
Illa in Scripturis sanctis per *nempe* Prophetas
Ipse suos; 3 Ejus de Natô ex semine factô
Davidis iuxtà carnem. 4 Qui Filius idem
Esse Dei manifestatus virtute potenti
Est per Spiritum eum, à quô Sanctificatio manat
Ex *illô*, *quod* ab his qui morte fuere soluti
Ille resurrexit, Dominus *qui est* noster Iesus
Christus. 5 Per quem gratiam Apostolicū quoq; munus
Nosmet in obsequium fidei percepimus, omnes
Ipsas inter Gentes, ejus nominis ergô.
6 Inter quas etiam vos insimul estis *habendi*,
Estis qui à Iesu Christô *quotcunq;* vocati,
7 *Vobis* existentibus in Româ omnibus, estis — 1.Cor.1.3. gal.1.3. 2.tim.1.2.
Qui complexi in amore Dei, sanctiq; vocati;
Gratia vobis, pax à nostrô Patre Deoq;,

Et

Et Domino Iesu Christo. 8 Grates ago primum
Huic equidem mihi qui Deus est, per Iesum Christum,
Vobis de omnibus, id quòd totum vestra per orbem
Divulgata fides existit. 9 Nam mihi testis
Est Deus ipse, me cui inservio Spiritu in eius
Nati Evangelio, intervallo temporis absq;
Vestri quòd fuerim memor. 10 Omnibus vsq; rogando
In factis à me precibus, si aliquando facultas
Sit tandem me quòq; modo (divina voluntas
Dum permittat) iter succesu prosper habere,
Ad vos vt veniam. 11 Desidero namq; videre
Vos, aliquod vobis largiri spirituale
Donum, vos vt * confirmatos reddere possim.
12 Hoc est, in vobis commune ad percipiendum
(Altervtrunq; cohortando) solamen vtrinq;
Confirmare fidem coniunctim mutuò eandem,
Tum simul atq; fidem vestram, tum deinde meamq;.
13 Nequaquàm (fratres) volo vos veruntamen esse
Ignaros, siquidem me sæpius instituisse
Velle venire ad vos, sed adhuc tamen impediebar
A fructu quòvis ita quòd prohiberer habendo
Inter vos, itidem Gentes reliquas velut inter.
14 Et Græcis, & Barbarici de Gente professis,
Sum, sapientibus, insipientibus insimul vnà
Debitor. 15 Ergò quòd *est* in me, mihi prompta voluntas
Est, Evangelium vobis qui estis quoq; Romæ
Vt declararem. 16 Nec enim me dispudet ipsum
Christi Evangelium *proferre*, potentia constet
Quando Dei, credenti cuivis cunque, saluti,
Ante omnes; primùm Iudæo, tum quoq; Græco.
17 Iustitia est quia facta Dei manifesta per illud,
Ex fide in vsq; fidem, conscriptum sicut habetur.
Porro fide vitam quicunq; est iustus habebit,
18 Ira Dei siquidem de cœlo fit super omni
Impietate hominum *cum* iniustitiâque, retecta,
Quippe Dei retinent quòd verum constat, iniquè.
19 Divino siquidem notum quòd Numine constet,

Infr. 15. 23
* Confirmatos.
1 Cor. 1. 18.
Habac. 2. 4.
Gal. 3. 11.
Hebr. 10. 38.

Illud

Illud idem manifesta luce patescit in illis;
Quandoquidem Deus his manifestum reddidit illud.
20 Eius enim quæ non poterant manifesta videri,
(Dum tamen ex rebus sunt intellecta creatis,)
Rebus ab his quæ condita sunt conspecta sciuntur;
Ipsa potentia, quæ est æterna *videlicet* eius
Et divina essentia, ad hoc, (quocúnq; remotô
Effugio,) vt non excusentur: 21 Quippe quòd ipsum
Quando Deum norint, Deum ij non glorificarunt
Sicut *oportuit*, aut se gratos exhibuerunt.
Immò suis ratiocinijs in mente repostis,
Effecti prorsus sunt vani, cor & eorum
Desipiens *caligine cæca* est obtenebratum.
22 Qui quùm se fuerint sapientes esse professi;
Mere se stultos effectos esse *probabant*.
23 Atq; Dei corrumpi gloria nescia, ab illis
In formæ effigiem quæ est efformata figuræ,
Acsi hominis, (qui corruptelæ obnoxius extat)
Commutabatur, volucrum quóq;, quadrupedûmque;
Reptiliumq;. 24 Deus quapropter tradidit illos
Cordium in ipsorum desideria vsq;* suorum,
Ad pollutam spurcitiem, sua corpora vt ipsi
Inter se fœdè miscentes commacularent:
25 Quippe, Dei verum quùm transmutare studerent,
In commenticium quiddam, res inq; creatas;
Et coluerunt, serviverunt & magis illis,
Quàm *coluere, aut serviverunt cuncta* creanti;
(Qui benedictus in *omnibus* est ætatibus; Amen.)
26 Propterea, *duci* fœdis affectibus illos
Tradidit ipse Deus. Namq; vsum fœminæ eorum
Mutaverunt naturalem, prorsus in illum,
Est qui naturam contra. 27 Pariterque relicto
Fœminę item naturali vsu, masculi eorum
Exarsere suâ flagrando libidine turpi,
Mixti alijs alij, maribúsque marésque nephandè
Turpia patrantes, mercedem percipientes
Exq; errore suô quam percipisse decebat

Ephe.4.18.

Sap.12.24.

**cupita*

In sese meritos. 28 Et sicut in agnitione,
Proponendo Deum, sibi non retinere probarunt;
Sic Deus in mentem perversam tradidit ipsos:
Isthæc vt facerent quę convenientia non sunt.
29 Quùm fuerint iniustitiâ quâcunq; repleti,
Cuiusvis generis, vitiorum gurgite mersi;
Scortatû, improbitate, & avaritiâ, invidiæ æstû
Pleni, cæde, protervis rixis, fraude, malignâ
Mente: 30 Susurrones, mala deblaterando loquentes,
Numinis osores, spargentes probra, superbi,
Gloriola-tumidi, mala quæ sunt invenientes;
Qui nec obeditum præstare parentibus vllum
Curant: 31 Qui sunt desipientes, fœdera frangunt,
Qui non sunt moti naturæ affectibus vllis,
Nulla resarcitur quibus implacabilis ira,
Sensus compassû quibus haud miserante movetur.
32 Qui ius quando Dei cognorint, *nempe* quod illi
Talia qui faciunt, sunt digni morte *teneri*;
Isthęc non ipsi solummodò sunt facientes;
Applaudunt immò verò facientibus ista.

Cap. II.

Terret Hypocriticos, consolaturq; fideles,
Omnes convincens naturâ & lege reatus.

O Homo, propterea es non excusabilis omnis
Condemnans alios; hôc ipso namq; quòd altrum,
Tu sis condemnans, condemnas ipse teipsum,
Condemnans *alios*, eadem quia *tu* facis ipse.
2 Iudicium quùm námq; Dei cognoscimus esse,
Illos adversus faciunt qui talia, iuxtà
Mat.7.12 Verum *iudicij censum*: 3 Num rere sed istud,
1.Cor.4.5. (O homo, qui damnas illos qui talia præstant,

Et

Et præstas eadem, te posse evadere tandem,
Iudicium fugiendo Dei? 4 Bonitatis an eius
Numquid divitias, etiam tolerantiæ & *eius*,
Longanimæ patientiæ item contemnis an *eius*?
Ignorans, bonitate Dei deduceris vt qui,
Ad resipiscendum? 5 Pro duritiâ immò tuâpte
Et pro corde, quod omninò resipiscere nescit, *Iac.5.3.*
Accumulando tibi thesaurum colligis iræ,
Vltimum in vsq; diem *venturum vindicis* iræ,
Iusti iuditijq; Dei, tùm quandò patebit;
Ipsum qui iuxta opera 6 vnicuiq; rependet,
7 His equidem qui sunt animô constante manentes, *Psal.61.13.*
(Quandò operis boni ijdem gloriam, & honorem, & *ha-* *Mat.16.27.*
Incorruptibilem perquisivere *coronam*;) (*bendam* *Apoc.22.12*
Æternam vitam: 8 Rixosis imò sed ipsis,
Et qui doctrinæ veræ parêre recusant;
Ast iniustitiæ satagunt submittere semet;
Redditur cunctis excandescentia, & ira.
9 *Namq;* afflictio, *erit* q; angustia, *tùm* super omni
Pravum operante humanâ animâ, tum primitus ipsi
Iudæo *fiat*, *seu fiat* deniq; Græco.
10 Gloria verò, & honos, & pax cuicunq; patranti
Quod bonum *erit* Iudæo primùm, tum quoq; Græco.
11 Quippe Deo coram personæ acceptio non est.
Quandoquidem, quotquot peccaverunt sine lege;
Hj demum rursus perituri sunt sine lege.
In lege & quotquot peccata fuere patrantes;
12 Iudiciô legis condemnabuntur ijdem. *Deut.10.17*
Non auditores etenim sunt iustificati
13 Legis, *sed* (ante Deum) factores legis habendi
Pro iustis. 14 Nam quùm Gentes legem nec habentes,
Præstant quæ legis sunt naturaliter illa;
Hj qui sunt huiuscemodi, legem nec habentes,
Sunt sibi lex ipsis. 15 Qui scriptum cordibus intus
Esse suis ostendunt legis opus, simul vnà
Conscia dum sibi mens testem se provocat ipsam,
Et raciocinijs tunc accusantibus aut sint

Illi alios alij;seu se excusantibus ipsos;
Est laturus In die eô,quô iudicium Deus * est habiturus
De occultis hominûm,testante Evangelio istô,
Cuius (per Iesum Christum) sum preco vocatus.
17 Ecce vocaris tu Iudæus, es atq; quiescens
In lege,inq; Deo iactas: 18 Nosti simul eius
Infra 9.4. Atq; voluntatem,discernisq; vtiliora,
Instrueris dum lege. 19 Ducem confidis & esse
His te qui capti sunt lumine; lumen eorum
Qui sunt in tenebris; 20 Informantem insipientes,
Præceptorem infantûm,cognitionis habentem,
Et veræ formam doctrinæ in lege *relatam.*
21 Ergò,docens alium doceas non ipse teipsum?
Qui non furandum,declamas *voce loquaci*;
Eripis in furto? 22 Qui (non mœchabere) dicis;
Scorta colis? Qui detestanda Idola fateris,
Numquid sacrilegum satagis committere furtum?
23 Qui de lege *Dei* iactas, dum transgrediaris
Legem *tuae* Deo probrosum dedecus infers?
Esa.52.5. 24 Quippe,Dei nomen per vos traducitur inter
Ezec 36.20 Gentes blasphemè,conscriptum sicut habetur.
25 Vtilis est equidem quia circumcisio,*verùm*
Si *tantùm* legis sis observator amussis:
Quod si transgressor legis fias; ea facta
Tum præputium erit tua circumcisio. 26 Quare,
Si præputium eas quæ legis iustitiæ sunt.
Observaverit; ipsius reputabitur annon
Tum præputium *ei*,esset circumcisio tanquàm?
27 Et præputium idem quod naturaliter extat,
Condemnaturum sit te,legem modò serves
(Qui per literam es,& cui circumcisio præsto est,)
Quum tamen à te legis sit transgressio facta?
28 Namq; nec is Iudæus habendus,qui est in apertô,
Aut in apertô quæ est,*est* circumcisio habenda,
Facta in carne. 29 Sed in secretô absconditus hic *est*
Col.2.11. Iudæus;simul *hac est* circumcisio cordis,

Spiritû

Spiritû inexistens; non *est* in literâ: *&* eius
Laus non *est* humanitùs, *est* Divinitùs autem.

Cap. III.

Iudæus quamvis esset prælatus legis,
Hi tamen vt Gentes (ni gratia adesset) aberrant.

ERgò, Iudęi superest pręstantia quęnam?
Aut, quid circumcisio continet vtilitatis?
2 *Vtilitas est* multa modum *ventura* per omnem,
Quando-quidem quòd eisdem primitus essent
Eloquia ipsa Dei. 3 Quid enim si quandò fuerunt
Quidam haud credentes? Incredulitas an eorum
Est ne fidem potis illa Dei quæ reddat inanem? — *Esa.* 46. 13.
4 Absit. A[illegible]o Deus verax, mendax homo verò
Omnis: vt est scriptum; possis vt iustificatus — 2. *Tim.* 2. 13
In sermonibus esse tuis, & vincere possis — *Ioh.* 3. 33.
Iudicium facientem te quàm iudicet vllus.
5 Quod si quę *in nobis* iniustitia extat iniqua — *Psal.* 116. 11
Nostra, Dei *rectam* commodat iustitiam; Ecquid — *Psal.* 51. 4.
Dicemus? Nunquid Deus est dicendus iniquus;
Ira castigans hominem *(quod dico secundum.)?
6 Absit. Qu[illegible]am alias, Iudex mundi Deus esset?
7 Nam si vera Dei constantia *iustitia eius*
In meô erat mendacio abundans, gloriam in eius:
Tanquàm peccator cur iudicor ipsemet *ergo*
Amplius? 8 At non (sicut de nobis male-dicunt
Quidam blasphemè, velut & nos dicere dicunt)
Quæ mala *sunt ea* committamus, vt *illa* venire
Quæ bona *sunt* poterint? Quorum damnatio iusta est.
9 Ergò quid? *anne istis* pręcellimus? Haud omninò.
Namq; prius tam Iudęos quàm deniq; Gręcos — *Gal.* 3. 22.
Esse sub *imperiô* peccati, evicimus omnes. — *Psal.* 14. 3.
10 Existit sicut scriptum. Iustus quià non est, — *&* 53. 3.

Non omninò vnus. 11 Non est qui intelligat vllus;
Exquisisse Deum, non est quiscunq; repertus.
12 Declinaverunt omnes, vt inutile pondus
Sunt simul effecti: non est qui perpetrat vllum
Sit quodcunq; bonum, non est, nec adusq; vel vnum.
13 Immò sepulchrum *victû* adapertô *est* guttur eorum,
Psal. 5. 10. Falsa suis linguis concinnavere dolosis,
Psa. 140. 3 Aspidis *exitiale* virus labijs sub eorum.
14 Os quorum diris repletur amaritieq;
Psal. 10. 7. 15 Hisce pedes celeres, effundere posse cruorem:
Esa. 59. 7. 16 Queis contritio, eisq; viæ infœlicibus ausis.
Psal. 36. 2. 17 Atq; viam pacis non agnovere. 18 Nec ante
Ipsorum conspectum Numinis est timor *vllus.*
19 Noscimus *hoc* autem, quòd Lex quæcunq; loquatur,
His loquitur qui sunt in lege, os omne quòd esset
Fauce obturatâ, fiatq; obnoxius orbis
Gal. 2. 16. Mundus iuditio divino. 20 Propterea ergò,
Nulla caro ex operûm factis *quæ* lege *iubentur*,
Iustificabitur, in conspectû ipsiûs, ob istud,
Agnitio quoniam peccati lege *vetante*
Exoritur. 21 Nunc atqui verò, sit sine Lege,
Sap. 1. 17. Iustitia *vt* patefacta Dei *sit* testificatû
Ornata à Lege atq; Prophetis. 22 iustitia *inquam*
Scilicet, illa Dei, mediante fide, per Iesum
Christum, credentes in quosvis, & super omnes:
Personæ, aut Gentis, siquidem distinctio non est.
23 Omnes quandoquidem peccarunt, gloriâ & eius
Deficiuntur. 24 Gratis verò iustificantur,
Gratiâ in hâc ipsâ quæ *tota* existit in illô,
Qui est Iesus Christus, nostra ille redemptio factus.
25 Quem Deus vt fieret placando reconciliator,
(Per fidem in ipsius *pro nobis* sanguine *suô*,
Proponebat; iustitiam demonstret vt eius.
Vt peccata remittantur quæ præterierunt,
Sustentante Deô *longa* tolerantiâ in eius.
26 Ad demonstrandam præsenti tempore *nostrô*,
Eius iustitiam, iustus sit vt ipse *probandus*,

Illum

Illum iustificans etiam, qui est ex fide Iesu.
27 Est vbi quocircà iactantia? Prorsus abacta est.
Per quam legem? Numne operum? Minime: fidei immò
Per legem. 28 Ratiocinio concludimus ergò;
Nempe, fide, sine factis Legis iustificatum
Esse hominem. 29 Num Iudæis solùm Deus? Annon,
Gentibus est etiam? Certe quoq; Gentibus *æquè*
30 Vnus quandoquidem Deus *est* qui iustificabit
Ex fide eos recutitos, circumcisio queis est,
Illos perq; fidem qui sunt præputium habentes.
31 Ergò, fide legem num reddimus vt sit inanis?
Absit. Quin legem stabilitam reddimus immò.

CAP. IIII.

Abrahæ & exemplo, & Dauidis testificatu,
Iustitiam Deus imputat, illa fideq; paratur.

ERgo, quid patrem nostrum dicemus adeptum
Esse Abraham, iuxtà carnem? 2 Si namq; Abraha-
Extitit ex factis *ipsius* iustificatus; (mus
Est quòd iactet habens; apud immo Deum nec *habebit*.
3 Quid siquidem scriptura profatur? Credidit autem — Gen.15.6.
Abraham Deo, & id reputatum constitit illi — Gal.3.6.
Iustitiæ. 4 Sed enim verò, qui operatur; eidem — Iac.2.23.
Merces non ex gratiâ erit reputata, sed *illi*
Soluitur ex merito. 5 Qui verò non operatur,
Credit in hunc tamen, impius à quo iustificatur;
Ipsa fides sua iustitiæ reputatur *eidem*.
6 Sicut item David pronunciat, esse beatum
Hunc hominem, cui iustitiam Deus imputat absq;
Vlla operum ratione habitâ; (*quùm dixerit istud*;)
7 Fœlices quorum transgressus esse remissos
Constat, & illorum peccata obtecta. 8 Beatus — Psal.32.2.
Vir, Dominus peccatum quùm non imputet illi.

9 Ista beatificatio, solùm num *cadit* ergò, *numq.
In circumcisô, vel in preputium habente?
Dicimus *hoc* etenim, Reputata fides Abrahamo
Est ad iustitiam. 10 Quare quòd erat reputata;
Quomodo *erat*? Tunc quando circumcisus an esset
An preputium habens? Non, circumcisio quando
Ipsi facta fuit; sed erat preputium *habente*.
11 Atq; accepta fuit tum, circumcisio ab illô
Gen. 17. 11. Vt foret hec ipsi, *impressi*, signaculi ad instar
Iusticiæ fidei, quæ erat in præputiô, vt illam
Obsignaret ei; pater vt credentibus esset
Omnibus in præputiô; vt & reputetur eisdem
Iusticia. 12 Et circumcisis fieret Pater, illis
Non solùm quibus est hæc circumcisio *facta*;
Sed simul his sectantur qui vestigia quę sunt
Illius fidei, quæ Abrahæ præputio inclit
Patris nostri. 13 Etenim minimè promissio *est fut*
Illa Abrahæ per legem, aut his de semine *finxi*
Illius *qui sunt*; existeret orbis vt hęres;
Sed per iustitiam fidei. 14 Qui namq; fuerunt
Ex lege, hæredes si *existunt*; prorsus inanis
Tunc est facta fides illa & promissio vana
Redditur; 15 Idcircò, quoniam Lex efficit iram.
Namq; vbi non est Lex, illic transgressio non *est*,
Propterea ex fide *erit ius hoc hęreus*, vt *esset*
Iuxtà gratiam, ea vt promissio sit rata firmè
Toti semini; *id est*, minimè solummodò eidem,
Quod de lege fuit; sed & illi quæ est Abrahami,
Ex *credente* fide, *soboli*; pater ipsemet est qui
Nobis omnibus. 17 *Istud* scriptum sicut habetur;
Gen. 17. 4. Constitui patrem te multis Gentibus *esse*,
Ipsô coram *nempe* Deô, (cui credidit *ille*)
Vtpote qui vitâ defunctos vivificavit;
Et quæ non sunt, tanquam quæ sunt illa vocavit.
18 Hic *Abraham* sub spe contra spem credidit, vt *sic*
Gen. 15. 5. Gentibus existat multis pater ipse, secundum
Id quod erat dictum, Tibi semen sic erit. 19 Ac non
Deficiente

Deficiente fide titubavit, nec reputavit
Esse suum corpus demortuum, vt id prope centum
Annorum fuerit, matricem emortuæ & instar
Effœtam Sarræ. 20 Non ad promissa Deiq;
Diffidentiâ *in istis* addubitavit, at immo
Confortante fide stabilivit robore semet,
Attribuendo Deo *rei agendæ* gloriæ *honorem.*
21 Ac plenô certus persuasû* fidit *in istud;*
Quòd qui promisit, potis esset & efficiendo.
22 Ergo Iusticię reputatum est *istud* eidem.
23 Propter eum verò non est solummodo scriptum,
Quòd reputatum erat huic. 24 Propter nos eti amq;
Vt quibus & reputabitur, his credentibus (*inquam*)
Vere in eum, fecit Dominum qui exsurgere nostrum
A vitâ functis Iesum, 25 Qui traditus ipse est
In mortem, propter peccamina nostra *pianda*,
Atq; resurrexit prò nobis iustificandis.

*Credidit istud.

Caput V.

Hinc fructus fidei, pax, gaudia, spes, patientia,
Hinc Christi meritum peccatum tollit Adami.

Erga idcirco Deum fide habemus iustificati
Nos pacem, Dominum nostrum per Iesum Christum
2 Adducti per quem fuimus quoq; gratiam in istam,
In quâ stamus gloriolantes gloriæ habendæ.
In spem porro Deinatorum. 3 * Sed nec id vnum
Quin etiam pressuris exultamus in ipsis,
Gnari, quod tolerantes esse affiictio reddit.
4 Experientiam at efficit hęc tolerantia, verùm
Experientia spem. 5 Spes non confundit ad ista:
Chara Dei siquidem dilectio spargitur amplè
Cordibus in nostris, per *eum qui est* Spiritus Almus,

Ephe. 2. 2

*Sed neq; solum

Iac. 1. 3.

Qui

Qui datus est nobis. 6 Nam quòd nos tempore nullis,
Viribus essemus, Christus (quum tempus adesset)
Mortuus est propter pollutos impietate.
1.Pet.3.18. 7 Nam vix quis moritur pro iustô: forsitan audet
Propter namq; bonum se aliquis committere morti.
8 Ergà nos Deus immò suum commendat amorem,
Quùm peccatores quòd adhuc essemus *iniqui*,
Mortuus est pro nobis Christus. 9 Proptereaq;
Iustificati nunc ipsiûs sanguine salvi
Inde magis multô per eum reddimur ab irâ,
10 Eius filij enim si morte reconciliati,
Hostes quandò Dei fuimus; multò magis exhinc,
Iam nunc quandò reconciliati existimus; eius
In vitâ ipsâ conservabimur. 11 Id neq; solum
Quin-etiam iactantes exultamus in ipsô
Vsq; Deô, Dominum nostrum per Iesum Christum,
Per quem nunc accepta reconciliatio nostra
Est à nobis. 12 Vt peccatum intravit ab vnô
(Ergo) homine in mundum, per peccatumq; *sequuta*
Est mors; sic & mors homines pervasit in omnes
In quô peccarunt omnes. 13 Nam constitit vsq;
In mundo ad legem peccatum, non erat autem
Id reputatum, quanto nondum tempore lex est.
14 Vsq; sed ad legem, regnavit mors, ab Adamô,
Atq; in eosdem qui non peccavere, perinde
Ac transgressus Adamus erat typus ille futuri.
15 Verùm non offensa velut, sic est quoq; donum.
Nam si multi lapsum sunt vnius ob eius
Occumbentes morte; Dei mage gratia multò,
Et donum, per gratiam *eam*, *quæ* vnius Iesu
Illius est hominis Christi, in plures ex multò,
Fusa redundavit. 16 Nec vt illud, (quando per vnum
Qui tum peccavit;) sic donum: Quippe reatus
Proveniens equidem, *lapsû*, existebat ab vnô,
Ad condemnandum: Quod verò gratificatus
Est *Deus* id donum; multis ex lapsibus illud
Prævaluit, tendens vt iustificatio fiat.

17 Mors

17 Mors etenim per *lapsum* si regnaverit vnum;
Idq; per vnum *hominem labentem*; tum mage multò
Illi illam qui sunt illius gratiæ abundæ,
Et doni *quod* iustitiæ *est* sunt accipientes
Copiam abundantem, regno potientur in *illâ*
Vitâ *qua est* Iesum Christum *donata* per vnum.
18 Nempe igitur, sicut per lapsum vnius in omnes
Vsq; homines, ex iudicio damnante, *reatus*
Venit; sic per iustitiam vnam vnius, in omnes
Vsq; homines, *donum super excrescebat abundè*,
Ipsos ad vitam *nimirum* iustificandos.
19 Sicut enim, quùm non homo obedijt vnicus ille,
Constituebantur multi peccata patrantes:
Sic per obeditûm qui præstabatur ab vnô,
Iusti constituentur multi. 20 Preterea autem,
Ingrediebatur Lex, lapsus vt auctior esset:
Quamprimum verò Lex excrevisset adauctim;
Plus excrescendo super-aucta est gratia *maior*.
Peccatum ad mortem, sicut regnaverat *ante*;
Vt per iustitiam sic & quoq; gratia regnet,
Ad vitam posthæc quæ duratura perennis,
Per Iesum Christum Dominum nostrum vsq; manebit.

Cap. VI.

Mortuus vt in baptismate, servo iustitiaque,
Sic caro Spiritui subdenda est sanctificatâ.

QVid dicturi erimus quocircà? Vt gratia abundet, 1
Auctior, in peccatô minime manebimus? 2 Absit,
Qui sumus huic etenim peccato mortui; in illô
Quomodò adhuc vivemus? 3 An ignoratis, vt omnes
Nos quicunq; in Christum baptizamur Iesum, *Gal.3,27.*

Eius

Eius quòd sumus in mortem baptismate loti?
4 Ergò, sumus pariter *quoq;* per baptisma sepulti
Col.2.12. In mortem secum *nimirum*, quomodo Christus
Vt surrexerit à defunctis, gloriæ vt *illud*
Esset Patris; Sic etiam vitæ in novitate
Nos incedentes simus. 5 Nam cum simul ipsô
Ep.4.22.24 Si complantati coalescentes ei eramus,
Col.2.3. Ipsius morti conformes facti; etiamq;
Heb.12.1. Porrò resurgenti simul assimilabimur ipsi.
1.Pet. 2.1. 6 Istud noscentes, homo noster quòd vetus ille
1.Cor.6. 14 Est cum ipsô crucifixus, corpus destrueretur
2 Tim.2.11 Vt peccati, ne nos inservire velimus
Posthac peccato. 7 Qui namq; est mortuus, idem
A peccato est iustificatus. 8 Mortui at vnà
Quod si cum Christô simus, fore credimus vnà
Cum simul ipsô quòd vivemus. 9 Quippe, scientes
Christus ab his fatô quòd qui occubuere resurgens,
Amplius haud moritur, mors non dominatur eidem
vltrà. 10 Nam quòd mortuus est, est mortuus *ille*
Peccato semel: at quod vivit, vivit idipsum
Ille Deo. 11 Sic vos etiam quoq; colligitote;
Vitâ peccato defunctos vosmet; at immo
E ratione Dei verò vos degere vitam,
Per Christum Iesum Dominũ nostrum. 12 Minime ergò
Regnet peccatum mortali in corpore vestrô,
Detis vt obsequium carnalibus hisce cupitis.
13 Membraq; nequaquam sistentes sitis vt arma
Vestra iniustitiæ peccato; sistite verò
Vosmet ad immo Deo tanquam quæ vita superstes
A vitâ functis *rediviva* foret *nova* vita;
Membraq; vestra Deo sint iustitiæ arma *dicata*.
14 Peccatum nec enim vobis dominabitur vltra:
Non etenim sub lege estis, sub gratia at immo.
15 Ergo, quid? Idcirco nunquid peccabimus, vt qui
Non sub lege sumus, verùm sub gratiâ? *id* absit.
Ioh. 2.33. 16 Nescitis, quòd servos cui vos sistitis esse,
2. Pet 2.19 Eius in obsequium, vos servos illius estis,

Cuius

Cuius obedistis mandato, sive sit illud,
Peccato ad mortem, seu vestrûm dum quis obedit
Iustitiæ? 17 Sed *habenda* Deo *sit* gratia, quippe
Quod quùm peccato servi *quandoq;* fuistis;
Vos at obedistis *submisso* ex corde, in eandem
In quam doctrinæ formam contraditi eratis.
18 Quumq; à peccatô libertatem estis adepti;
Iustitiæ servire manù-capti *tamen* estis.
19 More hominûm loquor, ex infirmâ conditione
carnis vestræ. Etenim sicut membra exhibuistis
Vestra immundiciæ servire, ad iniqua patranda,
Facta ad iniqua; ita vestra itidem nunc sistite membra
Iustitiæ; vt sint serva ad *vitam* sanctificatam.
20 Tum siquidem servi peccato quandô fuistis,
Iustitiæ *prorsus præstandæ* liberi eratis.
21 Ergò, quem fructum tunc percepistis *ab illis*;
De quibus est puditum nunc vobis? Finis eorum
Nam mors *est*. 22 Quùm verò in libertate locati,
Porrò manu capti *simul atq;* Deo estis, habetis
In *vitam* vestrum nunc fructum sanctificatam;
Æternô at finem durantem tempore vitam.
23 Peccato siquidem stipendia *debita* mors *est*;
Atqui *mera* Dei donatio, vita perennis,
Quæ in Dominô nostrô Christô *consistit* Iesû.

Cap. VII.

Vt sumus ad legem vincti, atq; à lege soluti,
Filij adoptati, sperando, ferendo, & amando.

ANne ignoratis fratres, (namq; alloquor *illos*,
Qui legis profitentes sunt sese esse peritos,)
Lex quod sit dominans homini dum vixerit vsque?
2 Nam subiecta viro mulier, dum vixerit idem,

Est

1.Cor.7.33. Est devincta viro, per legem: mortuus autem
Ipsius modo si fuerit vir, libera facta
Est à lege viri. 3 *Quæ* mœcha proinde vocanda
Est, vivente viro, fuerit modò, si viri aliùs.
Mat.5.32. Vir sit at eius defunctus; libera facta
Est à lege illâ, nec fiet adultera, si sit
Facta viri alterius. 4 Quocircà etiam, (mihi fratres)
Vos legi quoq; mortificati in corpore Christi
Estis, vt alterius possitis *scilicet* esse,
Eius *nempe*, resurrexit qui ex morte solutis,
Fructibus edendis possitis vt esse feraces.
5 Quandoquidem tum quandò carne essemus in istâ;
Affectus pravi nos ad peccata cientes,
In membris nostris, per legem operando vigebant,
Ipsi quò morti fructum producere possent.
6 Nunc atqui verò sumus hac à lege soluti,
(In quô tum fuimus detenti, mortuô *eodem*;)
Posse *Deo* nobis *hinc* inservire *licebit*,
In novitate *videlicet* illâ à spiritû *habendâ*,
Non & in antiquâ serie *quæ* literæ *inhæret*.
7 Idcircò, quidnam dicemus? Numquid an *est* Lex
Peccatum? Absit. Non veruntamen ipse sciebam
Peccatum, nisi per legem. Nam concupiendi
Vim non novissem, dixisset Lex nisi, Ne sis
Concupiens. 8 Hinc at verò est occasio sumpta,
Vt (per mandatum) peccatum in me est operatum
Omnem concupiendi vim. 9 Siquidem sine lege
Mortuum *erat* peccatum: ego vivus sed sine lege
Tunc aliquando fui. Verùm post adveniente
Illô mandatô; peccatum deinde revixit
Mortuus ast ego sum. 10 Mandatum porro repertum
Extitit, ad vitam quod *erat*; mihi *cedere* morti.
11 Nam dum à peccatô accepta est occasio; factum
Est, vt idem mandatum me seduxerit, & me
Occidit per idem. 12 Quapropter sancta quidem Lex,
1.Tim.1.8. *Est* quoq; mandatum sanctum, iustumque, bonumque.
13 Anne quod ergò bonum, factum mihi mors fuit? Absit.

Peccatum

Peccatum veruntamen(vt compareat esse
Peccatum)per *tale* bonum mihi *gignere* mortem,
Fecit,vt id fieret peccatum *exinde*(per illud
Mandatum)summè peccans. 14 Cognoscimus vt qui
Istud quandoquidem,quòd lex est spiritualis.
Ast ego verò sum carnalis,venditus, isti
Vt sim subiectus peccato. 15 Perpetro namq;
Illud quod *nihilòminus* haud agnosco patrandum.
Quod volo quandoquidem minimè facio,quod at odi
Hoc facio. 16 Quòd-si id facio quod non volo;legi
Do consensum quòd bona *sit*. 17 Nunc amplius ergo
Perpetro non id ego; peccatum *perpetrat* immò
In me *nempe* quod est habitans. 18 in me scio namque;
Hac in carne mea,nimirum;non habitare
Quodviscunq; boni. Nam præsens est mihi velle;
Compræstare bonum quod sit;non assequor autem.
19 Quod volo namq; bonũ nequaquam præsto, sed ipsum
Hoc ago porro malũ quod non volo. 20 Perpetro quod si
Illud quod nolo, minimè nunc amplius illud
Perpetro ego,ast habitans peccatum *perpetrat* in me,
21 Hanc legem(ergo,)bonum mihi comprestare volenti,
Comperio mihi *adesse* malum,quando adiacet illud.
22 Condelector quandoquidem(quòd ad interiorem
Est hominem *spectans*) in lege Dei. 23 Video autem
In membris aliam esse meis(*quæ est illa*) rebellans
Legem legi in mente meà,quæ *deniq;* legi
Peccati, illa meis est membris insita,quæ me
Reddit captivum. 24 Infœlix ego homo:quis ab istô
Istius me est erepturus corpore mortis?
25 Grates reddo Deo,Dominum nostrum per Iesum
Christum. Mente,Dei quarè ipse ego servio legi;
Atqui peccati legi *deservio* carne.

Cap. VIII.

No est condemnatio eis qui Spiritu aguntur:
Et liberos patris spes reddit amor

His est certa fides, qui vivunt Spiritû Iesû,
His positis; post eius amorem, prima videnda.

ERgò nunc illis est condemnatio nulla
Qui sunt in Christô Iesû, vivendo secundùm
Carnem qui incedentes non sunt; immò secundum
Spiritum. 2 Eò quod Lex quam sancit spiritus ille
Qui est vitæ Christô in Iesû, me à lege solutum
Peccati & mortis dimisit, liber vt essem.
3 Extiterat nam quandò infirma potentia legis,
Viribus haud in carne valens; misso Deus eius
Natô ipsiûs, formâ in consimili peccato
Carni obnoxiæ; idemq; etiam peccaminis ergò,
In carne is peccatum condemnavit. 4 Vt illud
In nobis plenè vis legis perficiatur,
Qui iuxtà carnem minime sumus incedentes.
Iuxta sed verò normam quam Spiritus indit
5 Nam qui sunt iuxtà carnem, sapiunt ea quæ sunt
Ipsius carnis. Qui *existunt* porrò secundùm
Spiritum, ij *sapiunt* ea quæ *ipsis* spiritus *afflat*.
6 Quod caro namq; sapit mors est: quod Spiritus autē,
Vita & Pax, *est*. 7 Quandoquidem caro quod sapit, illud
Omne inimicitia *est* Deo idem, Quia subijciendum
Esse Dei-legi non semet sustinet, immò
Istud eidem non omninò est vlla potestas.
8 Ergo, Deo nequeunt, qui sunt in carne, placere.
9 Verùm-atenim-verò iam vos in carne nec estis:
Estis at immò in Spiritû: at *istud*, si modo tantùm,
Ipse Dei in vobis habitans sit Spiritus. At si
Quisquam sit, minimè cui Christi Spiritus insit;
Is non est eius. 10 Si in vobis Christus at insit;

Mortuum

Mortuum *ei est* propter peccatum corpus: At immò
Vita *est* Spiritus,*idq; existit* iustitiæ ergò.
11 In vobis habitat si verò Spiritus eius,
A vitâ *functis possum* qui exivit Iesum;
Qui Christum à vitâ functis excivit,is ipse
Vivificabit item mortalia corpora vestra:
Quippe quòd in vobis habitans est Spiritus eius.
12 Properea ergò,sumus solvendo debita(fratres)
Astricti,minimè carni,suggesta secundùm
Vt carnis vitam ducamus, *spiritui* immò.
Si vitam carnem ducatis namq; secundùm;
Est eventurum,mortem vos *inde* subire.
Corporis at verò,si mortificabitis acta
Spiritû; erit vobis vita *integra.* 14 Quotquot aguntur
Spiritu *agente* Dei,sunt illi Filij *habendi*
Namq; Dei. 15 Siquidem,donati quandò nec estis
Spiritû eô servili,iterum qui inferre timorem
In vobis satagendo erit; accepistis at immò
Spiritum adoptandi,per quem clamando sonamus
Abba (pater.) 16 Siquidem testatur Spiritus ipse *Gal.5.6.*
Vnà spiritui nostro, nos Numinis esse
Natos divini. 17 Si nati Numinis autem
Simus divini; simul hæredesq; *sequetur*
Esse quidem hæredes divini Numinis *inquam,*
Insuper immò Cohæredes simul & quoq; Christi.
Si tantummodo conpatiamur cum simul ipsô
Vt secum simul & possimus glorificari.
18 Non etenim paria esse reor,quæ tempore in istô
Perpetimur,retegendæ in nobis gloriæ apertè.
19 Ipsa creaturæ namq; expectatio spectat,
Natorum vsq; Dei quando patefactio fiet.
20 Namq; creatura est sub vana conditione
Subiecta, at non sponte sua propter tamen illum
Conditionè qui *huic vana* subiecit eandem.
21 In spe quippe creatura expectat,quòd & ipsa
A corruptelæ servili conditione
Est in libertatem restauranda futura,

Gloriæ eæ, Dei erunt quâ nati perfruituri.
22 Noscimus hoc etenim quòd mundi fabrica tota
Vnà suspirat, quòd & vnà parturit, vsq;
Hoc ad tempus. 23 Et *hæc* non solum; *nos* sed & ipsi,
Primitias *quæ sunt ex eius* Spiritû habentes,
Nos ipsi (inquam) suspirantes nos apud ipsos,
Exspectando intentè vt adoptio *fiat aperta*,
Luc.21. 18. Corporis vt *fiat completa* redemptio nostri.
24 Nam spe servamur; sed quæ spes illa videtur;
Spes non est. Quod namq; videt quis; cur quoq; speret?
25 Sed si speramus, quod adhuc non vsq; videmus;
Per tolerantiam *id* expectamus. 26 Spiritus autem
Infirmos itidemq; affectus sublevat vnà
Nostros. Ecquid nam peteremus sicut oportet
Novimus haud quaquam. Pro nobis Spiritus autem
Ipsemet interpellans est, suspiria ducens
Quæ fando nequeunt narrari. 27 Novit at ille
Qui scrutans est corda *Deus*, quis sensus is est *quò*
Spiritus *afficit ipsas mentes*: quippe secundum
Spiritus ille Deum, pro sanctis *vota ministrans*
Interpellat. 28 Amore Dei flagrantibus autem
Adiumento cuncta simul cognovimus esse,
Ad bonum eis, qui à disponente fuere vocati,
Iuxtà propositum quod prædecreverat ipse.
29 Nam quos precognovit, prædecrevit eosque, & *illos*,
Vt fiant conformes Filij imaginis eius,
Vt primogenitus multis in fratribus ipse
Esset. 30 Quos verò prædefinivit, eosdem
Atq; vocavit. Quosq; vocavit, iustificavit
Hos etiam; quos atquì verò iustificavit,
Glorificavit eos etiam. 31 Quare, quid ad ista
Simus dicturi? Prò nobis si Deus: ecquis
Contra nos? 32 Proprio qui non etiamq; pepercit
Filio, eum verò pro nobis omnibus ipsum
Tradidit; hic etiam non omnia quomodo nobis
Cum illô gratificabitur? 33 Ecquis crimina contrà
Illa Dei electos intentabit? Deus est qui

Iustificat.

Iustificat. 34 Quis qui condemnat? Christus *is est* qui
Mortuus est; immò fuit hic etiamq; resurgens,
Ad dext'ramq; Dei qui est, interpellat & ipse
Qui pro nobis. 35 Quis sejunget nos ab amore
Christi? Numne afflictio? Numne angustia? Numne
Insectatio? Numne fames? Num incessio nuda?
Numne Peric'lum? Num gladius? 36 Scriptum velut
Totum *quemq;* diem ratione tui sumus vsq; (extat;
Occisi, reputati · t oves sumus ad lanienam
Expositæ. 37 Tamen exsuperamus in omnibus istis,
Plusquam victores per eum qui nosmet amavit.
38 Est mihi nam persuasum, quòd neq; mors, neq; vita,
Nec genij angelici, nec principibus status vllus,
Neuve potestates, neu instantia, neuve futura,
Nec sublimia, neuve profunda, nec alt'ra creata
Res, potis est ab amore Dei sejungere nosmet,
Qui in Dominô nostrô Christô consistit Iesû.

Esa 50.8.

Psal. 44.22

CAP. IX.

* *His positis; post eius amorem, prima videnda*
* *Sunt electio, vt & reprobatio, gens e in vtrâque.*

QVod verum est in Christô (non mendacia) dico,
Mente meâ attestante mihi, *quæ est* conscia veri,
Spiritû in Almô. 2 Tristitia est quoniam mihi
Continuusq; meo cordi dolor *insidens* 3 Vt qui (magna,
Ipsemet optarim memet vel anathema *factum*
A Christô esse, meis pro fratribus, ût mihi qui sunt
Sanguine cognati *genus hi* carnale secundùm,
4 Israëlitæ qui sunt, & adoptio quorum
Est, & gloria, testamentaq; fœderis icti,

Supr. 2. 17.
Ephes. 2. 12.

Latio Legisque, & cultus, promissaq; facta.
5 Quorum sunt patres, *est* ex quibus & quoq; Christus,
(Istius ad carnem quod spectat,) qui super omnes
Est existens *vnicus* ipse in secula laude
Est benedicendus, Deus. Amen. 6 Non tamen atqui
Supr.3.28. Excideret quòd sermo Dei frustraneus vllus.
Non omnis etenim qui ex Israële *propago*,
Gen.21.12. Israëlite illi: 7 Abrahami nec quia semen,
Heb.11.18. Omnes filij *ob hoc*; Isaäc ô sed in vnô
Semen *prolificum* tibi compellabitur. 8 Hoc est,
Gal.4.28. Filij ij, non qui sunt carnis, filij habendi
Sunto Dei: sed de promissô semine qui sunt,
Semine *prolificô verè* censentur in *eius*.
Gen.18.10. 9 Qui promissus erat sermo siquidem fuit iste;
Tempus ad hoc ipsum veniam, Sarræq; futurus
Gen.25.21. Filius est. 10 *Hic* autem non solummodò; verùm
Immo Rebecca etiam, quùm concepisset ab vno,
Nempe Isaaco, patre nostrô, *experta erat ista*.
11 Infantes nondum nati quum namq; fuissent;
Fecissent aliquidq; boni, praviq; *priusquam*,
(Propositum remanere Dei posse inviolatum,
Eius delectum iuxtà quem elegerat ille;
Nequaquam ex operum, verùm ex ratione vocantis;)
Gen.25.23. 12 Est illi dictum; maior serviet minori.
Mala.1.2.3 13 Est sicut scriptum; dilexi Iacob, at Esau
Odi. 14 Propterea quidnam dicemus *ad ista*?
Anne apud esse Deum potis est iniustitia? Absit.
Exod.33.19 15 Mosi dicit enim; Miserebor cui miserebor;
Commiseratus ero, quem commiseratus eroque.
16 Non est ergò volentis, nec currentis, at eius
Qui miseretur, *nempe* Dei. 17 Scriptura quòd inquit
Exod.9.16 Ad Pharaonem, Quippe citavi temet in istud;
In te quòd mea sit manifesta potentia facta,
Vtq; meum nomen terrâ enarretur in omni.
18 Cuius vult ergò miseretur; quem volet autem,
Induratum reddit. 19 Propterea, mihi dices;
Conqueritur quid adhuc? Quis restitit illius *vnquam*

(Ergo)

(Ergò) voluntati? 20 Verùm quin-immò, quis es tu,
(O homo) responsare Deo contraria nisus?
Figmentum num dicit ei qui finxerat illud;
Memet cur tale effecisti? 21 Numquidve potestas
Non figulo est formare lutum, visum velut ipsi
Est, vt formam fingat eidem, massâ ab eadem,
Ad decus vnum equidem vas, ad sed dedecus alterum?
22 Quid si porrò volens Deus est, ostendat vt iram
Ipsius fieri possitq; potentia nota,
In multâ bonitate suâ toleraverit iræ
Vasa coagmentata *futura pernicii*,
23 Gloriæ vt eius divitias faceret quoq; notas;
Ergà vasa sui qui sunt miserandis amoris,
Gloriæ honorem quæ prædisponebat ad eius?
24 Quos ex Iudæis inter quos nosq; vocavit
Non solum; verum simul atq; ex Gentibus ipsis:
25 Vtq; apud Osæam dicit; plebem esse vocabo,
Quæ non est mea plebs; nec quæ dilecta erat, *esse*
Hanc dilectam. * *Cuius iterum non reminiscerbar,*
Nunc amplexatam miserantis amore teneri.
26 Inq; loco tum fiet, vbi dictum fuit illis
Non populus meus estis vos, ibi porrò vocandi
Esse Dei sunt filij ij viventis *in æva*.
27 Esaias autem clamat super Israële;
Etsi natorum numerus numerosior esset
Israël maris instar arenæ; reliquiæ sunt
Servandæ. 28 Quia rem consummans, abrevians q;
Concisam faciet, breviatum deniq; verbum;
Iustitiam peraget quandò in tellure ministrans.
29 Insuper Esaias sicut prædixerat ante;
Ipse nisi Dominus Sabaoth *militiarum*,
Semen liquisset nobis, essemus ad instar
Ipsius Sodomæ, similes factiq; Gomorrhæ.
30 Ergò, quid, has quæ non consectabantur eandem
Gentes, iustitiam, dicemus, habere prehensam;
Iustitiam tamen *aio* fide quam constat haberi?
31 Israël qui sectabatur Iustitiæ autem

Sap. 15. 7.
Ierem. 18. 6.

Esa. 45. 9.

Osea 2. 23.
1. Pet. 2. 3.
*Non in Græco, sed in vulgatâ latina, & prope accedit ad Hebr.
Ose 4. 1. 10.
Esa. 10. 22.

Esai. 1. 9.

Legem, iustitiæ ad legem non perveniebat?

32 Quare? Quippe quòd ex fide eam non consequeretur,
Sed *consectati sunt* hi velut *assequerentur*
Ex factis operûm legis. Nam offensio facta
Est ab eis, offendiculi ad lapidem. 33 Velut extat
Scriptum, Offendiculi lapidem (ecce) in monte Sionis
Pono, petram per quam simul atq; offensio fiet;
Et confusus erit nullus qui credit in illum.

Esa.8.14. & 28.16. 1.Pet.2.6. Psa.118.22

Cap. X.

Electos merito Iudæos esse revincit:
Legi nixi; Evangelium quia reijciebant.

FRatres, est in corde quidem mihi prompta voluntas,
Atq; precatio facta Deo super Israele
Esset vti salvus. 2 Nam *de* ipsis testor, habere
Hosce Dei zelum, verùm non immò secundùm
Noticiam. 3 Qui ignari dum sunt iusticiæ eius,
Quæ sit namq; Dei, propriam stabilire studentes;
Iusticiæ Dei ÿ non semet subijciebant.
4 Legis enim cuivis credenti finis *habendus*
Est ad iustitiam Christus. 5 Moses quia scripsit
Iustitiam, quæ ex lege est; quod qui fecerit illa,
Vivet in ipsis. 6 Ex fide at est quæ iusticia ista;
Dicit sic; in corde tuô nè quandò loquaris,
In cœlum ascendet quis? id est, deducere Christum.
7 Aut in abyssum quis descendet? id est, vti rursus
A vitâ functis Christum revocare *laboret*.
8 Quid sed-enim-vero dicit? Verbum prope temet
Extat in ore tuô, *simul est* in corde tuôque;
Hoc fidei est verbum quod promulgamus, idipsum.
9 *Nempe* tuo quodsi Dominum fatearis in ore,
Iesum; credideris q; in corde tuô, quod eundem

Gal.3.24. Levit.18.5. Ezec.20.11. Gal.3.12. Deut.30.12. Deu.30.14.

In

In vitam Deus ex defunctis morte reduxit;
Tunc salvus fies. 10 Ad iustitiam quia corde
Cre ditur; ore sed est confessio facta saluti.
11 Dicit enim scriptura, quòd omnis (quisquis in illum
Credit) non pudefiet. 12 Nam distinctio non est
Iudæi tum Græci etiam; quandò omnibus idem
Est Dominus; qui implorant ipsum dives in omnes.
13 Quisquis enim nomen Domini invocitaverit *ille*
Salvus erit. 14 Quare invocitabit quomodo eundem
Cui non crediderint? Sed eidem quomodò credent,
De quô non audiverunt? Audire sed illum,
Qua ratione queant; verbi præcone vacante?
15 Quomodò præcones sed verbum efferre valebunt;
Hj nisi sunt emissi? Scriptum sicut habetur;
Quàm pedibus species existit pulchra, ferentûm
Hos qui Evangelium *latâ* de pace profantur;
Hos qui Evangelij bona nuncia publica spargunt?
16 Non auscultarunt Evangelio tamen omnes;
Esaias etenim, Domine (inquit) credidit ecquis
Sermoni nostro? 17 Ergò, fides *venit* ex auditû;
Est auditus porrò Dei per *deniq;* verbum.
18 Auditum *verbo* præstarunt numquid at inquam?
Immò sonus quamcunq; in terram exivit eorum,
In fines orbis terrarum verba & eorum.
Israël num porrò *Deum* non noverat, inquam?
Primus Moses dicit; Ego zelante movebo
Invidiâ per gentem vos, quæ non tamen est gens:
Gentem per stolidam stimulabo vosmet ad iram.
20 Vsus at Esaias audaciâ aitque; repertus
Abs his sum me non quærentibus, aspicuusq;
Factus sum, de me non percontantibus illis,
Totô porrò die, (dicit sed ad Israelem)
Vsq; meas ego palmas, expandendo rebellem
Ad populum *mihi* contradicentemq; tetendi.

Esai. 28.16.
Ioel. 2.32.
Esai. 52.7.
Nahu. 1.15.
Esai. 53.1.
Ioh. 12. 38.
Psal. 19. 5.
Deu. 32.21.
Esai. 65.1.
Esai. 65.2.

Cap. XI.

His est certa fides, qui vivunt spiritu Iesu,
Filij adoptati, sperando, ferendo, & amando.

DIco, ergò abiecit populumne suum Deus? Absit,
Israëlites ego sum de semine *cretus*
Namq; Abrahami, Beniaminis de gente tribulis.
2 Non populum Deus abijciendo repulit eius,
Quæ prædecrevit. Nunquid nescitis idipsum,
Quod scriptura inquit de Eliâ? Quomodo *nempe*
Est contrà Israel interpellando loquutus
1.Reg.19.10 Ille Deum, dicens; 3 Domine *insectando* Prophetas
Occidére tuos, suffossa altaria demùm
Deiecére tua, & sum solus ego ipse relictus,
Atq; meam quærunt animam. 4 Quid dicit at illi
1.Reg.19.18 Rursus divinum responsum? *Nempe* reliqui
Millia *scilicet* ipse mihi septena virorum,
Qui genua haudquaquam flexerunt ante Baâlem.
5 Istô quapropter sub tempore, sic etiamque,
Iuxtà gratuitum delectum, reliquiæ sunt
Factæ. 6 At si per gratiam; *id est*, iam non ab opusc'lis;
Gratia iam non est: alioquin gratia: Quod si,
Ex operûm factis *esset*; iam gratia non est:
Ast alióquin, nunc opus ipsum, non opus esset.
7 Ergò, quid? Israël quod disquirebat idipsum
Esai.29.10. Obtinuit minime: licet electi obtinuerunt,
& 6.9. Callum (cæcatis reliquis) obduruit autem:
Mat.13.14. 8 Est veluti scriptum: *Quod* spiritum inesse soporis
Ioh.12.40. Attribuit Deus his: oculos nec posse videre;
Acts 28.26 Atq; aures, hodiernum audire diem nec adusque.
Psal.69.22 9 Et David dicit; sibimet sua mensa fit ipsis
23 Prò laqueô, prò tendiculâ, pro offendiculôque,

Talio

Talio sitq; ipsis. 10 Oculi obtenebrentur eorum,
Ne videant: tergumq; incurva semper eorum.
11 Dico idcirco, nunquid an impegere, quòd *inde*
Prolapsi exciderint? Absit. Verùm per eorum
Offensam, *concessa* salus *est* Gentibus ipsis;
Æmuli ad exempli stimulis vt provocet illos.
12 Illorum si porrò ruina opulentia mundi,
Gentibus estq; opulentia *facta* minutio eorum,
Quantò tum magis isthæc est impletio eorum?
13 Illud enimverò quod vobis Gentibus aio,
(Quatenus ipse quidem sum *factus* Apostolus illis,
Qui existunt Gentes;) illustro ministeriale
Officium ipse meum. 14 Si qua ratione moverem,
Æmuli vt hj (consanguinei *qui sunt* mihi) fiant,
Ex ipsis servemq; aliquos. 15 Abiectio nam si
Illorum, sit *facta* reconciliatio mundi;
Ecquę assumptio *erit*, nisi vita ex morte solutis?
16 Quòd si primitiæ sanctæ, sancta *est* quoq; massa.
Sancta est si radix, *sancti sunt* deniq; rami.
17 Quod si nonnulli sunt rami *ex arbore* fracti;
Tu quùm verò oleaster eras, insertus es ipsis;
Et radicis olivæ, atq; ex pinguedinis eius
Effectus consors; 18 Noli iactare *proinde*
Adversus ramos: quòd si iactaveris; haud tu
Radicem portas, radix te *sustinet* atqui.
19 Defracti rami pro me, (si dixeris ergo)
Sunt, ego vt insererer; 20 Rectè: Illi incredulitate
Fracti sunt, tu porrò fide stas, *ergo* nec esto
Plus animô elatô nimium, magis immò timeto.
21 Nam, si naturalibus haud Deus ipse pepercit
Ramis; tu videas etiam, nè non tibi parcat.
22 Ergò, videto Dei bonitatem, deinde severam
Iustitiam exscindendo; illos qui equidem ecciderunt,
Iustitiam exscindendo severam; sed bonitatem
In te clementem, modò si permanseris vsq;
In bonitate; alioquin, tu simul atq; futurus
Exscindendus eris. 23 Sed & hj, si incredulitate

Iere. 11. 16.

Non

Non permansuri fuerint; in *stemma* ferentur.
Quippe, potens Deus ipse est, rursus vt inserat ipsos.
24 Nam si exsectus tu es naturali ex oleastrô,
Præter & es naturam veræ insertus olivę;
Hj naturales qui sunt, quantò magis ipsi,
Inserti propriæ coalescent *rursus* olivæ?
25 Nolo etenim (fratres) ignaros istius esse
Vos mysterij, (vti ne sitis) vosmet ad ipsos
Ingeniô tumidô: quandò excæcatio *mentis*
Israëli ex parte evenit, donec adusq;
Completus tandem numerus de Gentibus intret.
26 Totus ita Israel servandus eritq; futurus:
Esai.59.20. Est sicut scriptum; veniet de *monte* Sionis,
Qui libertatis vindex est, â-q; Iacobô
Impietates ille avertet. 27 Fœdus & hoc *est*,
Esai.27.9. *Proveniens* ipsis à me; quùm tollero ab illis
Iere.31.33. Ipsorum peccata. 28 Evangelium quòd ad ipsum
34. Spectat; sunt inimici equidem, vos propter: At illi
Hebr.8.8. (Quatenus est electio) propter progenitores;
& 10.16.17 *Tales sunt*, charos quos amplexamur amore.
29 Quandoquidem dona illa Dei, illa vocatio, suntq;
Talia, vt illorum nequaquam pœniteat ipsum.
30 Namq; aliquandò Deo vos & nec obedivistis;
Consectati estis sed nunc miserantis amorem,
Hanc obduratam per eorum incredulitatem;
31 Sic & nunc isti renuerunt credere *quo sit*,
Isthæc vt vobis dum sit miseratio facta;
Ipsis vt pariter fieri miseratio posset.
32 Illos quippè incredulitate sub *hâc* Deus omnes
Conclusit, misereri posset vt omnibus illis.
33 O sapientiæ & agnitionis divitiarum,
Immensum penetrare Dei non posse profundum:
Iudicia illius quàm non scrutanda resultant,
Quàm nequeuntq; viæ pervestigarier eius.
Esai.40.13. 34 Ecquis enim mentem Domini cognoverit? aut quis
Sap.9.13. Huic à consiliô fuerit? 35 Vel quis prior illi
1.Cor.2.16. Contulerit *quicquam*, quod retribuetur & ipsi?

36 Ex ipsô quoniam, per & ipsum, atq; omnia in ipsô
Ipsi gloria (sæcula in *omnia*) *lata sit*. Amen.

Cap. XII.

Quis cultus Domini; quæ conversatio recta;
Vivat in officio quiscunque; amor omnia adornet.

FRatres, ergò, Dei propter miserantis amores,
Vos exhortor vt exhibeatis corpora vestra,
Vt sint hostia viva, sacrata, placentia quæ sunt
Ipsa Deo, obsequium vestrum ratione probatum.
2 Nequaquam sitis conformes sæculo & isti,
Transformate at vos, renovatâ in *acumine* mentis
Vestræ, quò illa Dei bona & acceptata voluntas, — Ephe.5.7.
Et quæ perfecta *est*, sit vobis ipsa probata. — 1.The.4.1.3
3 Nam per eam, mihi quæ est data gratia, cuilibet inter
Vos conversanti, edico; plus quam decet illum,
Vltrà ne sapiat, magis immò ad sobrietatem — 1.Cor.12.11.
Vt sapiat, cuicunq; Deus divisit vt ipsi — Ephes.4.7.
Mensuram fidei. 4 Nam sicut corpore in vnô
Plurima habemus membra; at habent hæc omnia membra
Vnum non actum; sic multi nos sumus vnum
In Christô corpus, sed verò particulatim
Membra aliorum alij. 6 Porrò, diversa at habentes
Dona, secundum gratiam eandem quæ est data nobis — 1.Pet.4.10.
Sive Prophetia *sit*; fidei è ratione *loquamur*;
7 Sive ministerium, *esse* ministrantes in eôdem: — Mat.6.2.
Sive docet quisquam, in doctrina *ille doceto*
8 Tum qui exhortatur, *sit* in exhortamine *suadens*: — 2.Cor.9.7.
Est qui distribuens *faciat* cum simplicitate: — Amos.5.15.
Is *quicunq;* præest, cum sollicitudine curæ: — Ephes.4.2.
Qui miseretur *sit*, lætô cum *miserescere* corde. — 1.Pet.2.17.
Sit dilectio fuco *sed* sine hypocrisis vllo: — Heb.13.1.

9 A malô abhorrentes, conniti vt gluten honesto.
10 Charô alios alij fraterni vinculô amoris
Vos amplexantes, præeuntes mutuô honore.
11 Non pigri studiô. Fervorem spiritû habentes.
Servitium dantes Domino. 12 Spe damna levantes,
Fortiter afflictis in rebus ferre molesta.
In precibus durando. 13 Quibus commune iuvamen
Sit curæ sanctis relevandis. Excipiendis
Hospitij officiô peregrinis *esse* parati.
14 His benedicite qui vos insectando lacessunt;
His (inquam) benedicite, nec maledicta referte.
15 Gaudentes vnà cum congaudentibus este;
Collachrymantes & cum collachrymantibus este.
16 Inter vos animô coniuncti sitis eôdem.
Non sapientes alta, humili sed mente repressis,
Semet quilibet adiungens, accommodet ipsum.
Ne sitis nimium prudentes vosmet ad ipsos.
17 Pro *tribuente* malum, mala non tribuenda vicissim.
Procurando probanda viris coram omnibus *esse*.
18 Si fieri poterit, (quantum per vos erit illud,)
Cum quôvis hominum pacem retinere studete.
19 Non vlciscentes vos ipsos, [illegible] sed iram
(Dilecti, cedendo locum) cohibetis; id quòd
Est scriptum; vindicta mihi, (Dominô) ipse rependam,
(Dicente.) 20 Ergò, tuus si quandò vel esurit hostis;
Ipsum pasce: siti si quandò fatiscat; eidem
Da potum. Quod agendo; caput super illius ignis
Carbones coacervabis. 21 Ne vincitor abs hôc
Quod pravum *fuerit*; bonitate at vincito pravum.

Luc.18.1.
1.Cor.16.1.
Heb.13.2.
1.Pet.4.9.
Mat.5.44.
Prov.3.7.
Esai.5.21.
Pro.20.22.
Mat.5.39.
1.Cor.6.7.
1.Pet.3.9.
Heb.12.14.
Eccle.28.1.
Mat.5.39.
Deut.32.35
Heb.10.30.
Pro.25.21.

Cap. XIII.

Quisq; magistratum reveretor, diligat alt'rum;
Nox abijt; luce ambulet; arma indutus Iesû.

Esto anima omnis eis quibus est commissa potestas,
Subdita. Namq; Deo nisi ab *instituente* potestas
Non est: Atq; potestates Deo ab *instituente*,
Omnes quæ sunt, ordine disponuntur eædem.
2 Ergo, potestati opponit quiscunq; seipsum:
Ordini is ipse Dei posito se opponit eidem.
At qui insurgentes audent opponere sese;
Iudicium sibimet satagunt acquirere damnans.
3 Quippe magistratus non sunt inferre timorem
Evecti benè agentibus, at malè agentibus immò.
Perculsus verò vin' tu formidine nullâ
Esse potestatis? Fac quòd bonum erit; quòd ab illâ
Acquires laudem. 4 Datus est tibi namq; minister
Ille Dei bono *id esse* tuo. Si feceris autem
Quod malum erit; metuas: Siquidem gladium sine causâ
Non gerit: *Ille* Dei extat quandò minister ad iram,
Fecerit vt quiscunq; malum, foret vltor in illum.
5 Restat quapropter, subiectos esse necesse,
Iram non solum propter, sed propter & *istud*
Vt tibi sit bene consciamens. 6 Hinc namq; tributa
Estis item solvendo: Dei sunt quippe ministri
Hanc incumbentes in rem. 7 Quapropter idipsum
Omnibus illis quod debetis *nempe* tributum,
Reddite, *cui tribuendum sit*, cuiq; tributum,
Vectigal cui vectigal; *deferte* timorem,
Cui timor *est tribuendus*; honorem, cui *tribuendus*
Est honor. 8 Haud quicquam debentes esse cuiq;
Vos alios alij redametis mutuò amore.

Sap.6.3.
Titus 3.1.
1.Pet.2.13.
14.
Mat.22.21.

Alt'rum

Exo.20.14. Alt'rum quisquis enim fuerit qui diligit ; idem
Deut.5.18. Implevit legem. 9 Namq; hoc; Mœchabere noli;
Non occides ; non furabere; te neq; præbe
Testem falsum; non *quæ sunt aliena* cupisces;
Mandatumq; aliud si demùm quod sit; in istô
Levit.19 8. Summatim constat breviter sermone redactum:
Mat.22.39 Nempe; Tibi qui proximus est hunc dilige,tanquam
Gal.5.14. Ipsum temet *diligis.* 10 Hæc dilectio prorsus
Iac.2.8. Vicinum quôcunq; malô non afficit. Ergò
1.Tim.1.1. Restat,totius perfecta impletio legis
Quod dilectio sit. 11 Præsertim quandò sciamus;
Quòd tempestivum nunc surgere tempus adinstat
De somno,quià nempe salus magè nostra propinquat,
Quam quùm credidimus. 12 Nox est transacta,diesq;
Est vicina propinquans.Ergò opera abijciamus
Quæ tenebrarum *sunt* . Induti simus & armis
Ipsi conveniant quæ luci. 13 Compositéq;
Luc.21. 34. Sicut in *effulgente* die incedamus *oportet*.
In crapulis minime comedentûm atque, ebrietatum
Ingluvijs,non *inq;* cubilibus atq; protervis
Gestibus,haud lite *in certaminis* invidiæq;.
Gal.5.16. 14 Induti Dominô atqui-verô sitis Iêsu
1.Pet.2. 11. Christô; accurata & minimè provisio vestra
Impensè ad carnis tendat *saturanda* cupita.

Cap. XIIII.

Scandala ne fiant fratres tolerate fideles
Infirmos,firmi,sine libertatis abusu.

PORrò fide *si sit* quiscunq; infirmus; eundem
Assumatis,non certamina velle movere,
In differtando perplexa mente reata.
2 Est equidem credens alius,sibi iure licere

Vesci

Vesci posse quibusvis escis: Porrò *fide* alter
Infirmus, manducans est olera. 3 Is qui edit *ergò*
Hunc qui non edit, haud nihili reputabit, oportet:
Et qui non edit, hic non condemnabit edentem:
Quandoquidem Deus ipse ad sese assumpsit eundem.
4 Tu quis es, vt famulum condemnans sis alienum?
Stat proprio Domino, aut cadit. At stabilitus is immò
Consistit. Stabilire potest etenim Deus illum.
5 *Est* alius *qui* nempe diem præstare diei
Æstimat: *est* alius *qui* existimat immò *peræquè*
Quemviscunq; diem. Certus sit quilibet autem;
Mente suâ in propriâ plenè *persuasus.* 6 Is ipse
Qui curat quiscunq; diem, curat Domino: Et qui
Non curat quiscunq; diem; non curat eundem
Hic Domino. Domino qui est vescens vescitur idem;
Grates ille Deo siquidem persolvit: & ille
Qui non est vescens, Domino non vescitur; atq;
Ille Deo grates persolvit. 7 Nam sibi nostrûm
Non vllus vivit, moritur sibi nullus & ipsi.
8 Nam seu vivimus, *est* Domino *quod* vivimus: aut si
Emorimur, Domino emorimur. Seu vivimus ergò,
Seu morimur; Domini sumus. 9 Est quia mortuus islhuc,
Atq; resurrexit Christus, aursumq; revixit;
Vt dominetur eis in vivis qui simul extant,
Mortui & his qui sunt. 10 Qui verò frater *habendus*
Est tibi, cur illum tu damnas? Pro nihilôq;
Sive tuum fratrem ducis? Quandò ante tribunal
Omnes sistemur Christi. 11 Scriptum quia constat;
Vivo ego (ait Dominus) curvabit se mihi quippe
Omne genu, lingua atq; Deo profitebitur omnis.
12 Propterea ergò, Deo rationem reddere debet,
Nimirum, nostrûm pro semet quilibet ipsô.
13 Amplius (ergò) alius de aliô non iudicet vllus
Nostrûm: Iudicium magis hac adhibebitis immo,
Fratri offendiculo, nec scandalo vt esse queatis.
14 Novi, persuasumq; habeo, Dominum per Iesum.
Impurum per se nihil esse: aliquid sed eidem

Iac.4.12.

2.Cor.5.10.

Esai.45.23.
Philip.2.10

Est.

Esse impurum, qui hoc impurum iudicat esse.
15 Si tuus at frater sit tristis factus ob escam;
Iuxta *fraternum* iam non incedis amorem.
1.Cor.8.11. Esca *sed* nolito tuâ illum perdere Christus
Pro quo mortuus est. 16 Nequaquam propterea ergò,
Blasphemando bonum vestrum traducitor istud.
17 Regnum quippe Dei non esca est, sed neq; potus;
Iustitia atqui-verò, & pax, & Spiritû in Almô
Exultatio. 18 Nam qui Christo servit in istis;
Acceptus placet ille Deo, simul atq; probatur
Humano generi. 19 Quare, spectantia pacem
Sectemur, quibus ædificemur & vnus & alter.
Tit.1.15. 20 Hoc opus (ergo) Dei cibi ob hanc nè destrue causam,
Omnia pura quidem, tamen est homini malum eidem,
Qui cum offendiculo comedit. 21 Conduceret illi
Carnibus haudquaquam vesci, bibere & neq; vinum;
1.Cor.8.13. Nec *facere & quicunq;* tuus quô impingere possit
Frater, sive offensus, sive infirmior esset.
22 Tute fidem *sed* habes: apud ipsum temet habeto,
Inspectante Deo. Qui non condemnat is ipsum
Semet in hocce, *bonum esse* quod approbat; ille beatus.
23 Si verò ambigit, & *nihilominus* ederit; ille
Est condemnatus, quoniam non ex fide *edebat*:
Atqui est peccatum, quicquid non ex fide habetur.

CAPUT XV.

Exemplum Christi patientes esse revincit
Officiumq; suum docet his in significandis.

NOs autem firmô quùm robore simus; oportet
Infirmas vires vt suppertemus eorum,
Qui magis invalidi sunt: indulgere nec ipsis
Nobis. 2 Quisq; igitur sibi qui sit proximus, illi

Indulgere

Indulgere bono satagat, quod ad ædificandi
Solamen tendat. 3 Nec enim placuit sibi Christus.
Sicut at existit scriptum; Convitia eorum,
In me, quæ in toto jecerunt, incubuere. — *Psa.69.7.9*
Quandoquidem scriptis quæ commendata fuerunt,
Quæcunq; ad nostram doctrinam scripta fuerunt:
Vt per *constanter* tolerandi *exempla relata*,
Et scripturarum *per* consolamen earum,
Nos hortan. habeamus spem. 5 Deus ipsemet autem — *1.Cor.1.10.*
Huius *qui* tolerantiæ & *est* solaminis *author*, — *Phil.3.16.*
Det vobis, affecti animô quòd sitis eôdem, — *& 4.3.*
Iuxta Christum Iesum, inter vos mutuô *amantes*.
6 Vnô vt glorificare Deum concorditer ore,
Ac patrem Domini nostri possitis Iesu
Christi. 7 Vos alios alij ergò suscipiatis
Sicut nos etiam Christus suscepit, vt *esset*
Gloriæ *id omne* Deo. 8 Verùm dico *illud* Iesum
Christum circumcisorum factum esse ministrum,
Veracem esse Deum, veracia quandò probabat
Illa oracula Dei, quæ patribus ante fuerunt
Promissa, vt confirmaret 9 Gentes & vt ipsæ
Glorificare Deum possent, super eius amore
Commiserante: velut scriptum extat; propterea inter
Gentes ergò, tibi profitebor, *cantica* psallam
Nomini itemq; tuo. 10 Rursum *sed & insuper* inquit; — *Psal.18.49.* *2.Sa.22.58*
Eius cum populo Gentes gaudete. 11 Iterumq; — *Deu.32.43*
Laudetis dominum Gentes omnes, sed & ipsum
Collaudate omnes populi. 12 Rursum quoq; dicit — *Psal.117.1.*
Esaias; Radix est de Iesse futurus,
Quiq; exsurget, Gentes is recturus vt esset; — *Esa. 11.10.*
Gentes sperabunt in eôdem. 13 Vos Deus autem
Ille spei, plenos perfundat lætitiâ omni,
Et pace in credendô; vt spe valeatis abundè,
Repleti in virtute, Sacer quam spiritus afflat.
14 Ipse ego de vobis habeo (fratres) mihi verò
Persuasum, quod & ipsi estis bonitate repleti,

Mensura imbuti plena omnis cognitionis,
Vt qui possitis vos mutuò itemq; monere.
15 Sed vobis scripsi fratres audaciùs *ista*,
Ex aliqua tanquam memores vos reddere parte,
(Propter eam mihi (dante Deo) quæ est gratia,) vellem.
16 Isthùc vt sim Gentibus ipse minister Iesu
Christi, Evangelium esse Dei me sacrificantem,
Gentium vt extet spiritû in Almô oblatio grata
Sanctificata. 17 In Christô habeo quod glorier (ergò)
Iesû, in ijs quæ ad *sacra* Dei *mysteria* spectant.
18 Quandoquidem, non sustineam quodcunq; profari,
Horum quæ Christus non per me effecerit, isthùc
Vt Gentes ad obeditum *perducere possem*
Sermone & factô. 19 Signorum & prodigiorum
In virtute, potentiâ & *eius* Spiritus *ipse*
Qui Deus *est*: Adeò Solymitanâ vsq; vt ab vrbe,
Atq; per adiectas vicinas vndiq; circum-
Quaque, & ad Illyricum regiones vsq; replerim,
Christi Evangelij spargendô munere. 20 Verùm,
Sic Evangelij satagens dispergere munus,
Esset vbi ipsius nec dum de nomine notus
Christus; nè super alterius fundamine *iactô*
Ædificarem. 21 Sicut verò scribitur *istud*;
Hj quibus haudquicquam fuit ipsis significatum
Psa. 52. 15 De illô; cernent: & quibus est audisse negatum;
Illi percipient. 22 *Conatus* sæpius, ergò,
Hâc ductus ratione etiam *tamen* impediebar,
Supr. 1. 13. *Quominus* ad vos *ipse* venirem. 23 Quum tamen istis
1. Thes. 2. 17 In regionibus haud habeam nunc vlteriorem
18. Ipse locum; desiderium sed habens veniendi
Supr. 1. 10. Ad vos, à multis *iam precedentibus* annis;
24 Ad vos accedam dum quandò Hispaniam adibo;
Isthâc preteriens siquidem vos spero videre,
Insimul à vobis etiam deducar eôdem:
Attamen immò prius, si consuetudine vestra
Ex parte expletus fuero. 25 Proficiscor at immò

Nunc

Nunc Hierosolymam, sanctis *collata* ministrans.
26 *Ex oris* etenim Macedûm, qui sunt & Achaiæ,
His placuit conferre in sanctos paupere, *qui sunt*
Conditione, illos Solymorum *scilicet* vrbis.
27 *His* siquidem placuit; debentes sunt sed & illis.
Nam, si spiritualia eorum participarunt
Gentes; debent ipsæ etiam in carnalibus esse
Hisce ministrantes. 28 Ergò hoc perfecero quandò,
Atq; illis istum quùm consignavero fructum;
Tunc Hispaniam adibo, isthâc per vos. 29 Scio verò
(Ad vos quum veniam;) quòd tùm benedictio mecum
Christi Evangelij veniet completa futura.
30 Vos precor at (Fratres) Dominum nostrum per Iēsum
Christum, perq; illum quem Spiritus afflat amorem;
Vt pro mê precibus mecum certare velitis
Implorando Deum vestris: 31 Vt liberer abs his,
In Iudæorum qui sunt regione rebelles;
Vtq, ministerium hocce meum acceptabile sanctis
(Ergà vrbem Solymam) fiat. 32 Cum gaudiô vt ad vos
Vsq; (volente Deo) veniam, refrigerer atq;
Vna vobiscum. 33 Qui pacis at *est* Deus *Author*,
Is *præsens esto* cum vobis omnibus. Amen.

1.Cor.9.11.

Supr.1.12.

2.Cor.1.11.

Esai.9.6.

CAP. XVI.

Exoptando salutem, finit: at esse cavendum
Fratribus à falsis: Grates concludit agendo.

VObis at Phœbem nostram commendo sororem,
Est Ecclesiâ eâ in Cenchræis *quippe* ministra:
2 In Domino dignè quòd suscipiatis eandem,

Sicut oportebit sancti quòd *suscipiantur*,
Atq; adsitis ei quâcunq; in re sit eidem
Vsus opis vestræ. Quoniam quoq; præbuit illa
Hospitium multis, tumq; mihi simul ipsi.
3 Priscillam simul atq; Aquilam (mihi Christô in Iesû
Adiutores *qui fuerant*,) salvere iubeto.
4 Quandò suam pro animâ meâ ijdem supposuerunt
Cervicem: Quibus haud ego gratias retribuo vnus,
Insuper atqui etiam quæ sunt Ecclesiæ & omnes
Inter Gentes. 5 Deinde Ecclesiam eam quæ in eorum
Æde existit. Epænëton illum *qui* mihi *charè*
Est dilectus vos salvere iubete; quod ille
Primitias in Christô se sistebat Achaiæ.
6 Este salutantes Mariam, quæ *nempe* laborem
Nos ergà impendit multum. 7 salvere iubete
Andronicum, cum Iuniâ; *q̃* mihi sanguine iuncti
Qui existunt, mihi concaptivi quoq; fuerunt,
Inter Apostolicô iungentes munere qui sunt
Insignes, qui me sed & ante fuere priores
In Christô. 8 Salvere iubetote Ampliam, *amore*
In Domini mihi dilectum. 9 Salvere iubete
Vrbanum, nobis in Christo adferre suetum
Auxilium; Stachin mihi dilectumque. 10 Salutem
Exhibeatis Apelli, in Christi *ardore* probato.
Hosce salutetis *famuli* qui sunt ab Aristo-
bouli. 11 Cognatum salvete meum Herodionem.
His qui Narcissi sunt impertite salutem
De famulatû, his qui in Dominô sunt, aio 12 Salutem
Exhibeatis *tumq;* Tryphænæ, tumq; Tryphosæ,
In Domino strenuam quæ operam posuere. Salute
Persida doncris dilectam, quippe laborem
Pertulit in Dominô multum. 13 Donate salute
In Dominô Rufum selectum, deniq; matrem
Eius, itemq; meam. 14 Cum Asyncritô, habete Phlegon-
Harman. Patróban, Hermen, fratres etiamq; (tem
Cum simul hisce, salutatos. 15 Salvere iubentor

Act. 18. 2. & 3. & 26.

Deinde Philologus, & quoq; Iulia, Nereus & quæ
Huic soror est, & Olympa, & qui sunt cum simul illis
Omnes sancti. 16 Alijs alij cum mutuò *amore*
Exoptate salutem, *dantes* oscula sancta.
Christi vos salvere iubent Ecclesiæ. 17 At hortor
Vos (fratres,) qui sunt Authores dissidiorum
Atq; offendiculorum, quæ sunt præter eandem
Doctrinam quam vos didicistis, vt hos-ce notantes,
Observetis eos & declinetis ab illis.
18 Quandoquidem quotquot fuerint huiusce *farinæ*,
Servitio Domini nostri submittere nolunt
Se Iesu Christi, proprij sed ventris eorum.
Et per sermonem blandum, dulcem q; loquelam,
Corda *hominum* vafrè seducunt innocuorum.
19 Vestra etenim submissio permanavit ad omnes.
Quapropter, de vobis gaudeo; sed volo vosmet
Esse quidem quoadusq; bonum sapiendo peracres;
At quoadúsq; malum pollere in simplicitate.
20 Porrò Deus pacis Sathanam citò conteret ipsum
Sub pedibus vestris Domini *quæ est* gratia nostri
Iesu Christi *sit* cum vobis ipsamet. Amen.
21 Timotheus meus adiutor, vos atq; salutant
Lucius, & Iason, cum Sosipatrò, mihi *qui sunt*
Cognati. 22 In Dominô vos Tertius ipse saluto,
Qui *Pauli* sum scriptor Epistolæ *ab ore*. 23 Salutat
Vos Gaius meus hospes, qui totius & ipsius est Ecclesiæ, Et urbis Procurator
Quartus (qui *existit* frater) vos atque salutat. Evastus;
24 Ipsius Domini nostri quæ est gratia Iesû
Christi *permaneat* cum vobis omnibus. Amen.
25 Illi qui verò potis est vos constabilire firmos,
Ipsum Evangelium meum & illud porrò secundùm
Et Iesu Christi præconium, *idemq;* secundùm
Detectum arcanum tacitum per tempora *quondam*
Æterna. 26 At nunc est manifestâ *luce* retectum,
Et per scripturas quas prædixere Prophetæ,
Æterno

1.Cor.16.20 & 2.Cor.13.12. 1.Pet.5.14
2.Ioh.10.
Act.16.1. Phil.2.19.
Ephe.2.20.
Ephes.3.9. Col.1.26. 1.Tim.1.7. Tit.1.1.

Æterno mandante Deo, nunc vndiq; notum
Gentibus vt fidei submissio in omnibus esset.
27 Soli (*dico*) Deo sapienti gloria, Iēsum
Per Christum, sec'lorum in secula *redditor*. Amen

Hæc ad Romanos exscripta erat vrbe Corinthi,
Vnde ministeriò est hæc Phœbis Epistola missa,
Vt quæ in Cenchraeis Ecclesiæ erat illa ministra.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIOR.

Cap. I.

Incipit à lingua donisq; scientiæ in illis,
Concordes sapiant Christumque, superbiâ omissâ.

PAulus Apostolicum *qui munus obire* vocatus
Sum Iesû Christi, sicut diuina voluntas
Memet constituit, coniunctô Sosthene fratre.
2 *Hisce* Dei qui sunt Ecclesia, sanctificatis
In Christô Iesû, quæ existit in vrbe Corinthi:
Hisce vocatis (*inquam*) sanctis, cum omnibus illis,
Qui Domini nostri compellant nomen Iësû
Christi, & eis *Domini* & nobis vbicunq; locorum
3 Gratia vobis, Pax à nostro Patre Deôque,
Et Dominô Iesû Christô : 4 Grates ago semper
Huic, mihi qui Deus *est*, de vobis, gratiam ob illam
Diuinam, in Christô quæ vobis est data Iesû.
5 Ditati siquidem quòd in omnibus estis in ipsô
Linguis in quacunq; facultate esse loquentes:

Act. 15. 9.
1. *Thes.* 4. 7.
Rom. 1. 7.
Ephe. 1. 1.
Col. 1. 22
2. *Tim.* 1. 9.
Col. 1. 10.
& 2. 7.

Insuper in quavis doctrinæ cognitione.
6 Sic vt rebus in istis testificatio Christi
Phil.3.20. Confirmata erat in vobis. 7 Vt gratiâ in vllâ
Tit.2.13. Deficiat vobis nihil, exspectantibus vsq;
Dum patefactus erit Dominus *qui est* noster Iesus
1.Thes.3.13 Christus. 8 Qui simul & vos confirmabit adusq;
& 5.23. In finem, sine crimine condemnante Dei illâ,
Quando *ad iudicium* Dominus *qui est* noster Iesus,
Psal.138.8. *Adventurus erit* Christus. 9 Deus ille fidelis
1.Thes.5.24 *Est*, per quem *veraci* estis sub sorte vocati,
In consortium idem, communio quòd sit in eius
Ipsiūs Nato, Dominus *qui est* noster Iesus
Christus. 10 At obsecro vos (Fratres) per nomen Iesū
Rom.15.5. Christi, *qui est* Dominus nobis; omnes vt idipsum
Phil.3.16. Dicatis, non inter vos discordiæ & assint
Immò coagmentati sitis mente in eadem,
Et coadunati simul in sententiâ eadem.
11 Fratres quippe mei, constat mihi significatum
De vobis, ab eis qui sunt à Cloë tenentes;
Inter vos siquidem quòd sunt discordiæ obortæ.
12 Hoc autem dico quòd vestrûm quilibet inquit,
Act.18.24. Scilicet *unus*, Pauli ego sum; sed *ego alter* Apollo:
Ast ego *sum* Cephæ; sed ego *sum* Christi: *ait alter*.
13 Est numquid Christus divisus? Paulus an actus
Est ne cruci pro vobis? vel in nomine Pauli
Baptizati estisne? 14 Deinde meo ergò ago grates,
Propterea quòd baptizarim non ego quemquam
Act.18.8. E vobis præter quam Crispum, tum quoq; Gaium.
15 In nomen quisquam nè-quando dicere possit
Me baptizavisse meum. 16 Quin insuper immò,
Baptizavi etiamq; domum Stephanæ: tamen vltra,
Numne alium quenquam tinxi baptismatis vndâ;
Nescio. 17 Quandoquidem non mittebat Christus in istud
Infr.2.1.13 Non adeò memet baptismate tinctor vt essem,
Qui Evangelij sim promulgator at immò,
Gal.5.4. Dicendi *tamen hoc* minimè sermone peritô
2.Pet.1.16 In sapientia; vt haudquaquam reddatur inanis

Crux

Crux Christi. 18 Nam sermo crucis pereuntibus iste Rom. 1. 16.
Stultitia est equidem: Sed qui servantur, eisdem, Esai. 29. 14.
Nobis *nempe*, Dei virtus est. 19 Namq; abolébo,
Est scriptum, sapientiam, eis qui sunt sapientes;
E medióq; intellectû pollentibus ipsis
Tollam intellectum. 20 Sapiens vbi? Scriba vbi? Sæc'li
Disquisitor vbi istiûs? Nonne infatuavit
Ipse Deus sapientiam eam quæ est istius orbis?
21 Quandò Dei in sapientiâ enim non noverit orbis,
Esse Deum per eam *mundi* sapientiam; eidem
Complacuit Deo, vt hanc per stultitiæ *rationem*;
(*Vt visa est ipsis*) quam verbum prædicat eius,
Reddere participes credentes velle salutis.
22 Quandoquidem, simul & Iudæi signa requirunt, Mat. 12. 38
Et quærunt etiam Græci sapientiam. 23 At immò
De Christô tractat crucifixo concio nostra,
Iudæis equidem quæ offensio, stultitia atqui
Græcis *est*. 24 Veruntamen his *verisq;* vocatis
Et Iudæis *est*, Græcisq; potentia Christus
Ipsa Dei, atq; Dei sapientia. 25 Nam quod habetur
Stultitia esse Dei, longè est sapientior illâ
Quàm *quodcunq;* hominûm; Infirmumq; Dei quod habe-(tur
Viribus humanis est illud robore præstans.
26 Vestra vocatio quæ sit (fratres) namq; videtis,
Nequaquam multos sapientes *esse* secundum
Carnem, non multosque potentes, nobilitate
Insignes nequaquam multos. 27 Stulta sed immò
In mundô Deus elegit, confundat vt illos
Qui sapiunt: Quæ *sunt* infirma elegit & orbis,
Vt quæ insignia robore sunt, confunderet illa;
28 Et quæ in mundô sunt ignobilia, atq; putantur
Nulliûs precij, Deus hæc elegit; & ipsa
Quæ nequaquam sunt; quæ sunt aboleret vt illa.
29 Nè caro in ipsiûs conspectû iactitet vlla.
30 Ex ipsô verùm vos estis Christô in Iesû;
A Deô is existit siquidem sapientia nobis, Iere. 23. 5. 6
Et quoq; iustitia, & quoq; sanctificatio factus,

Atq;

Ier. 9.17. Atq; redemptio. 31 Vt illud fiat; sicut habetur
Scriptum; qui iactat, Domino iactabit in vno.

Capvt II.

Se facit exemplum, loquitur dum simplice more.
Ne spernat sapiens animalis spiritualem.

Act. 18.1. Sup. 1 17. & infr. 13. 2. Pet. 1. 16.

AD vos idcirco (fratres) ego quandò venirem;
Non per grandiloquum vani sermonis hiatum,
Aut ostentatû sapientiæ, in illa citando,
Vobis existunt quæ testificatio Christi.
2 Inter vos nec enim statui cognoscere quicquam,
Præterquam Iesum Christum, sed & hunc crucifixum.
3 Et fui ego infirmâ sub conditione redactus
Vos apud, atq; metû multô, simul atq; tremore.
4 Et nec sermo meus, mea deniq; concio, verbis
In sapientiâ erat suadelæ humanitus ortæ;
Sed demonstrando suadelam spiritualem,
Vimq; potentem. 5 Vestra fides vt non sit in illâ
*Humanâ hominum sapientiâ; at in virtute potenti
Divinâ. 6 Loquimur sapientiam, at inter adultos,
Istius sæc'li sapientiam at haud tamen illam,
Sed nec sæculi eam quæ eiusq; *est* illa potentûm,
Vt qui abolentur. 7 Quin Dei eam sapientiam at immò
Proloquimur, quæ *olim* secreta latebat opertè
In mysteriô, eam quam prædecreverat ante
Sæc'la Deus, nobis vt gloria contribuatur.
8 Istiûs sæc'li quam novit nemo potentûm.
Non crucifixissent etenim si gloriæ eundem
Novissent Dominum. 9 *Loquimur* (sed sicut habetur
Scriptum;) Quæ non vidit ocellus, non sed & auris
Audivit, non ascendere in cor hominisque,
Quæ Deus ante paravit amore colentibus, illum.

*Quæ est hominum

Esai. 64. 4.

10 At

10 At Deus *hæc* nobis fecit per spiritum aperta
Esse suum. Nam spiritus omnia, itemq; profunda
Ipsa Dei est scrutans. 11 Hominûm quis namq; ea novit,
Sunt quæ hominis, nisi in ipsô existens spiritus eius?
Sic etiamq; Dei quæ existunt, hęc nisi novit
Spiritus ipse Dei. 12 Nos verò accepimus illum
Non qui mundi spiritus est; sed Spiritum eundem,
Qui à *tribuente* Deo est: noscentes simus vt illa
Dona Deus quæ nobis ipse est gratificatus.
13 Quæq; etiam loquimur, non in sermonibus vllis
Doctis, quos sapientia quę est humana at in illis
Sunt, quos ille docet, qui est sanctus Spiritus *ipse*:
Hęc conjungentes quæ spiritualia constant,
Illis cum rebus, quę existunt spirituales.
14 Porrò, capax non est homo *qui est* animalis eorum,
Ipse Dei nobis quæ *sanctus* Spiritus afflat:
Stultitia illi sunt etenim, potis est neq; scire:
Iudicium subeunt quia spiritualiter illa.
15 Spiritualis qui verò est, dijudicat idem
Omnia; iudicium sed is est à nemine passus.
16 Quandoquidem, Domini mentem cognoverit ecquis,
Instructurus eum? Mentem nos Christi at habemus.

Supr. 1. 17.
2. Pet. 1. 16.

Pro. 27. 19.
Esai. 40. 13.
Sap. 9. 13.
Rom. 11. 34.

CAP. III.

Vitandi authores sectarum; quippe ministri
Simus quando Dei, Templô eius in ædificandô.

ATq; ego tanquam spiritualibus ista proferri
Non vobis (Fratres) potui, vt carnalibus immò;
Tanquā *nempe* in Christô infantibus. 2 Vtpote lactis
Vos potù, & non escâ alui; nec enim poteratis
Tùm, nec adhùc equidem, vel *ferre* etiamq; potestis.
3 Estis adhuc etenim carnales; quippe quod inter

Vos

Vos livor simul & contentio, dissidia & *sint*;
Estis carnales annon, hominesq; secundùm
Incedentes? 4 Quandoquidem quùm dixerit ecquis;
Ipse quidem *sum* Pauli: Ego *sum* verò alter Apollo:
Annon carnales estis? 5 Quis Paulus *is* ergò;
Is Vel Apollo quis est? Nisi *quòd sint immò* ministri
Eius, per quos *est concessum* credere vobis,
Vnicuiq; sed & sicut Dominus dedit illi.
6 Ipse ego plantavi, *plantata* rigavit Apollos:
Atqui tum verò tribuit Deus incrementum.
7 Ergò, nec est aliquid plantator, sive rigator;
Sed Deus est vegetandi vim qui crescere donat.
Psal.62.12. *Gal.6.5.*
8 Sunt atqui-verò qui plantat, qui & rigat vnum:
Vnusquisque sui (sed *conditione* laboris,)
Mercedem accipiet propriam, sua facta secundùm.
9 Participes operis qui namq; Dei sumus; arvi
Vos cultura Dei, structura Dei estis & ædis.
10 Iuxtà gratiam eam mihi quæ concidetur, (ac si
Qui prudens fuerim primarius ædificator,)
Fundamen posui, superædificat tamen alter.
Quomodo sed superædificat, quiscunq; videto.
11 Nam, potis est aliud fundamen ponere nemo,
Illud preter quod positum est, ipsum quod Iesus
Est Christus. 12 Quod si super-ædificet super istô
Fundamentô quisquam, aurum, argentum, pretiosos
Gemmarum lapides, ligna, *aut* fœnum, stipulamve;
13 Vniùscuiusq; opus apparebit apertè;
Quippe dies monstrabit: Nam retegetur in igne:
Quale sit atq; opus, hic ignis cuiusq; probabit.
14 Cuius opus si (quod superædificaverit) illud
Manserit; accipiet mercedem. 15 Cuius opus si
Exustum fuerit; damnum faciet: tamen ipse
Asservandus erit, sic tanquam per tamen ignem.
Infr.6.19. *2.Cor.9.16.*
16 An vos esse Dei Templum nescitis? Et eius
Quippe Dei in vobis habitat quòd spiritus? 17 Ecquis
Si Templum violare Dei tentaverit istud,
Ipse Deus disperdet, eundem: Namq; sacratum

Hocce

Hocce Dei est Templum, quod vos existis ipsi.
18 Nemo seipsum sit seducens: si *sibi* quisquam
Inter vos sapiens sæc'lo esse videtur in istô;
Hic stultus fiat; sapiens *sed* fiat vt *idem*.
19 Istius mundi sapientia stultitia ipsa
In conspectû namq; Dei est. Extat quia scriptum; — *Iob.5.13.*
Comprendit sapientes in versutiâ eorum.
20 Et rursum; Dominus sapientûm mente voluta
Quæ existunt; eadem nisi vana existere novit
In natis hominum non ergò iactitet vllus — *Psal.94.20*
Gloriolam captans. Siquidem sunt omnia vestra;
Seu Paulus, vel Apollo, aut Céphas, seu quoq; mundus,
Aut vita, aut mors, seu præsentia, sive futura;
Quæcunq; existentia sunt, sunt omnia vestra;
Vos atqui verò Christi: Christus Dei at immò.

CAP. IIII.

Vera ministerij censura; superbia fallit;
Qualiter officio fungatur, quidq; requirat.

SIc homo de nobis reputet, velut *esse* ministros
Christi, pro ipsius dispensatoribus atque,
Est quibus ad celebranda Dei mysteria munus.
2 Quod superest tum porrò requiritur *illud*, vt inter
Dispensatores existat quisq; fidelis — *Mat.7.1.2.*
Comperiendus. 3 Pro minimo verùm mihi constat,
Quòd dejudicer à vobis à iudiciô-ve
Humanô: dijudico qui non immò me-ipsum.
4 Nulliûs mihi namq; rei sum conscius: atqui
Iustificatus propterea non sum tamen ex hoc
Est autem Dominus qui me dijudicat ipse. — *Mat.7.1.*
5 Ante igitur tempus nequaquam iudicet vllus — *Rom.2.1.*
Vestrorum quicquam, quoadusq; accesserit est qui

Illustra-

Illustraturus Dominus, quæ occulta latendo
In latebris densis tenebrarum dilituere,
Consilia & faciet manifesta in cordibus *esse*;
Tunc etiam demùm laus vnicuiq; erit inde
A *referente* Deô. 6 Sed (*fratres*) ista figurâ
Quæ dixi quâdam traduxi memet adipsum
Atq; ad Apollo, propter vos; discatis vt exhinc,
In vobis, supra quàm scriptum est nè sapiatis,
Vt nè alius prò alio inflati sitis in alt'rum.
7 Te quis enim discernit? Habes quid porrò; nec illud
Ante receperis? Atqui etiam si erat *ante* receptum
A tete; quare *tum* gloriolando superbis,
Ac-si nequaquam dono perceperis *illud*?
8 Iam saturati estis, facti nunc estis abundi,
Vtpote qui regnum sine nobis estis adepti:
Atq; vtinam sanè, quod regnaretis, vt vnà
Et nos vobiscum regnemus. 9 Nos puto namq;
Proposuisse Deum, qui essemus Apostoli in ævô,
Postremô ostensi, morti nos esse dicatos.
Quandoquidem facti sumus aspectacula mundi,
Angelicis & spiritibus, natis hominumque.
10 Nos stulti propter Christum. Sed vos sapientes
In Christo, infirmi nos, sed vos robore firmi:
Vos in gloriâ abundi, at nos ignominiosi.
11 Tempus adusque etiam præsens sumus esurientes,
Et sitientes, & nudi spoliamur amictû,
Cædimur & colaphis, incertis atq; vagamur
Sedibus. 12 Et proprijs manibus perferre laborem
Cogimur; affecti probris, benedicimus *illis*;
Pressuras patimur, ferimus patienter *easdem*.
13 Vocibus impetimur blasphemis, *fausta* precamur:
Purgamenta velut mundi facti sumus huius,
Omnium *&* *vt* sordes, in præsens tempus adusque.
14 Non vt suffundens vos isthæc scribo pudore;
Admoneo verùm, tanquam charos mihi natos.
15 Namq; decem vobis quantumvis millia habetis,
Qui vos in Christô præceptis instituissent;

Act. 20. 34.
1. *Thes.* 2. 9.
2. *Thes.* 3. 8.
Mat. 5. 44.
Luc. 23. 34.
Act. 7. 60.

Multos

Multos *qui vobis sunt* patres, non sed *habetis*.
Quippe, per ipsum Evangelium generavi ego vosmet,
In Christô Iesû. 16 Precor *hoc* vos ergò sequaces
Este mei. 17 Quare, ad vos misi Timotheum, illum
Qui meus est dilectus Filius, atq; fidelis
In Dominô; Qui vos memores reddendo monebit.
In Christô quænam mea sunt vestigia; sicut
Edoceo in quâcunq; Ecclesiâ, vbiq; locorum.
18 Sed quasi non ad vos ego sim venturus; inanè
Inflantur quidam. 19 Verùm veniam cito vosmet
Invisurus, si Dominus volet, & mihi nota
Illorum non sunt modo verba, sed ipsa futura
Virtus est istorum qui iactando tumescunt.
20 Regnum namq; Dei non in sermone *repositum*,
In virtute sed est. 21 Quid vultis? mene venire
Ad vos in virgâ? charô veniam vel amore,
Spiritu & in leni qui mansuetudine flectit?

Act.18. 21. & 19. 21. Iac.4.15.

Cap. V.

Arguit incesti tolerati, dat Sathana illum:
Vivendum purè, vitandi sunt vitiosi.

OMninò auditû fertur scortatio quòd sit
Inter vos, eiusmodi &, scortatio, qualis
Inter nec Gentes vel fando audire licebit;
Sic adeò quis vt vxorem *sibi* patris haberet.
2 Vos etiamq; inflati estis, potius nec & immò
Luxistis, de vobis sustollatur vt ille
E mediô, facinus qui perpetraverit istud.
3 Ipse atenimverò velut absens corpore, præsens
Spiritû at existens, iam iudiciô (velut essem
Præsens) decrevi, qui est sic operatus, vt ille,
4 (Vobis atq; (meô conjunctô spiritû) in vnum

Levit.18. 8

Col.2.5.

Cœtum

Cœtum collectis, ipsiûs nomine, noster
Qui est Dominus Iesus Christus; virtute potenti,
1.Tim.1.20 Cum Domini nostri Iesû Christi,) 5 *Hic hemo (dico)*
Qui est eiuscemodi, Sathanæ tradatur vt ille,
Gal.6.9. Carnis ad interitum, quò salvus spiritus eius
Sit Domini die in illô. 6 Non iactantia vestra
Est bona. Nescitis fermentô massa pusillô
Fermentata quòd est ab *eodem* tota? 7 Proinde
Expurgate vetus fermentum, quò nova massa
Sitis, fermento immunes velut estis *ab omni.*
Pascha etenim nostrum pro nobis sacrificatum
Scilicet est Christus. 8 Festum quocirca agitemus
Non in fermentô veteri, mentisve malignæ,
Atq; etiam pravæ fermentô, *panibus* atqui
Non fermentatis; sinceræ *qui* integritatis
Existunt panes doctrinæ denicq; veræ:
Mat.18.17. 9 Vobis scripsi in Epistolâ, vt haud commistio vobis
2.The.3.14 Existat cum scortatoribus. 10 Attamen *istud*
Non *aio*, omninò, cum scortatoribus huius
Mundi, cum vel avaris, sive rapacibus, aut cum
Illis ipsorum qui sunt Idola colentes;
Exire è mundò debetis quin alioqui.
11 Nunc autem scripsi vobis, commistio nulla
Vt sit, *id est* si quis sic fratris nomine dictus,
Qui foret idem *seu* scortator. qui vel avarus,
Aut Idolorum cultor, convitia sive
Spargens, aut ebriosus, vivens sive rapinis;
Cum quocq; vitijs infectô talibus, (*inquam,*)
Nè prorsus sitis comedentes. 12 Quid mea namq;
Intererit, qui sunt externi, iudicem vt ipsos?
Annon Iudicium de his qui sunt intùs habetis?
13 De externis autem, Deus illos iudicat. Ergò,
Istum de mediò sceleratum tollite vestrûm.

Cap. VI.

Reprehendit lites, & libertatis abusum,
Corpora Templa Dei, Deus illis glorificandus.

AUdeat anne aliquis tractando negotia vestrûm
Adversus quemquam de iudiciô experiundô,
Iudicibus sub iniquis litem in iure movere,
Ac non sub sanctis? 2 Anne ignoratis & orbem
Iudiciô sancti censebunt? Orbis & iste
Si sit iudiciô vestrô censendus, an estis
Iudicijs minimis indigni iure ferendô?
3 Iudicia anne ignoratis nos nostra daturos
Angelicis etiam de spiritibus? minùs ergò
Convenit, his vt iudicium de rebus ad vsum
Huius, quæ vitæ spectant, non ferre queamus?
4 Iudicia ergò quidem si habeatis rebus in istis,
Quæ vitæ nostræ spectabunt huius ad vsum,
Constituatis eos qui extremæ classis habentur
In sacrô cœtû, pro iudice substituendô.
5 *Hoc* dico vobis vt vos *exinde* puderet.
Siccine? Non inter vos est sapientior vllus?
Non equidem superest vnus ius reddere fratres
Posse suos inter? 6 Frater cum fratre sed eius
Iuditiô expertus, contendit lite forensi?
Idq; sub his qui non *in religione* fideles
Existunt? 7 Ergò nunc est defectus ob istud
Omninò, idcircò, quòd habetis iudicia *ista*
Inter vos ipsos. Cur non iniuria passa
Est magis à vobis? Cur damnum non mage fertis?
8 Quin immò à vobis *alijs* iniuria fertur,
Afficitis damnôq; etiam, simul hoc quoq; fratres.
Iniustos nescitis num non esse fruendo
Iure Dei regni? Ne vos seduxerit error;

Mat.5.39.
Luc.6.29.
Rom.12.19.
1.Thess.4.6.
Ephes.4.25
1.Tim.1.9.

10

Nec scortatores, qui aut sunt Idola colentes,
Nec *qui sunt* mœchi, neq; molles, concubitores
Sed neq; cum maribus; 10 Neq; fures, sed nec avari,
Neuve ebriosi, aut obtrectantes, neuve rapaces,
Hæredûm regni Divini iure fruentur.
11 Hæc olim qui damq; fuistis, sed tamen estis
Ephes.2.12. Abluti, sed & insuper estis sanctificati,
Tit.3.3. Iustificati porrò sed estis, nomine Iesû
1.Pet.4.3. In Domini, (Deus *est qui* & noster) Spiritû in ipsô.
12 Cuncta licent mihi, non veruntamen omnia prosunt:
Inf.10.23. Cuncta licent mihi, at immò rei sub nullius ipse
Iure potestatis redigendus ero. 13 *Quòd ad* escas
Eccle.37.27 *Sunt* pro ventre, *volunt* pro ipsis *est* venter & escis,
Atqui tum verò Deus hunc abolebit, & illas.
Non scortatui at immò corpus, sed Domino illud,
Corpori item Dominus tum verò etiamq; dicandum.
14 Ipse Deus sed & excivit Dominum; simul ille
Eius & excibit nosmet virtute potenti.
15 Membra quòd existunt Christi, num, corpora vestra,
Rom.6.5. Ignoratis? Numquid tollens membra ideòq;
Christi, *vt sint* faciam meretricis membra *futura*?
Absit. 16 An ignoratis, quod qui semet adhærens
Miscet cum meretrice; hic *cum meretrice* fit vnum
Corpus? Dicit enim; Duo qui fuerant, caro sunto
Gen.2.24. Vna. 17 Sed is Domino qui sese agglutinat, ille
Mat.19.5. Cum simul ipsò est vnus spiritus. 18 Effugitote
Mar.10.8. Scortatum. Quod homo peccatum fecerit omne,
Ephe.5.31. Est extra corpus; Quisquis scortatur at, idem
In proprium corpus peccatum perpetrat eius.
Supr.3.16. 19 Ignoratis numquid vestrum corpus an esse
2.Cor.6.16. Eius Templum, qui est in vobis Spiritus Almus,
A *donante* Deo quem vosmet habetis, & estis
Infra 7.23. Non vestri iuris? 20 Preciò estis quippè quòd empti:
1.Pet.1.19. Glorificate Deum quocircà in corpore vestrô,
Spiritû & in vestrô, *sunt namq;* Dei ipsius ista.

Cap.

Cap. VII.

Coniugij contra scortatum amplectere vinclum,
Leges coniugij, libertas virginitatis.

ATqui tum verò, scripsistis de quibus ad me,
Esse viro expediens attingere non muliebrem
Sexum: 2 Scortatus *vitandos* propter & immò,
Vxorem sibi quisq; suam de propriò habeto;
Atq; habeat proprium sibi fœmina quęq; maritum.
3 Vxori sua iura maritus debita solvens
Retribuat, parili ratione vxorq; marito. 1.Pet. 3. 7.
4 Iura potestatis de corpore non habet vxor
Ipsiûs propriô; sed vir: pariter quoq; nec vir
Corporis ipse potestatem eius, at hanc habet vxor.
5 Alter at haud altrum fraudantes este, nisi illud
Ex consensû ad tempus *fit*, ieiunio habendo,
Posse etiam precibus fundentes esse vacantes:
Conveniatis item rursùm; nè quando Sathânas
Vos tentet, vestræ respectû lubriciei.
6 Ex concessû (dico sed hoc;) non more iubentis.
7 Vellem namq; omnes homines essent, vt & ipse;
A Deo at vnusquisque suum proprium sibi donum
Possidet; hoc equidem sic vnus, sic tamen alter.
8 Cœlibibus verùm dico, viduis etiamque,
Esse bonum, maneant si sicut ego: 9 Sed ij si
Se non contineant; iungantur amore iugali:
Connubiô iungi quùm præstet, quam quis vt vrat.
10 His autem qui connubij sunt fœdere iuncti,
Non denuncio ego, Dominus *denunciat* immò; Mat. 5. 32.
Vxor nupta viro minimè se separet ipsam: & 19. 6.
11 At si semet separet hæc, innupta maneto, Mar. 10. 11
Sive suo rursum sit conciliata marito. Luc. 16. 18.

Vxoremq; suam nec vir dimittere debet.
12 Ast ego, non Dominus reliquis *hoc* inquio; Quod si,
Vxorem quis frater habet, nec *eamq;* fidelem,
Cumq; illô si habitare simul consentiat ipsa;
Illam non dimittito. 13 Si sed & vxor habebit
Vlla virum, qui non est ipse fidelis; at idem
Si consentiat vnà cum illâ habitare; nec illa
Ipsum dimittat. 14 Vir enim non ipse fidelis,
Sanctificatus in illius est vxore fideli:
Inque maritô est sanctificata, nec ipsa fidelis.
Quin alioqui, certè vestri filij *habendi*
Essent impuri; nunc sancti sunt tamen illi.
15 Quod si incredulus ipse velit discedere ab illâ;
Discessum faciat. Si quidem, quùm sit neq; frater,
Sive soror servire obnoxia, *rebus* in hisce:
Atqui nos verò Deus esse in pace vocavit.
16 Quandoquidem (mulier,) novisti nunquid an hunc sis
Servatura virum? Vel nosti vir quid, an illam
Vxorem servare queas? 17 Vt cuilibet autem
Partitus *donum* Deus est, Dominus velut ipse
Vnumquemq; vocavit; sic incedat in illô.
Sic etiamq; in coetibus omnibus ordino sacris.
18 Circumcisus numquid an est aliquisne vocatus?
Ne præputium is attrahat. In præputiô an vllus
Estne vocatus? *Item*, non circumcisus is esto.
19 Est nihil isthæc circumcisio, nihil istud
Est præputium, at ipsa Dei observatio verò
Mandatorum. 20 Quilibet in quâcunq; vocatus
Sorte sit; hic in eâ maneat. 21 Fueras-ne vocatus
Quùm fueras servus? Nequicquam sit tibi curæ:
Si potes at liber fieri, magis vtitor immò.
22 In Dominô servus fuerit qui namq; vocatus,
Est Domini libertus: item liberq; vocatus,
Est Christi servus. 23 Precio constitis empti;
Servi hominum fieri nolite. 24 In quô ipse vocatus
Vnusquisq; fuit, (fratres,) persistat in illô,
Ante Deum. 25 De virginibus non est mihi verò
Præceptum

Ephe.4.1.
1.Tim.6.1.
Supr.6.20.
1.Pet.1.19.

Præceptum Domini; sed do quam censeo normam,
Vt qui sum donum Domini miserantis adeptus,
Fidus vt esse queam. 26 Nunc ergò bonum arbitror esse
(Quod de præsenti sit conditione) necesse,
Vt sit sic homini esse bonum, *sed* tempus ad instans.
27 Vinctus es vxori, ne quæras esse solutus.
Solveris abs vxore? Vxorem quærere noli.
28 At nec peccasti si vxorem duxeris: & si
Virgo nupserit; haud peccavit: sed tamen hi qui
Sunt huiusce modi, pressuram carnis habebunt.
Sed vobis ego parco. 29 Fratres hoc tamen aio,
Tempus contractum est: superest *exinde futurum*:
Vxores vt habentes sint, ac si nec habentes:
30 Et qui flent, similes ac si non flentibus essent:
Et *sint* qui gaudent, tanquam non gaudia habentes:
Sint qui & emunt, velut hj quibus haud possessio cessit:
31 Quiq; hôc mũdô vtuntur, vt haud qui vtuntur abvsu.
Istius mundi quia præterit ipsa figura.
32 Vos at enim cupio sine solicitudine sitis.
Qui vivit cœlebs, Domini quæ sunt ea curat,
Solicitus domino sit quomodo complaciturus.
33 Vxorem verô qui duxit, curat is illa
Quæ mundi existunt, sit quomodo complaciturus
Vxori. 34 Discretæ sunt, ea quæ vxor, & illa
Quæ virgo *est*. Quæ innupta existit sollicita hæc est
De rebus quæ sunt Domini, quò sancta sit illa,
Tumq; *in* corpore, tumq; *in* spiritû: At *altera*, nupta,
Curat quæ mundi existunt ea, quâ ratione
Sit placitura viro. 35 vestro istud commodo at aio:
Nequaquam laqueum vobis velut inijciendo
Ast vt adhærendo Domino pro more decenti
Et concinnô obstare queat distractio nulla.
36 Quod si quis non esse decens existimat esse,
Ætatis florem superarit si sua virgo;
Sic & oportebit fieri; quod vult agat illud;
Non peccat: iungatur fœdere connubiali.
37 At qui in corde suô stat firmus, qui nec adactus

Esse necesse sibi ducit, cui libera verò
Arbitrij proprij manet *hinc aut inde* potestas;
Atq; in corde suô statuens decreverit *istud*,
Virginem vt ille suam servaret; idem bene præstat.
38 Quapropter qui nuptûm dat, facit is bene: verùm
Is qui nuptum non dat *eam*, melius facit ille.

Rom. 7. 2.

39 Vxor lege ligata manet, quô tempore vivit
Eius vir; Quod si vir is obdormiverit eius;
Libera facta est ad nubendum cui velit illa:

1. Thes. 4. 8.

In Dominô tantùm. 40 Tamen illa beatior est, si
Sic maneat, iuxta id, mea quod sententia dictat.
Spiritum itemq; Dei puto verò memet habere.

Cap. VIII.

Ne libertatis prætextû offensio datur,
Infirmos alias fratres peccemus in ipsos.

Inf. 12. 2.

AT de *rebus* ijs quæ Idolothyta litantur
Notitiam cognoscimus omnes nos quôd habemus,
Notitia inflat, at ædificat dilectio chara;
2 Si quis at est, aliquid *sibimet* qui scire videtur;
Nondum cognovit quicquam cognosse vt oportet.
3 Diligit immò Deum si quisquam; cognitus iste
Est ab eô. 4 Quapropter de escis sacrificatis
Idolis; nihil Idolum cognoscimus *esse*
In mundô, nullumq; alium *esse* Deum nisi *tantùm*
Vnum 5 Namq; etsi Dj qui dicantur ijdem,
Et simul in cœlo, sint in tellure simulque;
(Sic, vt Dj multi existunt, Domini quoq; multi,)

Ioh. 13. 13.

6 Nobis attamen est Deus vnus, *qui est* pater ille,
Omnia consistunt à quô, nos ipsi & in ipsô:
Vnus item Dominusq; *existit* Iesus Christus,
Omnia *consistunt* per quem, nos atq; per ipsum.

Noticia

7 Noticia atq; verò haud extat in omnibus illis:
Sed quorum mens est de Idolô conscia, quidam
De Idolis comeduni oblatô; tempus ad istud;
Quum mens illorum male conscia facta sit ipsis
Infirma atq; ita mens contaminat ipsa seipsam.
8 Porrò, Deo commendat nos non attamen esca,
Si vescamur enim, magis haud erimus vel abundi,
Aut erimus, si non vescamur pauperiores.
9 Sed videatis ne quô pactô vestra potestas,
His foret offensæ, qui infirma mente laborant.
10 Nam qui talis erit, si quisquam fortè videbit,
Idoli in Templo mensis accumbere te, qui
Notitiam, retines; nonne huic qui mente laborat
Infirmà, sua conscia mens, (vescatur vt ille
Idolo oblatis,) instructior est ad edendum?
11 Notitiâq; tuâ tener hic fraterculus istâ
(Est Christus propter quem mortuus) anne peribit?
12 Sic autem in fratres peccantes, vulnus & estis,
Infligendo animis illorum (conscia quorum
Mens infirma pavet,) Christum peccatis in ipsum.
13 Quare, si esca meum fratrem me offendere reddit;
Vescar in æternum non vllis carnibus vnquam;
Nè sim causa meo vel ille fratri offensio facta.

Rom. 14. 21.

Cap. IX.

Semet vt exemplum, legem proponit & ipsam;
Currentem in stadio, certantem proq; corona.

NVmquid Apostolicô non fungor munere? Numquid
Non sum liber? Numquid contemplatus Iesum
Non Christum Dominum sum nostrum? Vos opus estis,
Nonne meum in Domino? 2 Si alijs nec Apostolus essem,
Attamen hoc certè sum vobis: Tessera quippe,

Vosmet Apostolici mihi muneris estis habendi,
In Domino. 3 Qui in me inquirunt; defensio ad hos est
Hęc mea. 4 Nonne potestatem vt vescamur habemus,
Atq; bibamus? 5 Nonne potestatemq; sororem
Vxorem circunducendi nosmet habemus
Sicut Apostoli habent etiam reliqui, Dominiq;
Qui sunt fratres, & quoq; Cephas? 6 Numne ego solus,
Barnabasq; potestatemq; non *hanc* habeamus,
Quòd *solus nobis* non posse vacare labori
Non licet? 7 Accipiens stipendia propria miles
Nunquid an est quisquam, qui gratis militat vnquam?
Quis plantat vinetum non manducat, & eius
De fructu? Quis sive gregem per pascua nutrit;
Et non est de lacte gregis pascendo seipsum?
8 Iuxta hominum morem loquor hæc? & non ait hęc lex?
9 Scilicet, est scriptis in Mosis lege relatum

Deut.25.2. Ora bovi trituranti nolito ligare

1.Tim.5.18 Est ea cura boumne Deo? 10 Nos propter an istud,
Omnino dicit? Propter nos istud habetur
Quandoquidem scriptum, Quod arans debebit arare
Sub spe; qui pariter sub spe triturat oportet,
Hic vt trituret, spe fructus percipiendi.

Rom.15.27. 11 Semina si nobis nos demandavimus illa,
Quæ sunt spiritualia; si nos illa metamus
A vobis *rursum* quæ sunt carnalia; magnum est?
12 Ergà vos alij sua sunt si participantes
Iura potestatis; Numquid non nos magis immo?
Istô iure tamen nequaquam nos sumus vsi,
Omnia sufferimus sed, vt interruptio non sit
Christi Evangeliô per nos quæcunq; retardans.

Deut.18.1. 13 An nescitis eos sacris qui operantur, vt illi
Talia manducant, quæ de sacrario habentur?
Quique ministrantes altari sunt, ea sacra
Participant cum altari? 14 Itidem sic constituebat
Et Dominus pro Evangelij præconibus; illi
Vt vivant de Evangeliô. 15 Quamvis ego nullô
Ex his vsus sum, Scripsi non tamen ista

Fiat

Fiat vt in me sic. Hoc namq; bonum mihi præstat
Vt moriar potius, quàm quisquam reddat inanem
Hanc mihi gloriolam. 16 Si promulgavero quippe
Ipse Evangelium, non est quòd glorier *inde*;
Officij quando incumbit mihi namq; necesse.
Væ mihi at est, si Evangelium proferre *recusem*.
17 Hoc etenim si præsto volens; mercede rependor:
Si invitus; mihi dispensatio credita restat.
18 Est igitur mihi quæ merces, narravero demùm
Quando Evangelium, dùm gratuitum facio esse
Christi Evangelium, dum sumptus exigo nullos,
In*que* Evangeliô iure hocce meô vt nec abutar.
19 Quandoquidem, quantumvis liber ab omnibus essem,
Me servum feci nihilominus omnibus esse,
Plures *nimirum* lucrari quò potis essem.
20 Iudæis tanquam Iudæus, sum quoq; factus,
Vt facerem lucri Iudæos: lege sub his qui
Existunt, ac si fuerim sub lege *redactus*,
*Quum tamen intereà legi non ipse subessem,
Hos qui sub lege existunt, lucrarer vt illos.
21 Ipsis qui existunt sine lege, *fui* velut exlex:
(Non sine lege Deo;) Christo sub lege sed essem;
Illos vt lucri facerem qui sunt sine lege.
22 Infirmis velut infirmus sum factus, vt ipsos
Infirmos lucrarer. Sum omnibus omnia factus,
Vt salvos aliquos omninò reddere possem.
23 Propter verò Evangelium facio istud, vt eius
Consors vnà cum simul illis deniq; fiam.
Anne ignoratis, qui currunt in stadiô, omnes
Currere eos equidem, bravium tamen accipit vnus?
Currite sic, vt comprehendatis. 25 Quisquis at immò
Qui contendit, ab omnibus abstinet. Et fit ab illis
Hoc equidem, corruptibilem se posse corónam
Prendere; nos sed eam, quam non corruptio lædet.
26 Non vt in incertum quocircà, sic ego curro:
Sic ago me pugilem, veluti non aëra cædens.
Corpus sed contundo meum, redigo sed & ipsum

Act. 16. 3.
Gal. 2. 3.
*In vulgari & aliquibus paucis Græcis.

Spiritui

Spiritui inservire, alijs dum prædico; fiat
Ipse modò quòquam nè reiectaneus essem.

Cap. X.

Exemplo terret veterùm, mysteria habent' ùm,
His sed abutentum; quæ post hæc scandala vitent.

Exod. 13. 21 Num. 9. 18. NOlo autem (fratres) vos ignorare, quòd omnes
Nostrates illo patres sub nube fuerunt,
Per mare & omnes transivere. 2 In Mose simulq;
Exod. 14. 16 Baptizati omnes in nube, mariq; fuerunt.
22 3 Escam omnes edere & eandem spiritualem,
Exod. 16. 15 4 Omnes atq; biberunt potum spiritualem,
Exod. 17. 6. Hunc & eundem. Qui de petrâ spirituali
Num. 20. 10 Namq; sequente bibebant. At fuit hæc petra Christus.
& 21. 16. 5 Sed plerosq; Deus non acceptavit eorum:
Num. 26. 65 Vtpote, prostrati in desertô quandò fuerunt.
Num. 11. 4. 6 Atqui tum verò nostri ista fuere figuræ;
& 26. 64. Res ne-quandò malas nos concupiamus, vt illi
Psa 106. 14 Concupiere. 7 Idololatræ estote nec ergò,
Exod. 32. 6. Illorum sicut quidam, (scriptum velut extat;)
Ad manducandum sedit, populusq; bibendum,
Rursus surrexerunt, ludis posse vacare.
8 Sed nec scortemur, scortati sicut eorum
Num. 25. 9. Quidam sunt, vnô quorum cecidere dieq;
Viginti tria millia. 9 Tentantes neq; simus
Christum; tentaverunt quidam sicut eorum:
Num. 21. 6. Qui simul & perierunt, à serpentibus *icti*.
Psa. 106 14 Murmura neuve edatis, quidam sicut eorum
Num. 14. 37 Murmura miscebant, atq; à vastante peribant.
11 Evenerunt hæc typicè quæcunq; sed illis;
Vt verò nos admoneamur, scripta fuerunt,

In quos venerunt sæc'lorum denique fines.
12 Ne cadat ergo, sibi videat, qui stare videtur.
13 Non nisi vos quæ humanitus est tentatio cœpit.
Est Deus immò fidelis, qui permittere nolit,
Vos tentari, suprà quam quod ferre potestis;
Vnà sed præstabit cum tentamine salvum
Eventum; Vos evadendo vt sustineatis.
14 Dilecti (ergo) mei, culturam defugiatis
Idolis factam. 15 Loquor vt prudentibus, ipsi
Iudiciô, quod dico, vos perpendite vestrô.
16 Nonne calix benedicendi, benedicimus eccui,
Sanguinis est Christi communio? Panis an ille
Quem nos frangimus, is non est communio Christi
Corporis? 17 Vnus panis, corpus quòd sumus vnum
Multi; ex vnô pane quod omnes participamus.
18 Israelem contemplantes esse secundum
Carnem: Nunquid non sunt illi participantes
Altaris, quotquot comedunt oblata in eôdem?
19 Ergo, quid dico? Idolum aliquid vel an esse?
Esse aliquidve quod Idolis offertur? 20 At immò,
Dico; quæ existunt oblata à Gentibus, esse
Dæmonijs eadem, non *esse oblata* Deoque.
Consortes autem nolim vos dæmoniorum
Esse. 21 Potestis enim calicem non esse bibentes
Qui est Domini, calicisq; etiam *qui est* dæmoniorum.
Participes mensæ Domini non esse potestis,
Atq; etiam mensæ *quæ existis* dæmoniorum.
22 Anne ad zelandum Dominum irritamus? An illi
Robore præstamus? 23 Mihi sunt licita omnia: verum — *Supr. 6.12.*
Omnia non prosunt. Mihi sunt licita omnia, sed non — *Eccle. 37.27*
Quælibet ædificant. 24 Nemo proprium sibi quærat
Quisq; sed alterius verum quod *ad vtile tendit*.
25 Manducate cibi quicquid venale macellô
Nil percontantes, nè mens male conscia fiat.
26 Est etenim Domini tellus, completio & eius.
27 Vos vocat at si quis, non *religione* fidelis; — *Psal. 24. 1.*
Et vultis proficisci; manducabitis omne

Appositum

Appositum vobis quod sit,(mens conscia ne sit)
Percontando nihil. 28 Quod si quis dixerit, hoc est
Idolis mactatum : ne comedatis , ob illum
Qui narrauit,ob hunc etiam cui conscia mens est.
Tellus est eterum Domini,repletio & eius.
29 Non dico at,tua conscia mens; sed quæ sit alius:
Nam mea libertas cur condemnatur,ob illam
Alterius quæ sit mens conscia? 30 Quòd si ego verò
Participo per gratiam;ob id cur impius (ergo)
Iudicor ex isto,pro quô me præbeo gratum?
31 Quapropter,seu manducetis,siue bibatis,
Seu quicquam facitis Dei in (omnia)gloriam agatis.
32 Absq; offendiculô Iudæis, & quoq; Græcis,
Ipse Ecclesiæ & este Dei. 33 Veluti simul isto
Omnibus ipse,placere per omnia,non mihi quod sit,
Sed quod multis(vt serventur)id vtile quærens.

Col.3.17.

Cap. XI.

Ordo prophetantium, vestitus
mosq; precantium
Ad Sacram Coenam sit
quomodo conveniendum.

Inq; precantibus, in cœna sacraq; synaxi.
Hisce reformatis,donantur ad ædificandum.

2.Thes.3.9.
Ephes.5.23.

Este mei (velut atq; ego Christi existo)sequaces.
2 Sed vos laudo,mei memores quòd in omnibus estis,
Tradidi vt & vobis,retinetis traditiones,
(Fratres.) 3 Sed vos nosse velim, Christum caput esse
Cuiuscunq; viri; Caput immò virum mulierclæ.
Insuper ipsum porrò Deum Christi caput esse.
4 Incumbens omnis precibus vir,siue prophetans,
In capite ecquid habens,probrô caput afficit eius.
5 Orans verò fœmina quævis,siue prophetans,
Dedecorat caput illa suum,si non sit opertum:
Est namq; vnum & idem velut ac si rasa vel esset.
Nam si non mulier velatur;sit quoq; tonsa:

Quod

Quod si turpe est vt sit tonsa, aut fœmina rasa;
Velétur. 7 Quoniam minimè vir debet habere
Velatum capucc eius, quando vir sit Imago,
Gloria & ille Dei; muliercula gloria verò
Quando viri, 8 Vir de mulierc'lâ quippe quòd haud est;
De virô atque mulier. 9 Siquidem non conditus est vir
Pro mulierc'la: at immò virum muliercula propter.
10 In capite ergo potestatem muliercula habere,
Debet *id est velum viri vt illud tegmen inumbrans*,
Angelicos propter legatos, *nempe Prophetas*.
11 Absq; tamen mulierc'la non vir fœmina neuve
Absq; viro, in Domino. 12 Nam sicut fœmina de ipsô
Existit virô; ita est etiam vir per mulierc'lam:
Omnia Divinô verùm de numine *[illegible]*.
13 Iudiciô in vestrô censete, est hocnè decorum,
Fœmina non velata Deum, si quando precetur?
14 An natura quidem non istud vos docet ipsa,
Dedecus esse viro, si existeret ille comatus?
15 Esse decori, quandò comam sed fœmina nutrit?
Illi pro velamine dantur namq; capilli.
16 Litigiosus si quis porrò videbitur esse;
Vtimur haudquaquam nos consuetudine tali,
Imò Dei *quæ sunt* Ecclesiæ eæ neq; *tali*.
17 Istud sic verò denuncio non *quasi* laudans;
Quod non in melius, sed peius conveniatis.
18 Quandoquidem, primùm, quum conueniatis in ædem
Sacri conventus; scissuras audio oriri
Inter vos; aliquam quarum partem quoq; credo.
19 Namq; esse hæreticas sectas vos inter oportet,
Vt poterint manifestè comparere probati
Inter vos. 20 Ergò, quùm conveniatis in vnum;
Est *hoc* nequaquam Domini commandere cœnam:
21 Quippe suam cœnam quiscunq; præoccupat, antè
In manducandô propriam: Nempe esurit iste;
Ille sed ebrius est. 22 Atqui ergo, numquid habetis
Non ædes proprias, vt manducetis in illis,
Atq; bibatis? An à vobis Ecclesia spreta

Gen. 1.26. & 5.1. & 9.6. Col. 3.10.

Gen. 2.18. 22

An

Estne Dei? Nec habentes eum confunditis illos?
Quid vobis dicam? Laudabo vosmet? In illô
Non laudo. 23 A Dominô quia scilicet ipse recepi,
Id quod & exhibui vobis; Dominus quòd Iesus
(In quâ proditus est,) sub nocte videlicet illâ,
Mat. 26. 26 Accepit panem; 24 Post grates, fregit, & acta
Mar 14. 22. Insuper intulit; accipitote; editote; Meum hoc est
Luc. 22. 17. Corpus, quod pro vobis frangitur: hoc faciatis;
19 Vnde mei reminiscentes debebitis esse.
25 Atq; itidem poc'lum, postquam cenaverat, inquiens;
Fœdus nempe novum hocce meô'est in sanguine poc'lum.
Hoc facitote, mei (quoties vos cunq; bibetis)
26 Posse recordari. 26 Siquidem, quo tempore panem
Manducabitis hunc, illud poc'lumq; bibetis;
Mortem ostendetis Domini quoadusq; redibit.
27 Ergo, si panem quis manducaverit istum
Indignè, biberit vel poc'lum; corporis inde
Sanguinis & Domini reus ille tenebitur esse.
28 Verùm sese quisq; probato, ita deniq; mandet
2. Cor. 13. 5. Illô de pane, atq; bibat de poculô eôdem.
29 Nam qui edit, & bibit indignè, sibi iudiciô ipsi
Hic edit atq; bibit; dum non dijudicat ille,
Discernens corpus Domini. 30 Sunt propter idipsum,
Inter vos infirmi plures, invalidique,
Et plures Lethi qui concessere sopori.
Nam si ipsos nos iudiciô explorare velemus;
In nos iudicium fieret non inde relatum.
Atqui, iudicium Domini nos quando subimus;
Tùm castigamur, ne condemnemur ab illô,
Cum mundô. 33 Ergò mei fratres, quùm conveniatis,
Ad vescendum istis; expectate vnus & alter
Vos alios alij. 34 Quod si verò esurit vllus,
Privatim proprijs manducet in ædibus ille;
Iudicium ne ad condemnandi conveniatis.
Venero quùm verò, disponam cætera quæ sunt.

Cap. XII.

Hisce reformatis, donantur ad ædificandum
Dona (velut quæ in corpore sunt) quæ spiritus edit.

Porrò ignorantes de spiritualibus esse
Dona vos (fratres) nolim. 2 Cognoscitis autem,
Quum Gentes essetis, vt illa ad muta fuistis
Idola abrepti, veluti fueratis abacti.
3 Hanc ideò ob causam facio innotescere vobis,
Existit quòd nemo loquens, (quem Spiritus afflat
Ipse Dei) qui verbis execratur Iesum:
Et potis est Dominum non vllus dicere Iesum;
Spiritû is in sanctô quisquis non dixerit *illud*.
4 Sed sunt donorum discrimina; Spiritus autem
Idem. 5 Sunt discrimina itemq; ministeriorum;
Est idem verò Dominus. 6 Discrimina rursus
Suntq; facultatum; veruntamen est Deus idem,
Efficiens hęc omnia in omnibus. 7 Attamen vni-
Cuiq; datur sua declaratio Spiritus *vt dat*,
Vtilitati. 8 Nam per spiritum eum, datur isti,
Sermo *qui* sapientiæ *erit* per Spiritum eundem
Atq; sermo alij donatur cognitionis;
Est alij *data* porrò fides, in Spiritû eodem:
9 Ast alij sanandi dona in Spiritû eôdem:
Porrò facultates alij mirac'la operandi:
Ast alij *donata* prophetia: *sunt* alij autem
Spirituum discernendorum *dona tributa*.
10 Linguarum diversa alij genera *attribuuntor*:
Ast alij in linguis varijs interpretis vsus.
11 Vnus at efficit istæc omnia Spiritus ille
Atq; idem, sua qui velut est sibi visa voluntas,
Singula distribuit privatim *dona* quibusvis.

Mat. 9. 39.
Supr. 8. 6.
Ioh. 13. 13.
Phil. 2. 11.
Rom. 12. 3.
Ephes. 4. 7.

12 Est

Est etenim corpus, velut vnum, membra habet atq;
Multa, sed omnia membra vnius coporis huius,
Multa quidem quùm sint, consistunt corpus at vnum;
Sic & Christus. 13 Quandoquidem quoq; Spiritû in vnô,
Nos baptizati sumus omnes, corpus in vnum,
Iudæâ aut *simus*, vel *simus* origine Græcâ;
Vel *simus* serui, vel *simus* liberi: Et omnes
Potati sumus vnô potû Spiritum in vnum.
14 Vnum namq; nec est membrum, sed plurima, corpus.
15 Quod si pes dicat; quoniam manus *ipse non* haud sum,
Non de corpore sum: Num ideò de corpore non est?
16 Et si dixerit auris, ocellus quandò *ego* non sum,
Non de corpore sum: Num ideò de corpore non est?
17 *Esset enim* totum si corpus ocellus, vbi *esset*
Auditus? Si auditus totum, *tunc* vbi *sensus*
Esset odoratûs? 18 Nunc autem membra locavit,
Singula distinctim Deus ipse in corpore, sicut
Ipsi complacuit. 19 Quod si essent omnia membrum
Vnum; corpus vbi? 20 Nunc verò plurima membra
Existunt equidem; corpus veruntamen vnum.
21 Non potis est oculus manui atqui dicere verò;
Non opus est mihi te; Pedibusve caput neq; rursum,
Non opus est mihi vobis. 22 Multò sed magis immò,
Corporis infirmissima quæ esse ea membra videntur,
Illis vtendis nobis, magis esse necesse.
23 Corporis & quæ *membra* minùs reputamus honesta;
Hæc magis amplificô circumvestimus honore:
Quæq; decore carent in nobis, illa decorem
Maiori cum copiâ habent. 24 Ast illa decora
In nobis, non est opus exornare *decore*.
Corpus in ordine temperiei sed Deus ipsum
Composuit, *parti* magis huic decus attribuendo,
Cui deerat. 25 Ne quandò in corpore schisma vigeret;
Membra sed inter se cura afficiantur eâdem.
26 Et si vnum membrum patitur, simul atque dolebunt
Omnia membra: si afficiatur honore vel vnum
Membrum, congaudent simul omnia membra.

27 Vos

Vos autem corpus Christi estis, deniq; membra
Particulatim. 28 Alios Deus atq; Ecclesiâ in *suis*,
Primùm, in Apostolicô qui munere *nempe praestans*,
Constituebat; deinde Prophetas, tertiò *easdem* ?
Qui sunt doctores: Tum Demum *constituebat*
Dona potestatum; tum porrò dona medendi;
Auxilij lati dationes; dona regendi;
Linguarum genera *in variô sermone loquendi*;
* Deinde facultates vice posse interpretis vti.
29 Omnes numquid Apostoli? An omnes *sive* Prophetae?
Numquid doctores *sunt* omnes? 30 Numquid an omnes
Virtutes? An habentes omnes dona medendi?
Num linguis omnes variô sermone loquuntur?
Omnes num vicibus possunt interpretis vti?
Dona sed his potiora ambite. Iter insuper atque
Monstrabo vobis longè excellentius istis.

Ephes.4.11.

* *In aliquibus veteris editionis & Ambrosio.*

Cap. XIII.

Omnia quae Charismata quum sub amore regantur;
Excellit quàm prae reliquis, describit Amorem.

SI linguis hominum fuero, Angelicisque, loquutus;
Non habeam charum tum verò *fratris* amorem;
Factus sum *velut* aes resonans, vel cymbali *ad instar*
Tynnitum facientis. 2 Siq; Prophetiam haberem;
Essent atque mihi mysteria cognita quaevis:
Omnis itemq; foret mihi facta scientia nota:
Deinde fidemq; habeam totam; transferre valerem
Vt montes; Charum nec haberem *fratris* amorem:
Sum nihil. 3 Atq; facultates insumpsero si omnes
Quae mihi sunt, dum pauperibus me dedo cibandis;
Siq; meum trado corpus, combustus vt essem;
Charum nequaquam sed amorem *fratris* haberem;

Mat.17.20
Luc.17.6.

Hoc mihi nil prodest. 4 Dilectio supprimit iram,
Est comis dilectio, non est invida zelô
Hæc dilectio. Nequiter haud agit, haud tumibunda
Inflatur: 5 Fastû nec agit minùs *illa* decorô,
Non quærit sua quæ sunt, non stimulatur ad iram,
Cogitat haud quicquam pravum; 6 Non gaudet iniquô,
Verò congaudet sed *iustitiæ*: 7 Omnia suffert,
Omnia credit, *&* omnia sperat, *&* omnia perfert.
8 Excidit hæc nunquam dilectio: ût evacuentur
Sive Prophetiæ; vt aut linguarum dona silebunt;
Sive abolebitur *istud donum* cognitionis.
9 Ex *nisi* parte etenim cognoscimus, ex *nisi* parte
Atq; prophetamus. 10 Sed postquam venerit illud
Est quod perfectum, tunc evacuabitur illud
Ex parte existens. 11 Tùm quandò parvulus essem;
Parvulus vt loquitur *puerili more* loquebar.
Parvuli ad-instar *tum* sapiebam; parvuli ad-instar
Vsus sum ratiociniô: sed factus adultus;
Parvulus illa quibus puer assolet inde abolevi.
12 Per speculum siquidem cernentes nunc simus, acsi
Hoc ænigma foret: sed tunc cernemus aperte
Ad faciem faciei: Scio nunc ex parte, sed exhinc
Cognoscam, quâ cognitus & sum cognitione.
13 Porrò, fides, spes, charus amor, remanentia nunc sunt,
Hæc tria: Charus amor, tamen hic *est* maximus horum.

Cap. XIIII.

Dona Prophetantum sic interea q; ministrent,
Vt nil confusum, nil prater sitq; decorum.

ISTius chari sectantes sitis amoris,
Ambite autem *quæ sunt* spiritualia dona,
Vt magis immò prophetetis. 2 Quùm namq; loquatur

Quis

Quis linguis; hominum loquitur non carni, at idem
Immò Deo loquitur quippe audit nemo; sed ipse
Spiritû agente in eo loquitur mysteria. 3 Verùm
Hic homines affatur, ad illos ædificandos,
Atq; exhortandos, & consolamen habendos,
Quisq; prophetans est. 4 Linguâ quiscunq; loquatur
Ædificans est ille seipsum: quandò prophetans,
Ædificans ecclesiam at est. 5 Desidero linguis
Posse loqui vos omnes, attamen hoc magis opto,
Esse prophetantes. Maior namq; ille prophetans
Quam linguis est ille loquens, ni interprete fultus
Ædificari quâ ratione ecclesia possit.
6 Nunc autem (fratres) liguis si quando loquendo
Vos accessero; nunquid vobis prodero quicquam,
Ni loquar aut vobis mihi quæ Deus illa revelat;
Aut ex notitiâ loquar; aut loquar illa prophetans,
Aut per doctrinæ donum, fuero illa loquutus?
7 Verùm quæ sine sunt animâ referentia vocem,
Tibia seu fuerit, cythara aut sit, hæc nisi reddant
Distinctos modulos variorum pulsa tonorum;
Quomodò, quod canitur sive à tibicine, scitur;
Vel cytharædus quæ modulamina personet vlla?
8 Et tuba si vocem dederit non certa sonantem,
Quis nam se potis est ad bella gerenda parare.
9 Sic & vos, nisi per linguam bene significantem,
Sermonem ediderìtis; Quâ ratione scietur,
Id quod dicitur? Estis namq; perinde futuri,
Acsi proijceretis in aëra verba loquentes.
10 Tam (prout inciderit) genera extant multa per orbem
Vocûm; nullumq; illorum est mutum. 11 Nisi vocis
Ergò vim sciero; illi qui loquitur mihi, fiam
Barbarus, atq; loquens, fiet mihi barbarus ille.
12 Sic & vos, cupientes spiritualia dona;
Quærite vt excellatis in his quibus ædificanda
Est ecclesia. 13 Quapropter quicunq; loquetur
Linguâ, id vt interpres queat explanare precetur.
14 Nam si linguâ orem, meus vnà spiritus orat

Existit meus intellectus sed sine fructû.
15 Propterea ergò, quid est? Orabo spiritû; at vnà
Intellectû orabo: Psallam spiritû, at vnà
Psallam intellectû. 16 Siquidem si spiritû eodem
Sis benedicens; is qui indoctos assidui inter Idiotas,
Amen, quomodo dicet, quandò gratiæ agentur?
Quandoquidem, quæ dixeris, est ignarus eorum.
17 Tu siquidem bene agis referendâ in gratia; at ille
Propterea quicquam non ædificabitur alter.
18 Grates ipse Deo meo ago, magis omnibus vt qui
Vobis, diversis sim linguis eloquiô vsus:
19 Attamen in sacrô conventû verbula quinque,
Mente meâ magis intellecta volo esse loquuta
(Vt simul atq; alios instructos reddere possem)
Verba loquuta decem quam fari milia linguâ.
20 Fratres, vos pueri nolitis sensibus esse;
Mat. 18. 3. Infantes in vafritie fiatis at immò.
Sed quod ad intellectum spectat, sitis adulti.
21 *Hoc* in Lege existit scriptum, propterea per
Linguæ homines diversæ, etiam per labra aliena,
Deut. 28. 49 Huic populo loquar, audituri sic neq; memet
Esay. 28. 11. Sunt, dicit Dominus. 22 Linguæ quapropter eisdem
Jerem. 5. 15. Sunt in signum non qui credunt, hisce fideles
Ezec. 3. 6. Sed qui non sunt: Atqui porrò Prophetia non est
His qui non credentes sunt; credentibus autem.
23 Ergò, conveniat si tota ecclesia in vnum;
Omnes tum porrò linguis fuerintq; loquuti;
Ast idiotæ, aut non credentes ingrediantur:
Annon hi dicent; vos insanire furore?
24 Omnes è contra verò si quandò propheteni;
Ingrediatur & is qui non est ipse fidelis,
Aut idiota fiet; convictus ab omnibus hic est,
Iudicium patietur ab omnibus: 25 Atq; ita, cordis
Quæ fuerant occulta eius, manifesta ea fiunt:
Et sic protinus in faciem procumbet, adoret
Pronus vt ille Deum; verè affirmando professus,
Esse Deum in vobis. 26 Quid (fratres) est ideóq;

In

In cœtum quotiescunq; estis convenientes;
Psalmum habet vnusquisq; suum vestrorum;habet *alter*
Doctrinam;*alter* habet linguam; *alter* habet patefactum
Ipse revelatum *secretum*; interpretis *alter*
Munus habet.*Sed* fiant omnia ad ædificandum.
27 Et si quis linguâ;per binos ille loquatur,
Sive *sit* ad summum,per ternos;idq; vicißim;
Exponendo vnus simul atq; interpres adesto.
28 Quod si verò interpres abest;ecclesia in illâ
Esto silens,sibi at ipsi porrò,Deoq; loquatur.
29 Bini porrò Prophetæ,vel tres sunto loquentes,
Iudiciô & subsint reliquis 30 Si *quid* patefactum
Est alij *sibi* qui assideat;prior ille taceto.
31 Omnes namq; prophetantes quandò esse potestis,
Vnus post alium,sic omnes discere posse,
Insuper accipiant etiam solamen vt omnes.
32 *Donaq;* spirituum *quæ sunt donata* Prophetis.
Iudicio sistendo Prophetis subjiciuntur.
33 Namq; statûs incompositi non est Deus *author*,
Atqui pacis;vt est in Cœtibus omnibus illis
Sacratis,horum *qui sunt* Ecclesia sancta.
34 Fœminæq; quæ sunt inter vos, sunto silentes
In sacris *vestris* conventibus : esse loquentes 1.Tim.2.12.
Isthac quandoquidem minime permittitur ipsis.
Subiectæ verò sint,sicut Lex quoq; dicit. Gene.3.16.
35 Si verò fuerit quicquam quod discere vellent;
Quæq; suum rogitando maritum *discat ab illô*,
Ipsa domi.Mulierc'las nam foret esse loquentes
Turpe in conventû sacratô ecclesiæ. 36 An ipse ** An vobis
Sermo Dei à vobis *primùm* fueritne profectus?
Aut ad vos *etiam tantùm* devenerit vnos?
37 Si quis at esse Propheta videri,aut spiritualis
Expetit;agnoscat quæ vobis scribo,quòd illa
Sunt Domini mandata. 38 Sed est si nescius vllus;
Nescius esto. 39 Fratres ergò ambite Prophetas
Vos præstare.Loqui linguis prohibete nec vllum.
40 Omnia verò facta decenter,& ordine sunto.

Cap. XV.

Tum de errore; resurgere vivè à morte solum,
Et probat à Christo, modus, ordoque, visq; docetur.

Gal. 1. 11. PORrò Evangelium vobis declaro, quod *ante*
Vobis (fratres) declaravi, nuncia *nempe*
Læta Evangelij, quod & accepistis, & in quò
Estis stantes. 2 Et per quod (si etiam retinetis
Quònam sum vobis visus sermone docendi
Hoc Evangelium;) servati *scilicet* estis.
Frustrà si non immò fuit, quod credideratis.
3 Tradidi enim vobis in primis id quod & ipse
Esa. 53. 5. Accepi; propter peccamina nostra (secundùm
1. Pet. 2. 24. Scripturas) quòd Christus mortuus, 4 Atq; sepultus
Jon. 2. 1. 10 Est, ternâq; die Scripturas porrò secundùm
Inde resurrexit. 5 Quòd Cephæ visus, & illis
Vndenis etiam. 6 Post hæc est amplius (vnô
Joh. 20. 19. Tempore) quam quingentis visus fratribus ille.
Ex quibus existunt multi huc vel adusq; manentes,
Obdormiverunt sed quidam. 7 Deinde Iacobo
Visus, post & Apostolicô qui munere præsunt
Omnibus est visus. 8 Post omnes vltimo at *vni*
Act. 9. 4. (Sicut abortivo) fuit & mihi deniq; visus.
Rom. 9. 3. 9 Illos inter Apostolicô qui namq; fruuntur
Ephes. 3. 8. Munere, sum minimus; qui sum non esse vocandus
Dignus, Apostolus. Afflicta est Ecclesia quandò
Ipsa Dei per me, sævis vexata procellis.
10 Sum tamen id quod sum, *quia* gratia Numinis *vt sim*
Præstat: & eius non fuit in me gratia inanis:
Immo laboravi multô plus omnibus illis.
Non at ego, fuit immò dei quæ est gratia mecum.
11 Ergò, ego seu *fuerim*, sive illi, *hæc* concio nostra *est*,
Quam

Quam sic narramus, sic sisi vos sed & estis.
12 Quod si de Christo sic declaratur; eundem
Nempe resurrexisse ab *eis quos* morte *retenti*
Existunt; inter vos quidam quomodò dicunt;
Quod defunctorum rursus surrectio non est?
13 Nam defunctorum si non surrectio rursus
Existit; rursus surrexit tum neq; Christus.
14 Quod-si non Christus rursum surrexit; inanis
Ergo est declaratio nostra, fides & inanis
Vestra. 15 Dei nos falsi testes atq; reperti,
Contrà quippe Deum sumus vt qui testificati,
Quòd Christum excivit quem non exciverit: *hoc* si
Sit verum; defuncti non à morte resurgunt.
16 Nam si nequaquam defuncti à morte citantur
Tum rursus de morte resurrexit neq; Christus.
17 Quod si non Christus surrexit rursus; inanis
Vestra est facta fides, & vos hùc estis adusq;
In vestris peccatis. 18 Illi etiam perierunt,
Ergò tot in Christô, quot concessêre sopori.
19 In Christô vitam quòd tantùm spectat ad istam
Si speramus; *tum* sumus *hinc* miserabiliores
Vlli quam fuerint homines. 20 Nunc Christus at immò
A defunctis est excitus, primitiæque
Existit qui obdormiverunt factus eorum.
21 Perq; hominem quia mors; hominem simul atq; per ip-
A fatô functis rursus surrectio *fiet*. (sum,
22 Omnes quandoquidem sicut moriuntur in Adam.
Sic & sunt omnes in Christo vivificandi.
23 Vnusquisq; suô sed in ordine: primitiæque
Christus; & ad Christum tales qui deniq; spectant,
Eius in aduentû. 24 Finis tunc imminet orbis,
Christus quandò Deo regnum Patriq; resignans,
Tradet; eô quô tempore funditus evacuabit
Imperium omne, potestatemque, potentiam & omnem.
25 Regnum namq; suum quoadusq; tenebit oportet,
Omnes donec ei pedibus subiecerit hostes.
Hostis qui verò delebitur vltima mors *est*

Col. 1. 18.
Apoc. 1. 5.
1. Thes. 4. 15
Psal. 110. 1.
Act. 2. 34.
35
Hebr. 1. 13.

27 Omnia quùm siquidem pedibus subiecerit eius.
Psal.8.6. Omnia quùm verò dicat, subiecerit illi;
Apparet clarè, quòd in hôc exceperit ipsum,
Hebr.2.8. *Nimirum, Patre,* qui hæc omnia subdidit illi.
28 Omnia quùm fuerint sed eidem subdita facta;
Filius ipse etiam tunc subijcitur & ipsi
Omnia qui subiecit ei, quò sic Deus esset
Omnia in omnibus. 29 Ast alias, super hisce soluti
Qui sunt morte, abluti cur sunt? morte soluti
Omninò minime, si rursum surgere possunt:
Abluti quare defunctis sunt super illis?
30 Omni momentô cur nos patimurq; pericʼla?
31 Quotidie morior *protestor namq;* per *istud*
In quò consistens est glôriolatio vestra,
Nostrô habeo (fratres) Dominô quam Christô in Iesû.
Scilicet humanum morem si quando secundùm,
32 Contra *nempe* feras Ephesi pugnavi *ego*; quænam
Vtilitas mihi? Si nulli de morte citantur.
Esa.22.13. Simus edentes atq; bibentes: nam moriemur
Sap.2.6. Cras. 33 Nolite errare. Bonos commercia mores
Menander Corrumpunt *ea quæ* mala *sunt*. 34 Iustè evigiletis,
Thaide. Nec peccate: Dei namq; ignorantia quosdam
Detinet. Hoc vobis loquor *incutiendo* pudorem.
35 Ast aliquis dicit; defuncti quomodo rursus
Surgent? Prodibunt at verò corpore quali?
36 Insipiens. Quod tu seris, id non vivificatur?
Ni moriatur idem prius. 37 Atq; id quod seris, haud est
Corpus idem, quod *paulo post* est inde futurum;
Sed nudum granum, seu tritici (vt incidit) ut ex
Alterius generis granis. 38 Verùm Deus illi
Vt voluit corpus largitur, seminibusque
Omnibus, vnicuiq; suum proprium sibi corpus
39 Non caro quævis est eadem caro; sed caro *differt*
Altʼra quidem quæ hominûm; pecorum caro at *est* alia *illa*;
Piscibus atquî alia *est*, alia *est caro* porrò volucrûm.
40 Insuper *existunt* cœlestia corpora; *constant*
Et terrestria corpora; sed cœlestibus alter;

Est

Est equidem decor *est* verò terrestribus alter;
Altera gloria Solis,& altera gloria Lunæ.
41 Altera gloria & est Stellarum: gloria in *eius*
Stella quòd à stellâ differt. 42 Ita eritq; futurum
Quando à defunctis rursum surrectio fiet.
Subiectum seritur *corruptelæ*, inde citatum
Est incorruptum *corpus*. 43 Seritur nec honorum
Surgit honorificum: Non fultum viribus vllis
Infirmum seretur; surgit virtute potenti:
Est animale satum corpus, fit spirituale
Surgens. 44 Corpus & est animale, & spirituale
Est corpus. 45 Velut & scriptú est; Homo primus Adamus — Gen.2.7.
Est animal vivens factus: Postremus Adamus
Vivificans est autem *factus* spiritus. 46 At non
Spirituale prius; quin est animale; deinde
Spirituale. 47 E terrâ terreus est homo primus:
Est homo de cœlô (Dominus) *qui est* ipse secundus.
48 Qualis terrenus, terreni *sunt* quoq; tales:
Tales cœlestes, qualis cœlestis & ille.
49 Terreniq; typum veluti gestavimus eius;
Cœlestis simul atq; typum gestabimus eius.
50 Hoc autem dico (fratres,) caro quòd neq; sanguis
Esse Dei hæredes regni poterunt, nec (vt hæres)
Incorruptelæ corruptio iure fruetur
51 En, mysterium opertum vobis dico, quòd omnes
Non obdormiscemus, at immutabimur omnes — * ἀτόμῳ
In momentô, *in ictû* oculi, in *clangore* tubæq;
Postremæ. 52 Tuba namq; canet, *tunc* atq; resurgent — Mat.24.31
Incorrupti defuncti, mutabimur & nos. — 1.Thess.4.16
53 Nam corruptibile istud oportet, vt induat illam
(Quæ minime potis est corrumpi) conditionem.
Sed corruptibile hoc, naturam quùm induet illam,
*Quæ non corrumpi poterit; mortale simulque
Hocce, (quòd immortale manens erit,) induet; illud
Tunc fiet quod scriptum est; Mors absorpta futura est — Esa.25.8.
In victoriam. 55 Vbi tua mors victoria? Vbi *extat* — Apoc.7.17.
O inferne tuus stimulus? 56 Stimulus sed *&* iste — Osea.13.14.

Mortis,

Mortis, peccatum; peccati vis sed & *est* lex.
57 Gratia at *esto* Deo *sub* quô victoria *parta*,
Per Dominum nostrum, nobis donatur Iesum
Heb.2.14. Christum. 58 Quapropter stabiles (chari mihi fratres)
1.Ioh.5.5. Semper abundantes opere in domino este manentes
Immoti; siquidem certò noscatis, inanem
In Domino impensum vestrum non esse laborem.

Cap. XVI.

Tandem praescribit, collecta quomodo fiant,
Et res privatas, claudens optando salutem.

SEd de collectâ in sanctos, vt constituebam
Act.11.29. Coetibus in Galatûm sacris, ita vos & agatis.
& 12.25. 2 Primô quoq; die hebdomadis, quiscunq; erit inter
Rom.12.13. Vos, seponat apud semet, servando recondens,
Act.18.23. Quicquid convenienter ei donare licebit.
3 Sed quùm accessero, vos quoscunq; probabitis ipsi,
Tum per Epistolia illos mittam, quo per eosdem,
Perferri posset Solymas ea gratia vestra.
4 Si verò dignum quòd & ipsemet irem;
Tum proficiscentur mecum, veniam tamen ad vos,
Oras quum Macedûm transivero. Nam Macedûm oras
Pertransibo. 6 Apud autem vos fortasse manebo,
Aut hiemabo etiam, vos me deducere posse,
Ad quemcunq; locum perrexero. 7 Nolo videre
Vos etenim nunc in transcursû, temporis autem
Vobiscum *me* aliquantùm spero posse manere,
Si Dominus sit permissurus. 8 Porrò morabor
Tunc Ephesi, vsq; ad Pentécosten. 9 Nam mihi aperta est
Ianua magna patens, & magnis conficiendis
Rebus, & adversarij *erunt* multiq; *futuri*.
10 Quod si Timotheus veniat, videatis vt ille
Tutus apud vos sit, *iusta causa* absq; timoris.

Namq;

Namq; operatur opus Domini, velut atq; ego. 11 Ne quis
(Ergo) illum nihili ducat. Deducite verò
Hinc in pace, ad memet vt *inde* accedere posset;
Expectans illum quia sum cum fratribus vnà.
12 Porrò de Apollò, multùm sum illum (fratre) precatus,
Ad vos vt vellet (comitatus fratribus) ire.
Omninò fuit *illi* sed non illa voluntas,
Nunc ad eundum: verùm quandò tempus habebit
Ipsi opportunum; venturus erit. 13 Vigilate,
State fide in *veritate*, agitote viriliter, este
Fortes. 14 Charô fiant omnia vestra in amore.
Vos precor at (fratres) Stephanæ novistis Achaiæ
Primitias ædes* Fortunatiq; fuisse;
Inq; ministerium simul addixisse seipsos
Sanctis. 16 Vos etiam quòd talibus esse velitis
Subiecti, simul & cuicunq; operando iuvanti,
Atq; laboranti. 17 De adventû gaudeo verò
Et Stephanæ, Fortunatiq; & Achaici, ob istud,
Quod mihi quæ deerant vobis absentibus illi
Suppleverunt. 18 Namq; refecerunt mihi ijdem
Spiritum, vt & vobis. Quocircà agnoscite tales.
19 Vos sacri cœtus Asiæ salvere peroptant.
Vos aquila in Dominô, & multum Priscilla, salutant,
Cum simul illâ Ecclesia eorum quæ ædibus extat.
20 Vos fratres quotcunq; salutant Osculô in almô;
Altervtrinq; alios alij salvere iubete.
Ipsa (meâ manû *adesse* salutem) optatio Pauli.
22 Si Dominum Iesum Christum non diligit ecquis;
Isthic anathema maran-athá (exécrabilis) esto.
23 Vobiscum Domini *sit* Iesû gratia Christi.
25 *Sit* mea *quæ de vobis est* dilectio chara
In Christô Iesû, cum vobis omnibus. Amen.

**Nomen Fortunati hic additur in vulgata versione, & codice Claromontano.*

Rom. 16. 16. 2. Cor. 13. 12 1. Pet. 5. 14.

Prima, Corinthiacis quam scripsit Epistola Paulus
Per Stephanam, Fortunatumq; & Achaicum, ab vrbe
Timotheumq; fuit portantes *missa, Philippis.*

EPISTOLA.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS POSTERIOR.

Cap. I.

Rebus in afflictis Deus vt solaminis Author,
Consolatur eos, & eum, fiducia in eius.

Ephes. 1. 3.
1. Pet. 1. 3.

PAulus Apostolicô qui fungor munere Iesû
Christi, *quippe* Dei *quòd sic* divina voluntas,
Timotheus fraterque; illi quæ *nempe* Corinthi
Est ecclesia *sacra* Dei, simul omnibus illis
Cum sanctis, totâ qui *sparsi* sunt in Achaiâ:
2 Gratia vobis *esto*, Pax à Patre Deoq;
Nostrô, atq; à Domino Iesû Christô. 3 Benedictus
Sit Deus, atq; pater Domini *qui existit* Iesû
Nostri Christi, qui Pater *est* miseratus amoris
Affectû *vere nos* commiserantis amantis,
Omnis qui Deus *est* & consolaminis *author*.
4 Qui nos afflictos nostrâ solatur in omni
Pressurâ: vt positos nos in quâcunq; queamus
Pressurâ, solari alios, solamine eôdem;

Quò

Quò consolatur solamine nos Deus ipsos.
5 Quandoquidem Christi pressuræ sicut abundant
In nobis, sic & nostrum solamen abundat,
Per Christum. 6 Quod si vel nos affligimur; illud
Prò vestrô solamine *fit*, simul atq; salute:
Vel consolamen simus si percipientes;
Illud *percipimus*, vestri solaminis ergò,
In vobis etiam quod, per tolerantiam earum
Compressurarum, quas perpetimur simul ipsi,
Efficitur: 7 Spes est de vobis nostraq; firma,
Quod pressurarum socios velut esse sciamus;
Sic etiam *socios* solaminis *esse futuros*.
8 Quandoquidem, vos ignorantes nolumus esse,
(Fratres) de nostrâ, nobis quæ contigit illâ,
Oppressurâ Asiæ in *regione*: fuisse gravatos
Nos summè suprà viros, adeo-usq; vt eramus
Perplexiq; animi, vel de discrimine vitæ.
9 In nobis atqui-verò decrevimus ipsis,
Prò certô moriendum nobis esse statutum:
Vt confidentes nobis non simus in ipsis,
Esse Deo tantùm sed fisos; excitat vt qui
Fatô defunctos. 10 Qui nos discrimine mortis
E tanto eripuit, sed & eripit, eripietq;
Vt nos insuper vsq; ad presens fidimus illi.
11 Pro nobis operam vobis præstantibus vnà
In precibus *vestris*, quum sit collatio doni
In nos, ex multis personis, fiat vt *inde*
Per multos *homines* pro nobis gratia lata.
12 Hæc nostra est siquidem iactantia, conscia recti:
Quòd mens est testis nobis, in simplicitate,
Sincerâ integritate Deique, nec in sapientiâ,
Illâ carnali; divinâ gratiâ at immo;
Quod fuit in mundô *pia* conversatio nostra,
Quam transegimus, inter vos exactius autem.
13 Namq; alia haudquaquam vobis exscribimus vlla;
Quàm quæ *vel* legitis, vel quæq; agnoscetis ipsi;
Spero sed in finem quod & agnoscetis adusq;.

Rom. 15. 30

Sicut

14 Sicut & agnovistis adhuc aliquatenus *istud*,
Quod nos vestra sumus, velut & vos gloria nostra;
Donec adusq; dies Domini est venturus Iesû.
15 Et prius ipse quidem volui, fiduciâ in istâ,
Advenisse ad vos, possetis vt inde secundam
Gratiam habere. 16 Etiam per vos transire *volebam*,
In *fines* Macedûm, Macedûm de *finibus* ad vos
Atq; venire iterum, deduci posse *revertens*
A vobis in Iudæam. 17 Delibero quùm ergò;
Vsus num levitate fui? Delibero vel quæ;
Num iuxta carnem delibero; quòd sit apud me;
Est & Non? 18 Verum *novit* Deus immò fidelis;
Noster quòd non sermo fuit qui vos erat inter;
Est & Non: *hoc est, inconstans; prorsus at idem.*
19 Iesus Christus namq; Dei qui est filius ipse,
Qui inter vos per nos est declaratus, *is inquam*,
Per me, & Syluanum, per Timotheumq; *ministros*,
Non fuit, Est & Non: *tantum* fuit Est sed in ipsô.
20 Nam quotcunq; Dei *nobis* promissa fuerunt;
Est ea sunt, in eô, sunt Amen atq; in eôdem,
Vnde Dei per nos emergere gloria posset,
21 Qui nos vobiscum confirmans est tamen ille,
In Christum, Deus est etiam qui nos vt inunxit.
Ephes. 1. 13. & 4. 30. 22 Qui & nos obsignavit; qui sed & indidit arrham
Cordibus in nostris, *quæ est* Spiritus *indicus eius*.
Ephes. 4. Infr. 5. 5. 23 Invoco at ipse Deum testem mihi porrò periclô
Vitæ, memet adhuc non advenisse Corinthum,
Scilicet idcircò, vobis vt parcere possim.
Non vt nos vestræ fidei dominemur; at immò
Læticiæ vestræ possimus vt esse ministri,
Nos operâ vos auxiliante; fide quia statis.

Cap. II.

Eius propositum gavisos reddat vt illos,
De resipiscenti incesto, lætentur vt ipsi.

ISTud apud memet quin vero constituebam,
Ad vos vt rursus non cum mœrore venirem.
2 Namq; ego tristitiâ si vos effecero; quis tum
Est etiam, poterit qui memet reddere *lætum*;
Is nisi *sit*, fuerit qui affectus tristitiâ ex me?
3 Et scripsi vobis hoc ipsum; venero nè quùm,
Ex illis caperem mœrorem, de quibus *immò*,
Lætitiam *potius* me concepisse decebat.
Istud confisus de vobis omnibus, id quod
Est mihi lætitiæ, vobis & vt omnibus esset.
4 Ex multa siquidem pressurâ, atq; anxietate
Cordis, per lachrymas scripsi vobis *ego* multas;
Non vt propterea mœrôrem conciperetis;
Immò vt abundantissimum amorem scire queatis,
Quô vos complector. 5 Siquis tamen attulit *vllam*
Tristitiam; mihi tristitiam non attulit; id ni
Sit quâdantenus, (*illum* nè *mœrore* gravarem,)
Vobis omnibus *attulit autem*. 6 Sufficit illi
Tali homini *vt fuerit* satis obiurgatio talis
Increpitans, est quæ de pluribus ista profecta.
7 Condonetis vti magis à contrariô eidem,
Insuper & vos *illi* consolamina detis:
Ne (qui talis *erat*) fortasse absorbeat illum,
Commissi sceleris mœror, nimis *ille* redundans.
8 Vos precor idcircò firmum reddatis amorem
Ergà illum. 9 Nam scripsi vobis hunc etiamq;
In finem mihi quòd sit nota probatio vestri;
Hoc est sitis ad omnia obedire anne parati.

Ecquid

10 Ecquid si verò cui condonatis; & ipse
Condono. Nam condonavi etiamq; ego si-quid
Cui condonavi, propter vos *hoc ego feci.*
Christi in conspectû, non vt circumveniamur
A Sathanâ superati. 11 Non ignota quòd illâ
Sunt nobis, quæ excogitat insidiando maligne.
12 Porrò tum quando venissem Troadem adusque,
Christi Evangelium divulgaretur vt *illic,*
Ianua & in Dominô mihi quamvis esset aperta,
Spiritui nihil ipse meo requietis habebam,
Quod reperire Titum mihi fratrem non potis essem:
13 Oras in Macedûm sed abivi exindè profectus,
Illis quandò valedixissem. 14 Gratia verùm
Sit referenda Deo, qui nobis efficit *istud,*
Esse triumphantes in Christô tempore quôvis,
Noticiæ simul-atq; suæ per nosmet odorem
Qui manifestum reddens est vbicunq; locorum.
15 Quòd bona quippe Deo Christi fragrantia simus;
Qui salvi fiunt in eis, & rursus in illis
Qui pereunt. 16 Istis equidem pereuntibus, *vt qui*
Rom. 1. 16. Mortis odor *simus* ad mortem: veruntamen illis
Rom. 16. 18. Vitæ odor ad vitam. Quis idoneus *est* & ad ista?
Infr. 4. 2. Namq; Dei verbum non cauponamur, vt est mos
Plerisq;, atquì ût, ab integritate, Deô ût sed ab *ipso,*
Inspectante Deô de Christô verba profamur.

Cap. III.

Non quòd se laudet, cuius laus esset in illis;
Gloria nostra quòd est maior, quam gloria Mosis.

IPsos incipimus nos commendarene rursus?
Commendatijs vel epistolijs an egemus
Vos apud, (vt quidam) vel commendatijsue

A vobis? 2 Ipsi vos estis Epistola nostra,
Quæ nostris est exarata in cordibus, est quæ
Intellecta, sed & quæ existit *Epistola* lecta
A quôcunq; hominûm. 3 Manifestè dum fit apertum,
Quod vos estis Epistola Christi, impendimus vt cui
Conscribendæ operam nostram; quæ scribitur illa
Non atramento, sed quæ *est* ea spiritû ab *ipsô*
Vivi *scripta* Dei, lapidum non *scripta* tabellis,
Cordis at in carnalibus exarata tabellis.
4 Ergà porrò Deum talem fiduciam habemus,
Per Christum. 5 Minimè quod simus idonei ab ipsis
Nobis, vt quisquam saltem vel cogitet ecquid,
Ex nobis ipsis velut esset: Idonei at immò
Quod sumus, à Deo *id* est; 6 Qui fœderis ipse noviq;
Vt nos simus Idonei habendi porrò ministri,
Non quos litera, Spiritus immo, fecit is ipse.
Quippe quòd, occidens est litera, Spiritus autem
Vivificans est. 7 Quod si porrò ministerium illud
Mortis *erat*, quod literulis, lapidûmq; tabellis,
Quod fuit insculptum, tantô splendebat honore
Filij vt Israel non vultu intendere possent
In faciem Mosis, quia gloria tanta micabat
Illius in vultû, fuerat quæ *pòst* abolenda:
8 In maiore ministerium non quomodò demùm
Quod nunc Spiritus exhibet, est splendore coruscum?
9 Namq; ministerij si quo est damnatio facta,
Gloria *tanta* fuit; multô magis illud abundans
Iustitiæ immò ministerium est in gloriâ *habendum*?
10 Quandoquidem, minimè fuit illud glorificatum,
Hâc in parte quidem fuerat quâ glorificatum,
Nempe quòd ad superantem spectat gloriam eandem.
11 Illud nam si in gloriâ erat, quod *pòst* aboletur;
Quod manet, id multô magis est in gloriâ abundans,
12 Ergò eiuscemodi spem quandò simus habentes;
Vtimur hinc multâ nos libertate loquendi.
13 Non *sumus* & sicut Moses, velamen in eius
Qui faciem posuit, ne quandò intendere possent

* vulsit

Exo. 34. 33

 Nati

Nati Israel in finem illius evacuati:
14 Occallescebant mentes quapropter ijsdem.
Vsque diem siquidem præsentem permanet illud,
Testamentum quandò vetus lectum sit ab ipsis;
Quod tum velamen non est *abolendo* retectum;
Quippè quòd in Christo *sublatum* tollitur *illud*.
15 Hunc sed ad vsq; diem, Moses si quando legatur;
Hoc est impositum cordi velamen eorum.
16 Quando sed ad Dominum sese converterit ipsum;
Tunc ab eô demùm velamen tollitur illud.
17 Est verò Dominus *qui tollit* Spiritus ille,
Ast ibi libertas Domini est vbi Spiritus iste.
18 Omnes sed Domini nos gloriam, eámq; retectô
Vultû, ac in speculo *lucem vibrante* tuentes,
Transformamur imaginem in *eius* nosmet eandem;
Sic transformati gradientes gloria ab *vnâ*,
Gloriam in *alteram*, vt à Domini *nos* Spiritu *agente*.

Tū demū velamen tollitur ab illo.

Ibidem. 4.24

Cap. IIII.

Quando ministerium tam nobile sitq; fidele;
Pressura cedent ipsius gloria eorum.

QVando ministeriô quapropter fungimur istô,
Vt sumus amplexi Domini miserantis amorem;
Non segnescentes sumus. 2 At tegumenta pudenda
Dedecoris reiecimus, haud cum calliditate
Incedentes, nequaquam falsando Deiq;
Sermonem; veram doctrinam sed manifestam
Reddendo, ipsos commendantes nosmet ad omnem
Agnitionem hominûm quibus est mens conscia recti,
Ante Deum. 3 Si verò Evangelium sit opertum
Nostrum; qui pereunt, illis existit opertum:
4 In quibus, ille Deus qui est huius seculi eorum

Sap. 2.17.

Mentes

Mentes excęcauit, vt hi qui *nempe* fideles
Non sunt, irradiet ne quandò lumen eosdem
Clarè Evangelij, *existentis* gloria Christi,
Qui est Dei Imago. 5 Nam declarat Concio nostra,
Non ipsos nosmet, Dominum Christum sed Iësum;
Nos autem vestros *nisi* servos, propter Iësum.
6 Nam Deus è tenebris lucem splendescere mandans,
Cordibus in nostris est *is* qui splenduit ipse, Gen. 1. 3.
Ad lumen *nobis prabendum* cognitionis,
In facie Iesû Christi. 7 Sumus hunc at habentes
Thesaurum in nostris figulinis vasibus, eius
Virtutis sublimis sit pręstantia vt *omnis*,
A *donante* Deô, non à nobisque *profecta*.
8 Afflicti passim sumus, arctati haud sumus autem:
Ambigimus, non herentes prorsus sumus atqui:
9 Pressuram patimur, non deserimur sed in illâ;
Deiecti sumus, atqui non *idcircò* perimus:
10 Quò libet à nobis pergatur, semper Iësû
Est Domini circumgestata in corpore *nostrô*
Mortificatio, vt & quę vita existit Iësû
Apparens fiat, manifesta in corpore nostrô.
11 Semper nos siquidem qui *vitâ* vivimus *illâ*,
Tradimur *exponendi* morti, propter Iësum;
Hęc vt vita etiam manifesta patescat Iësu,
In nostrâ (morti quę est huic obnoxia) carne.
12 Propterea in nobis equidem mors, vita agit autem
In vobis. 13 Fidei sed eundem Spiritum habemus,
Est veluti scriptum; Sum fisus, & ergò loquutus: Psa. 116. 10
Fidimus & quoq; nos, sumus ergò etiámq; loquentes.
14 Istud noscentes; Dominum qui excivit Iësum,
Ille quòd atqui excibit nos etiam per Iësum,
Sistet vobiscum. 15 Siquidem sunt omnia propter
Vos, vt abundando per multos, maior abundet
Gratia, quando Deo sint grati, gloriam in eius.
16 Propterea minimè segnescimus: At si homo noster
Externus corrumpitur; internus tamen ille
Quôq; die removatur. 17 Momentanea nam quę

Est leuitas nostræ pressuræ, conficit illa
In nobis æternæ pondus gloriæ in ævum;
Quod superexcellens est excellentia quævis.
18 Dum non spectamus quæ oculis conspecta videntur;
Ast oculis ea quæ nequaquam conspiciuntur:
Tempore solvuntur siquidem, quæcunq; videntur;
At quæ non sunt visa, manent æterna per æva.

Cap. V.

Quum crucis hic sit fructus; eam nos ferre paremus:
Mortui vt & Christo viviq; reconciliemur.

SCimus quandoquidem, fuerit quòd si domus huius
Ista tabernac'li terrestris nostra soluta;
Ædificante Deô, domicillum nos quòd habemus,
Quod non est factum manibus, cœleste, perenne.
2 Quandoquidem simul & nos suspiramus, in istud,
Vt superinduti simus (vehementer aventes,)
Hacce domô nostrâ, quam cœlitûs *accipiemus*.
3 Si tamen induti, non nudi comperiemur.
4 Quandò tabernac'lô siquidem nunc insumus istô,
Suspiramus ob hoc, quia *quamvis inde* gravati;
Attamen idcircò cupimus non exui *ab illô*,
Sed superindui, vt absorberi posset *id omne*,
A vita *in nobis*, quicquid mortale *quod insit*.
5 *Est* Deus *is* porrò qui nosmet condidit isthùc;
Qui dedit & nobis Arrham, *quæ est* Spiritus eius.
6 Audentes (ergo) semper sumus, atq; scientes
(Corpore dum peregrinantes sumus advenæ in istô)
A Dominô (factos peregrinos) nosmet abesse.
7 Namq; fidè, non visû pergimus aspicientes.
8 Sed confidimus atq; probamus *nos* magis istô
Emigraturos è corpore, & ire habitatûm

Ad

Ad Dominum. 9 *Nos* ergò ambimus proptereaque,
* Et præsentes dum incolimus, migramus & exhinc;
Posse placere illi. 10 Siquidem *fieri istud* oportet,
Quòd nos omnes comparebimus ante tribunal
Christi, quò *propriam mercedem* quisque reportet,
Ipsiûs veluti quodcunq; in corpore *gessit*,
Sive bonum, *sit* sive malum, prout ipse patrâ it.
11 Illum terrorem Domini quandò ergò sciamus;
Esse fide suasos homines, adducimus illos,
Atqui porrò Deo manifesti existimus *ipsi*;
Quinetiam spero, manifestè nosmet apertos,
In *bene* conscitis sibi vestris mentibus esse.
12 Nos nec enim rursus vobis extollimus ipsos:
Attamen à nobis datur hæc occasio vobis,
Scilicet, vt de nobis gloriam habere queatis;
Vt quòd *nempe* habeatis *quod dicatis* in illos,
Ex facie qui gloriolam captare fuerunt,
Nonque ex corde. 13 Etenim sive insanimus, *idipsum*
Insanire Deo *est*: seu mens sit sobria nobis,
E vestri ratione sit *hoc quod sobria mens est*.
14 Christi nam Dilectio nos constringit, vt istud
Iudicium nostrum sit. 15 Quod si prò omnibus vnus
Mortuus est: mortem tunc omnes oppetierunt;
Et quoq; propter eos omnes est mortuus *ille*:
Vt, qui viventes sunt, posthàc non sibi vivant,
Illi quin immò qui mortuus est ob eosdem,
Atq; resurrexit. 16 Nullum nos novimus exhinc
Ergo quod ad carnem: Christum quoq; novimus etsi
Quod carnem spectat, nunc amplius haud tamen *ipsum*
Novimus. 17 In Christô nunc *est* aliquis-ne proinde?
Ille creatura *est* nova: præteriere vetusta:
Omnia *quandoquidem* consistunt ecce novata.
18 Ex *renovante* Deo tamen isthæc omnia *fiunt*.
Per Iesum Christum nos quippe reconciliavit
Ipse sibi, atq; ministerium quò conciliemur
Rursus *ei*, nobis concessit. 19 Nempè, quòd esset
In Christô Deus ipse reconcilians sibi mundum,

*Sive domi simus præsentes, seu peregrini.

Non dans his culpę sua quæ peccata patrarunt;
In nobis verbum posuitque reconciliandi.
20 Legaturâ fungimur ergò nomine Christi,
Vos hortando Deô (nostro velut ore) precante,
Nomine Christi oramus, *nempe* reconciliatos
Esse Deo vosmet. 21 Siquidem fecit Deus illum
Qui non omnino peccatum novit, *vt esset*
Peccatum pro nobis, vt nos efficeremur
Iustitia illa Dei *quæ sola existit* in ipsô.

Cap. VI.

Mutuus hinc & amor per quæq; pericula surget,
Pastori & populo, fugienda Idola, maliq;.

ASt operam simul huic conati impendere nostram;
Hortamur, nè quandò Dei sit gratia frustrà
A vobis accepta. 2 Deus nam, Tempore, dicit, — *Esa.49.8.*
Acceptô, exaudivi te, tibi deinde salutis
Succurriq; die; Nunc acceptabile tempus
Ecce, dies ecce *instat* nunc *oblata* salutis.
3 Offensam cuiq; re non præbemus in vlla,
Vnde ministerij fieri reprehensio possit.
4 Nos ipsos sicut sed in omnibus esse ministros
Ostendendo Dei, velut in multâ tolerantia, — *1.Cor.4.1.*
Affligentibus in pressuris; rebus in illis
Vnde necesse opus esset; in anxietatibus arctis:
5 In plagis, in carceribusq;, in seditiosis
Motibus, exanclando labores, invigilando,
Per ieiunia; 6 Purâ in vitâ, in cognitione,
In placabilitate animi, in bonitate benignâ,
Sanctô in spiritû, amore in charô non simulato:
Doctrinæ veræ in sermone, Dei *omnipotenti*
In virtute, per *inculpata* iustitiæ arma

Quæ

Quæ sunt à dextris, quæ existunt atq; sinistris:
Et per gloriæ *iter*, per *contrà* ignominiæque;
Per convitia, perq; etiam præconia laudum;
Vt seductores, sed quæ sunt vera professi;
9 Ignoti velut *essemus*, noti sumus autem;
Vt similes morientibus, atqui vivimus, ecce:
Vt castigati, non autem morte perempti:
10 Tanquam tristes, gaudia verò semper habentes:
Sicut egentes, sed facimus ditescere multos:
Nil vt habentes, sed velut omnia possideamus.
11 Ad vos ergò, (Corinthiaci) patet oris hiatû
Nostra *loquela*, est dilatatum cor *quoq;* nostrum.
12 In nobis angustè non habitatis: at estis
Visceribus tamen in vestris angusti 13 *Ego* verò
Alloquor vt natos, par compensatio fiat.
Vos dilatati, *pariter simul* atq; ego sitis.
14 Ne copulando iugum cum non credentibus este.
Iustitiæ siquidem quod erit consortium iniquo? — *Eccle. 13. 18*
Aut quæ cum tenebris *fiet* communio luci?
15 Vel quæ cum Belial *fiet* concordia Christo?
Portio vel quæ *sit* cum non credente, fideli?
16 Aut etiam *demum* quænam consensio templo — *1. Cor 3. 16. & 6. 19.*
Esse Dei poterit cum Idolis? Quippe Dei estis
Vos templum viventis, vti Deus *ipsemet* inquit,
Affirmans; habitabo in eis, proficiscar & vnà, — *Levit. 26. 11. 12.*
His & ero Deus, hi populus mihi eruntq; futuri.
17 E mediò quapropter discedatis eorum, — *Esai. 52. 11.*
Et (dicit Dominus) seiuncti sitis *ab illis*:
Impurúmq; quod est nolite attingere; tumq;
Vosmet ego excipiam. 18 Vobisq; in patrem ero, vosq; — *Ierem. 31.*
Estis pro natis mihi, natabusq; futuri:
Affirmat Dominus, cui summa potentia in omnes.

Cap. VII.

Hæc promissa monent, nos vt purgemus ab illis:
Pœnitet & nec Epistolæ cum tristantis eosdem.

HÆc promissa igitur (chari) quùm simus habentes;
Ipsos mundemus nosmet contagiô ab omni
Carne & spiritû; vt *exhinc* sanctificatio *vitæ*
Perducatur *nostra* Dei in *reverente* timore.
2 Accipiatis nos, vt *qui* non læsimus vllum,
Non corrupimus vllum, non fraudavimus vllum.
3 Ad condemnandos *vos* autem, non loquor *istud*,
Prædixi siquidem quòd vos in cordibus estis
Nostris, tum sit vt hoc, ad iunctim commoriendum,
Et convivendum pariter. 4 Mihi multa loquendi
Est coram vobis libertas. *Est* mihi multa
Gloriolatio de vobis, solamine plenus
Existo, vehementer abundo gaudio in omni
Pressurâ in nostrâ. 5 Quùm venissemus in oras
Namq; etiam Macedûm; caro nullam nostra remissam
Excepit requiem, pressura at in omnibus visit:
Externus pugnę, terrores & simul intus.
6 Sed qui consolans abiectos est Deus, ille
(Quùm Titus advenit,) tribuit solamina nobis.
7 Accepi verô non *hoc solamen* in eius
Adventû solùm; sed eô solamine porrò
Quod simul atq; etiam de vobis ille recepit,
Quùm desiderium nobis recitando referret
Quàm vehemens vestrum, quæ collachrimatio vestra,
Æmulus in vobis, ecquis zeli *sui* ardor
Pro me; sic adeò magis hinc gavisus vt essem.
8 Nam per Epistolium reddebam vos etiamsi
Tristitiâ affectos; tamen haud me pœnitet eius,

Quantum

Quantumvis eius facti me pœnituisset.
Nam video, ista (licet) quòd epistola tempus ad horæ
Vos contristarit. 9 Nunc gaudeo, (non quòd eratis
Tristitia affecti:) sed gaudeo, sic quòd eratis
Tristitia affecti, quòd *iam* recipiscere *tandem*
Cœpistis; quandò affecti mœrore fuistis
Iuxtà namq; Deum; sic vt re sitis in vllâ
Ex hôc nequaquàm per nos incommoda passi.
10 Iuxtà namq; Deum Dolor is qui provenit *omnis*,
Reddit *nos* resipiscere, posse salute potiri;
Cuius pœniteat non vnquam: sed dolor ille
Qui de mûndô existit; mortem procreat *idem*.
11 Illud quandoquidem quod *nempe* dolore secundùm
Esse Deum vobis affectos obtigit; ecce,
In vobis studium quantum generavit inesse?
Immò *isthinc oritur vestri* defensio *quanta*?
Immò *isthinc vobis quanta* indignatio *crevit*?
Incussit quantum dolor isthinc immò timorem?
Quàm vehemens desiderium commouerit immò?
Ardorem *quantum* zeli inflammaverit immò?
Immò vindictam quanta n dolor iste creavit?
Ostendistis puros vosmet in omnibus ipsos
Esse negotiô in hôc. 12 Scripsi vobis licet ergò;
Non *vobis scripsi veruntamen* illius ergò,
A quo facta *videlicet* est iniuria; sed nec
Illius causâ fuit a quô iniuria passa:
Quin vt apud vosmet, studium reddatur apertum
Prô vobis illud nostrum, quod *sollicitanter*
Nos movet inspectante Deo. 13 Sumus ergò refecti
Consolamine, in istô consolamine vestrô,
Vberius multô gavisi tum sumus autem,
Ex gaudente Titô; Siquidem quod spiritus eius
Omnibus à vobis fuit excipiendo refectus.
14 Et quod de vobis si quid iactavi apud illum,
Non pudefactus eram, sed verè vt cuncta loquuti
Vobis *tum* fuimus; sic & iactantia nostra
Facta Tito à nobis, eà quod sit vera reperta est.

1. Pet. 2. 19

Amplius

15 Amplius ergà & vos sunt eius viscera *mota*;
Dum reminiscitur, obsequium quale *illud* inesset
Omnibus in vobis, & vt excepistis eundem
Cum *reverentia* timore tremoreque: 16 Gaudeo memet
Idcircò penitus de vobis fidere posse.

Cap. VIII.

Exemplò Macedûm, relevantum munificentèr Sanctos; suadet eos, praestent quod proposuerunt.

POrrò Dei facimus notum quæ gratia (Fratres)
Est Macedûm sacris conventibus illa tributa.
2 Quandò probati in multô *scilicet* experimentô
Ærumnæ toleratæ *ab eis*, quòd gaudium abundans
Ipsorum fuerit; paupertas atq; profunda
His in diuitias magnâ vbertate benignas
Maior abundavit. 3 Siquidem contestor eisdem,
Quòd pro viribus hj, supra viresque, fuerunt
Vltrò munifici, promptâ de mente suâpte;
4 Multis cum precibus nos exhortando rogantes,
Gratuitum quod munus erat, communio quæq; — *Infra 9. 12.*
Facta ministerij in sanctos, vt susciperemus.
5 Et non sic veluti speravimus *ista dedisse*;
Quod magis immò *fuit*, dedebant semet at ipsos,
Quos primùm Domino, tum nobis *deinde dederunt*,
Idq; volente Deô. 6 Titum vt hortaremur: vt (antè
Sicut cœpit;) sic etiamq; absolvere vellet,
Inter vos etiam collatam gratiam & istam.
7 Sicut abundantes sed rebus in omnibus estis,
Nempe fide, & sermone, & notitiâ, in studiôq;
Omni, vestrô charô in nos & amore; *videte*
Sic, vt abundetis vestrâ quoque gratiâ in istâ.
8 Non ex imperiô *loquor, hoc* dico; studiô ast aliorum, — loquor hor,
Vt

Vt quàm sincerus sit vestri affectus amoris,
Hac exploratâ reddam ratione probatum.
9 Nam Domini nostri perspectam gratiam habetis
Iesû Christi, propter vos ût factus egenus
Extiterit, quùm diues erat; ditescere posse
Eius pauperie vos. 10 Et sententiam in hac re
Edo meam: vobis hoc vtile namque futurum
Existit; qui non facere *hoc* solummodò; verùm
Antè etiam cœpistis & anno velle priore.
11 Atqui nunc etiam facere absoluatis idipsum:
Prompta velut vobis animi *adfuit* illa voluntas;
Adsit sic etiam, quâ perficiatis idipsum,
Ex eius ratione *videlicet* vt quod habetis.
12 Quandoquidem prius extiterit si prompta voluntas,
Ex illô quod habet, nec ab hoc quod non habet, ipsa
Vniuscuiusq; est acceptata *voluntas*.
13 Nam non *dico*, alijs vt rellaxatio, vobis
Ast afflictio sit; parili sub conditione
Vt verò præsenti tempore, copia vestra
Suppleat illorum defectum. 14 Rursus vt illis
Defectum vestrum suppleret, quod sit abundans,
Fiat vt hinc æquabilitas. 15 Scriptum velut extat;
Is qui *collegit* multum non amplius ecquid, Exod.16.8.
Nec minus is pauxillum qui *collegit* habebat.
16 Gratia porrò Deo, qui sollicitudinis istam
Curam in corde Titi, pro vobis indidit *esse*:
17 Quodq; hortamentum *quo sum exhortatus eundem*
Ad vos ire, quidem gratè acceptaverit illud:
Visus tum verò studiô maiore; quòd vltrò
Hoc ad vos suscepit iter. 18 Sed misimus vnà
Fratrem cum ipsô illum, cuius laus *lata* per omnes
Conventus sacros, de Evangeliô, est in honore.
19 Sed non id solum, manuum sed & impositurâ
A sacris delectus is est conventibus ipsis,
Vt peregrinatûs etiam nostri comes esset,
Esse ministeriô mittendô munere in istô
Gratuitô à nobis, Domini quòd cedet honori;

Atq; animum vestrum quod promptum comprobet esse.
20 Istud vitantes, nos vt non carperet vllus,
Munificentia in hâc cui deservire, ministri
Designamur. 21 Vt hj qui procuramus honesta
Non solùm coram Dominô, conspectibus atqui
Coram hominúmq; etiam. 22 Sed cum illis misimus vnà
Et fratrem nostrum, quem sæpè probavimus esse
In multis studiosum, sed studiosior est nunc,
Quod posita est in vos à me fiducia multa.
23 Seu super vlla Titô *sit quæstiô, dico, quod* ille
Est socius meus erga vos, adiutor & *idem*.
Seu sit de *reliquis* nostris *ea* fratribus; hj sunt
Cœtibus in sacris legati & gloria Christi:
24 Ergò, sit à vobis ea demonstratio amoris
Vestri, de vobis nostræ & iactantiæ, in illos
Edita, vt aspiciant coeant quum ecclesiæ *in vnum*.

Rom. 12. 17

Cap. IX.

Hinc ad eos misit fratres; Hortatur & ipsos,
Vt sint munifici, nec dent sua munera parcè.

QVando-quidem mihi de ratione ministerij huius,
Sanctorum causâ, *laturi munera vestra*
Qui delegendi sint, quicquam scribere vobis,
Non opus est, vt quod super-effluit. 2 Hoc scio namque,
Quàm vobis animus sit promptus, iactito pro quô
In cœtû Macedûm de vobis, nempe, parata
Quòd sit Achaïa, ab annô precedente priore:
Zelus & ex vobis complures exstimulavit.
3 Hos autem fratres misi, iactantia nostra
De vobis isthæc nè quandò fiat inanis,
Hâc in parte; *sed* vt possitis adesse parati,
Sicut dicebam. 4 Macedûm nè quô modò ab oris

Qui

Qui mecum veniant,& vos non esse paratos
Offendant; essemus nos (vt non *magis immò*
Dicamus pudefacti vos) exinde rubore
Confusi, præfidenti istô in gloriolatû.
5 Hortari hos fratres nunc ergò necesse putavi,
Vt prius accedant ad vos, veniendo priores,
Et quæ prędecreta fuit benedictio vestra,
Hanc prius absolvant,hęc vt foret antè parata:
Quæ benedicendi sit munificentia tanquam,
Non vt ab *invitis* extortúmq; esset avaris.
6 Hoc sed *dico*,parcè qui serêt,hic etiamq;
Parcè est messurus : quisquis serit atq; benignè
Dum benedicat,is est messurus itemq; benignè.
7 Sic *agat* vnusquisque,vt in eius còrde præoptat;
Non ex tristitiâ,vel vt extorquendo necessum.
Diligit ipse Deus quia lætô corde datorem.
8 At potis est Deus efficiundò,redundet vt omnis
In vos gratia : vt in re quâvis semper habentes
Sufficiens,omninò quantum vos penes esset,
Vnde ad opus quodcunq; bonum pleni esse queatis.
9 Existit sicut scriptum ; Dispersit,egenis
Est largitus, iustitia eius in æva manente.
10 Is qui suppeditans est semen porrò serenti,
Ad manducandum panem quoq; suppeditabit:
Et quæ vobis est, sementem multiplicabit;
Iustitię vestrę fructúsq; augescere reddet:
11 Vt locupletati possitis in omnibus esse,
Informati simplicitatem *prorsus* in omnem,
Quę facit illa,Deo per nos vt gratię agantur.
12 Namque ministerium concessi muneris huius
Non ea quæ sanctis desunt solummodo supplet;
Quinetiam-vero simul atq; redundat,vt ipsi
Inde Deo multę per multos gratię agantur.
13 Huius quandò ministerij experimenta probando
Glorificare Deum satagunt,quòd obêdit in istô
Consensû fidei confessio testificata
Vestra,Evangelium in Christi,de eiusq; benigno

Pro.11.25.
Rom.12.8
Eccle.35.10
Psal.112 5

In

In sese, inq; omnes communi participatû,
14 Perq; preces pro vobis quæ funduntur ab illis,
Exoptantibus his bene vobis maximô amore,
Quippe Dei in vobis quòd gratia plurima fulgens
Eminet vbertim. 15 Deo at ipsi gratia *danda*
Redditor eius propter inenarrabile munus.

Cap. X.

Vt moveatque, docet, sua quàm sit magna potestas:
Comparat & semet cum gloriolantibus illis.

EXhortor verò precibus vos ipse ego Paulus,
Per clementem Christi animum, simul atq; benignum,
Qui præsens equidem coram demissus *adesse*
Inter vos; absens tamen, erga vos, *putor* audax.
2 Hoc autem rogo, ne *quùm* præsens *ipsemet adsim*,
Confidenter agam, fisus fiduciâ eâdem,
Audax in quosdam quâ existimor ipse fuisse;
Qui nos esse putant, tanquam vivendo secundùm
Carnem incedentes. 3 In carne quidem sumus, *at* non
Incedentes iuxtà carnem, belligeramus:
4 Militiæ siquidem nostræ carnalia non sunt
Arma; potentia verò sunt Divinitus illa,
Ad subvertendum munimina *fortia facta*.
5 Queis ratiocinia evertendo subdimus, omne
Et sublime Dei se adversus cognitionem
Extollens; & captivatum ducimus omnem
Christo intellectum, parendo vt obediat illi.
6 Inq; paratô habeamus, vt vlciscamur id omne
Quod non obsequium præstat; tum præstita postquam
A vobis plenè fuerit submissio vestra.
7 Aspicitisnè ea quæ faciem sunt ipsa secundùm?
Si quis apud semet, se Christi fideret esse,
Istud apud semet tum cogitet *ille* vicissim;

Sicut

Sicut is est Christi;sumus & quoque nos ita Christi.
8 Ecquid enim si & glorier amplius;ista potestas
Nostra *quod est talis*,concessit ad ædificandum
Quam Dominus nobis,nec vos vt sitis *eâdem*
Subversi ; suffusus ero non inde pudore.
9 Nè videar tanquam per epistolia esse tremori,
Vobis; 10 Namq; aiunt, quòd epistolia eius habentur
Grandiloqua,& robusta quidem,præsentia verò
Corporis infirma est,nihili quoq; sermo putandus.
11 Cogitet hoc *qui* talis *erit*,quales sumus ipsô
Absentes verbô per epistolia;esse perindè
Tales factô quùm præsentes adsumus æquè.
12 Namq; adiungere nosmet,vel conferre quibusdam
Non *hoc* audemus,solitis laudare seipsos.
Atqui nec quicquam sapiunt,qui namq; solentes
Ipsi metiri sunt sese semet ab ipsis :
Et sibimet satagunt ipsis conferre seipsos.
13 Nos at in immensum minimè iactabimus,ex his
Mensuræ nostræ quæ non sunt; Immò secundùm
Mensuræ quam nobis est dimensus amussim Ephes.4.7.
Ipse Deus, *mensurâ nos iactamus in ista*,
Vsq; etiamq; ad vos,nos perveniendo profectos.
14 Non etenim tanquam non pervenimus ad vos,
Vltra quàm deceat plus nos extendimus ipsos :
Ad vos quandoquidem nos & pervenimus vsq;
Ipsô Evangeliô in Christi. 15 Non gloriam habentes
Quæ nostræ non sunt mensuræ rebus in illis;
Nempe laboribus *exanclatis* ex alienis :
Augescente fide vestrâ veruntamen,*istud*
Sperantes; nos iri in vobis amplificatûm,
Idq; secundùm norman nostram in copiâ abundè:
Vltrà vos Evangelium dispergere posse :
Non vt in illâ mensurâ quæ spectat ad alt'rum,
Iactantes simus de his quæ antè parata fuerunt :
17 Sed qui iactat,is in Dominô iactato. 18 Seipsum
Nequaquàm siquidem si commendaverit ille; Ierem.9.24.
Sed Dominus quem commendaverit ille probatur. 1.Cor.1.31.

Cap.

Cap. XI.

Causa, amor & zelus Pseudo quò d Apostoli adverti,
Decepere, ipsos, iactaverit vnde seipsum.

O Vtinam toleraretis me tempore paulò,
Disipientiâ *in* hâc: me quin etiam tolerate.
2 Zelo nam zelante Dei vos ambio; quippe
Quòd vos despondi *copulandam scilicet* vni
Esse viro *sponsam*, quæ puræ virginis *instar*
Sistendi est Christo. 3 Metuo veruntamen, vt nè
Quôviscunque modô serpens seduxit is Evam
Calliditate suâ, mentes *etiamque* ita vestræ
Depravatæ degenerent à simplicitate
Quæ in Christô existit. 4 Nam, si quiscunq; veniret,
Prędicet hic alium Iesum, quem concio nostra
Non enarravit; si à vobis acciperetur
Quem non accepistis adhuc vel spiritus alter;
Aut aliud si Evangelium quodcunque receptum
A vobis esset, quod non erat ante receptum
A vobis; toleraveritis *vos* rectiùs *illum*.
5 Me puto (quandoquidem) non inferiore fuisse
Conditione illis, qui maximi Apostoli habentur.
6 Quod si *sum* sermone rudis, *rudis* attamen haud *sum*
Notitiâ: manifesti facti at in omnibus ad vos
Nos sumus omnino. 7 Peccatum núm ne patravi,
Propterea siquidem volui demittere memet,
Isthùc, exaltati vos possitis vt esse;
Quandò Evangelium promulgans, gratuitò illa
Quòd narrare Dei volui bona nuntia vobis?
8 Conventus sacros alios (stipendiô ab illis
Acceptô) spoliavi, vobis esse minister
Vt possem: quandò sed & inter vosmet adessem,

Gen. 3. 4.

Non

Non onerosus eram cuiquam licèt ipse carerem:
Supplevere mihi siquidem quod defuit illud,
Finibus è Macedûm fratres tùm quando venirent:
Atque etiam rebus me præstiti in omnibus esse
Non vobis onerosum, præstaboque futurum.
10 Verè per Christum vobis affirmo ego verum:
In me non erit *os* obstructum, gloriar immò
Hac de re, in regionibus his quæ sunt in Achaiâ:
11 Quare? Num quòd vos non diligo? Scit Deus. 12 Atqui
Quod facio, simul atq; etiam faciam; quod ab illis
Ansam præripiam, quibus est optabilis ansa;
In quâ gloriolam captant, vt comperiantur
Esse etiam tales, quales existimus & nos.
13 Nam falsi *quum sint* eiusmodi Apostoli habendi;
Falsâ sunt tales operantes fraude repleti.
14 Id neq; mirum, quùm Sathanas capit ipse figuram
Se transformandi, lucis velut Angelus esset.
15 Ergò, non est magnum, si eius quandò ministri
Transforment sese, velut essent hjq; ministri
Iustitiæ, queis finis erit sua facta secundùm.
16 Rursum dico, quisquam memet nè putet esse
Insipientem: alióquin me velut insipientem
Accipiatis; quò paulisper ego quoq; quiddam
Glorier. 17 Istud quod dico, non dico secundùm
Hoc Dominum; sed vt insipiens fundamine in istò
Iactandi. 18 Siquidem iactantes sunt quia multi,
Carnis respectû; iactabo etiam sed & ipse.
19 Desipientes nam toleratis mente libenti,
Ipsi quùm sitis sapientes. 20 Nam toleratis,
Si quis vos servire adigat, si devoret ecquis;
Accipiat si quis; si quis se attolleret ipsum;
In faciem si percutiens vos cæderet ecquis.
21 Allego rationem iuxta ignobilitatis.
Quod velut infirmi fuimus nos parte in eadem
(Dico vt in insipientiâ) in ecquo quis foret audens;
Audeo ego simul atque. 22 Hæbræi sunt? Ego sumque.

Infr.12.13
Act.20.34
Phil.3.5.

Israëlitę num sunt? Ego *sum* simul atq;
Numquidnè existant Abrahami semen? Et ipse.
23 Numquid sunt illi Christo *inseruire* ministri?
(*Tanquam* disipiens loquor,) ipse excello: Labores
Amplius vtpote qui fuerim tolerare suëtus:
Qui sum perpessus suprà illos vulnera plura:
Carceribus fuerim qui clausus sæpiùs *illis*;
Extremis fuerim qui sæpe in mortibus *harens.*
24 Gente à Iudæâ quadragenas minùs vnâ
Plagas accepi vicibus quinis. 25 Vice ternâ
Cæsus eram virgis: vnâ vice eram lapidatus.
Naufragium feci vice ternâ. Nocte diéq;
Egi *submersus* maris in *sorbente* profundô:
26 Sæpè fui dimensus iter peragrando per oras:
Flumina *vorticibus mihi sæpè* crea're peric'la:
Sæpe mihi latrones intenta're peric'la:
Gentiles *mihi sæp è mei renovare* peric'la:
Gentes *sæpe mihi crebra ingeminare* peric'la:
Vrbibus in *multis perpessus sæpe* peric'la:
Non in desertô *desertior absque* pericl'is:
Fluctibus vndosis maris *obrutus inque* peric'lis:
Fratribus à falsis *circumuentusque* periclis:
Inque labore, & in ærumnâ, in sæpe excubijsque,
In fame, itemq; siti, in ieiunia sæpe ferendô.
Frigore in *algescente*, in *aperta* nuditiéque,
28 Absq; illis quæ contingunt extrinsecus; agmen,
In me,* quoq; die constringens, opprimit, *hoc est*,
Sollicitudo *vrgens* de cœtibus omnibus. 29 Ecquis
Affligatur; quin affligar & ipsemet vnà?
Offendatur quis; quin vnàq; ipsemet *vror*?
30 Si mihi iactandum fuerit; de rebus eisdem
Iactabo, quibus esse infirmus *dicor ab illis.*
31 Ipse Deus, Domini nostri Pater, (ipsemet *inquam*)
Iesû Christi *existit qui* laudandus in æva,
Novit me minimè mentiri. 32 *Nempe* Damasci,
Præfectus gentis (quum Aretæ sub nomine Regis
Præsidium statuendo locabat, in vrbe Damasci,

Deu. 23. 3.
Act. 16. 22 23.
Act. 14 19
Act. 9. 24.
*quottidie

Me

Me *captivatum* cupiens appre'ndere posse:
33 In sportâ verò, per *apertam* fune fenestram,
Pendulus in muris fueram dimissus *in agros*,
Et *sic* effugi, manibus *delapsus ab* eius.

Cap. XII.

Se tamen haud iactat, nisi de infirmantibus ipsum,
Deq; revelatis, quòd verus Apostolus esset.

QVod iactem, sanè minimè mihi convenit *istud*.
Accedam siquidem quòd ad *has* apparitiones,
Adq; ea quæ Dominus patefecit operta revelans.
2 Est mihi notus homo in Christô, ante decem quatuorq;
Annos; (sive in corpore, nescio, corpus an extrà,
Nescio: cognovit Deus *hoc*.) Homo talis at iste
Raptus erat cœlum *nimirum* tertium adusque.
3 Novi eiuscemodiq; hominem, num corpore *factum*
Illud erat, num corpus an extrà; nescio: novit
Id Deus. 4 Vt talis raptus fuit in Paradysum,
Et verba audivit, quæ lingua nec vlla profari
Posset, quæq; homini minimè licet esset loquuta.
5 De tali iactabo *virô*, non deq; meipsô
Iactabo, nisi forte meis de affectibus, his qui
Me infirmum reddunt. 6 Nam si iactare libebit;
Non ero desipiens, est verum quippè quòd aio.
Parcus at immò loquar, de me nè existimet vllus,
Illud *nimirum* suprà quàm me videt esse,
Illud vel suprà quod fama audiuerit ex me.
7 Deq; revelatis magna excellentia rebus
Extollat nè me; datus est stimulus mihi carnis,
Angelus is Sathanæ, colaphis me cædere posse,
Elatus nè mente modum supera efferat altâ.
8 Ter super hoc Dominum rogitavi abscedat vt à me
9 Qui mihi, at immò (tibi mea gratia sufficit) inquit:

Act.9.3.

Viribus infirmis mea namque potentia finem,
Assequitur. Quarè, de infirmis viribus ipsis
Præcipuè hisce meis animô iactabo libenti,
Esset vt in me habitans *tanquam tentorio (sine esset*
Exili) virtus, quæ est ista potentia Christi.
10 Viribus infirmis ideoq; oblector in *hisce;*
His ignominijs; *vrgentibus hisce* necesse
Quæ *me* constringunt; in confligentibus *istis*
Pressuris; pro Christô & in anxietatibus *istis:*
Infirmus siquidem quùm sum, tunc robore firmor.
11 Desipiens sum factus in hôc quòd glorior: *atqui,*
Nempe coëgistis vos me, namq; ipsemet immò
Laudibus à vobis ornandus quando fuissem.
In re quandoquidem nullâ fuerim minor illis,
Præ reliquis in Apostolicô qui munere clarent:
Quantumvis nihil existam *nihilominus exhinc.*
12 Indicia edita sunt vos inter Apostoli *habenda*
Illa quidem, tolerantiâ in omni, signa per, & per
Prodigia, & per virtutes. 13 Est namq; quid illud,
Inferiore in quô vos conditione fuistis,
His reliquis, *qui sunt* Ecclesia, *cœtibus vllis?* *Supr. 11. 9*
Hoc nisi, quòd non vos onerosior ipse grauarim:
Atqui, iniuriam eam mihi condonate *remissam.*
14 Ad vos (En) ternâ vice sum venisse paratus,
Obtorpescendo gravis autem non ero vobis.
Non etenim quæro quæ sunt vestratia, sed vos.
*Qui *sunt* proles namq; parentibus accumulare
Thesauros non debent; prolibus immò parentes.
15 Ipse atqui-verò cumprimis mente libenti
Impendam memet, super impendendus eroque,
Pro vestris animabus; Quamvis vos in amandô
Vberiùs, minùs à vobis sim rursus amatus.
16 Qain esto verò, minime vos ipse gravavi:
Callidus at quandò fuerim, vos arte dolosâ
Cœpi. 17 Quos ad vos mittebam, num per eorum
Quemquam, vos circumveniendo quæstui habebam?
18 Hortabarq; Titum, quicum misi quoq; fratrem;
Numne

Numne Titus vos reculâ in vllâ quæstui habebat?
Numquid non incedebamus spiritû eodem?
Non *impressa fuere* eadem vestigia nobis?
19 Rursum, quod vobis nos excusemus, an estis
Arbitrantes? vos Diuino Numine coram,
In Christô loquimur: Veruntamen omnia *dicta*
Isthæc, (Dilecti) sunt vobis ædificandis.
20 Nam metuo, quôcunq; modô, nè venero quandò,
Comperturus ero vos, quales non ego vellem:
A vobis etiam nec ego sim comperiendus
Qualem me velletis; nè quæ dissidia essent
Lites, Invidiæ, iræ, rixæ, inter vos verba probrosa,
Ore susurri, *corde* tumores, seditiones.
21 Ne deus ille meus, tum rursus venero quandò,
Memet deprimat inter vos, multos & eorum
Deplorare queam, quos, (peccavere quòd antè)
Nondum pœnituit, de sorde libidinis, atque
De scortatû, & de lasciviâ, ab hisce patrata.

Cap. XIII.

Quodsi refractarij erunt; deterret eosdem,
Vt convertat eos. Finem benedictio claudit.

AD vos *accedens* venio *nunc* hâc vice ternâ.
Confirmatum verbum erit omne ex ore duorum,
Sive trium, *verum* qui contestantur *id esse*.
2 Prædicebam, deinde etiam prædico secundò,
Vt presens, at nunc absens, his scribo, priores
Qui peccaverunt, reliquis atq; omnibus illis,
Quòd minimè parcam, si quandò venero rursum.
3 Experimentum queritis in me quando loquentis
Christi, qui non est infirmis viribus ipse
Ergà vos, in vobis est sed robore firmus.
4 Quandoquidem, quamvis quòd erat crucifixus; id esset

Deut. 19. 15.
Mat. 18. 16.
Iohan. 8. 17.
Heb. 10. 28.

Viribus exutus; tamen ex virtute potenti
Vsq; Dei vivit. Siquidem nos insimul vnà
Viribus infirmis in eôq; existimus; atquî
Secum vivi erimus Dei [illegible] ab hac virtute potenti
Erga vos. 5 Tentetis vosmet, sitis in ipsâ
Numne fide; vosipsos *indagando* probetis.
Vosmet an ipsos non agnoscitis, ût quòd Iesus
In vobis insit Christus, reprobi nisi sitis?
6 Sed fore confido quòd cognoscetis *id ipsum,*
Nequaquam reprobi quòd simus nosmet habendi.
7 A Deô at opto, mali vos vt nihil efficiatis;
Non modò vt esse probati nosmet comperiamur;
At verò, faciatis vt illud quod sit honestum:
Quamvis nos tanquam reprobi videamur habendi.
8 Contra doctrinam veri quia nulla potestas
Est nobis, sed possumus omnia propter eandem.
9 Gaudemus siquidem, quum simus viribus ægris,
Viribus è contrà validis vos esse potentes.
Hoc sed & optamus pro vobis, integritatem.
10 Absens hæc ideo scribo, nè durior essem
Præsens, hanc iuxtà mihi quæ concessa potestas
A Dominô existit, quæ tendit ad ædificandum,
Non & ad interitum. 11 Fratres, iam porrò valete.
Instauremini; habete vnà solamen; eôdem
Affecti sitis sensû: pacem retinete:
Atq; Deus chari qui existit amoris, & *author*
Pacis, cum vobis erit. 12 Impertite salutem
Vos alijs alij, amplexantes osculô in almô:
Sancti vos quicunq; salutant. 13 Gratia nostri
Quæ est Domini Iesû Christi, dilectio Chara
Atque Dei, & communis Sancto spiritû *in eius*
Participatio, sit cum vobis omnibus. Amen.

c. 11. 28
Rom 16. 16.
1. Cor. 16. 20
1. Pet 5. 14

Scripta Corinthiacis fuit ista secunda Philippis,
Ex Macedum vrbe, Titum portantem per quoq; Lucam.

EPISTOLA

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

Cap. I.

Pseudo ab Apostolicis seductos iure reprendit:
Munus Apostolicum docet hic vt adeptus obivit.

Paulus Apostolus haud hominûm *suffragio* ab *vllô*, — Tit. 1. 3.
Sed neq; per *quemuis* hominem, verùm per Iesum
Christum, perq; Deum patrem, qui surgere *rursus*
A defunctis reddidit illum. 2 Qui quoq; fratres
Sunt mecum (sacris Galatarum cœtibus) omnes:
3 Gratia vobis *esto*, pax à Patre Deôque,
Et Dominô nostrô Iesû Christô: 4 Dedit *vt* qui
Pro peccatis quæ commisimus ipse seipsum,
Sæculô vt ex præsente malo nos eximat istô;
Iuxtà quod Dei erat, nostri Patrisq; voluntas. — Luc. 1. 74.
5 Sæc'la in sæc'lorum cui gloria *lata sit*. Amen.
6 Miror tam citò vos ab eô, qui Gratiam in illam
Quæ Christi est, *Evangelij virtute* vocavit,
Avectos Evangelio transferri alieno.
Quòd non est aliud: nisi vos turbare volentes

Quod sunt nonnulli, nixiq; invertere posse
Christi Evangelium. 8 Quin immò nos etiamsi,
Angelus aut vobis cœlô delapsus ab ipsô,
Alt'rum Evangelium narraret, præter *id vnum*
Quod vobis narravimus; execrabilis esto.
Diximus ante velut, nunc rursus deniq; dico:
9 Si quisquam preter quod percepistis *id*, alt'rum
Vos Evangelium docet, execrabilis esto.
10 Quandoquidē, num suadeo nunc hominesve, Deumve,
Aut hominûm *cuiquam* quæro *me posse* placere?
Atqui si *vel* adhuc hominum *cuicunq;* studerem
Esse placens, essem nequaquam Christi ego servus.
11 At verò (fratres) facio innotescere vobis,
1.*Cor.*15.1. Hoc Evangelium quod declaratum erat à me,
Illud *doctrinas* hominum non esse secundùm.
12 Abs hominûm siquidem percepi non ego quoquam;
Edoctus neq; sum; retegente mihi sed Iēsū
Illud Christô. 13 Namq; audistis qualiter olim
In Iudæorum versabar relligione:
Ipsa Dei siquidem fuit à me Ecclesia summè
Profligata, atq; illam devastare sategi.
14 Qui simul atq; in Iüdaismo proficiebam,
In genere ipse meô multis præ ętate coęquis;
Æmulus in zelô, vehementior esse mearum
Quandò paternarum nitebar traditionûm.
15 Verùm quandò Deo placuit, qui Matris ab alvô
Me sibi selectum secreuerat ipse seorsim,
Ipsiûs memet per gratiam itemq; vocavit;
16 In me *nempe* revelatus quòd Filius esset
*Ephes.*3.8. Eius, vti bona nuncia de ipsô Gentibus essem
Promulgaturus; cum carne & sanguine mox non
Contuli. 17 Et ad Solymam minimè rediturus adibam
Hos, in Apostolicô qui munere me ante *fuerunt*:
Vsque Arabas sed abivi, rursus sumq; reversus
Vsq; Damascenos. 18 Tum demûm post, tribus annis,
Ad Solymitanam redij vrbem, visere posse
Petrum: Quindenos mansique dies apud illum.

19 Alter

19 Alter Apostolici nec muneris est mihi visus,
Exceptô Domini tantummodò fratre Iacobô.
20 Porrò in eis quæ scribo vobis, aspiciente
(Ecce) Deô, scribo; non mentior. 21 Indè Syrorum
In Cilicûmq; oras veni. 22 Non cognitus autem
Prorsus eram facie sacris conuentibus illis,
Quę in Christô fuerant Iudeæ 23 Auditù at habebant
Solùm; quòd qui nos aliquando afflixerat, is nunc
Læta Evangelij quod devastaverat olim,
Nuncia de fidei doctrinâ, prædicat ipse.
Atq; Deum de me *converso* glorificabant.

CAP. II.

Præcipuis in quo se munere prorsus adæquat.
Causæ summa, Fide, non factis iustificamur.

POst bis septenos annos exinde peractos
Ascendi rursus Solymæ vrbem cum simul vnà
Barnâbâ, atq; Titô. 2 Conscendi porro secundùm
Quod *mihi nempe* revelatum *fuit*, exposuique
His Evangelium quod prædico Gentibus: Atqui
Illis, (qui in præciô visi sunt esse,) seorsim:
Nè quôcunq; modò frustratus currere possem,
Sive cucurrissem. 3 Titus at neq; (qui simul vnà
Extiterat mecum) quantumvis Græcus is esset;
Propterea circumcidi fuit ille coactus.
4 Nempe subingressis falsis pro fratribus illis,
Libertatem qui explorare subintroierunt,
In Iesû Christô nostram, quâ *nempe* potimur;
Seruitus vt nobis imponi posset ab illis.
5 Nos quibus ad spacium nè vnius cessimus horæ
Subijciendi; Evangelij quò vera manere
Inviolata queat doctrina intacta. 6 Sed abs his

Act. 15. 2.

Qui

Qui sunt visi aliquid, quales vtcunq; fuerunt
Illi aliquando; refert mea nil: Hominis Deus haud est
Personæ acceptator. Visi quippè quòd illi
Qui sunt in pretiô, adiecerunt nil mihi quicquam.
7 Immò sed è contrariò, *ijdem* quandò videbant,
Quòd mihi creditum erat, (de his qui præputia habentes
Sunt,) Evangelium; sicut Petro fuit illud
De circumcisis, 8 (Qui namq; hoc efficiebat
Per Petrum, Circumcisis vt Apostolus esset;
* Inter Gentes est operatus meq; ministrô.)
9 Et quandò, data quæ fuerat mihi gratia, nossent;
Tumq; Iacobus, tum quoq; Cephas, tumq; Iohannes;
(Qui tres *nimirùm* visi sunt esse columnę)
Hj mihi consensûs dextras, simulatq; dederunt
Barnâbæ; (vt nos inter Gentes, inter at ipsi
Vt circumcisos,) *essemus Apostoli habendi:*
10 Vt memores (solùm *monuêre*) essemus egentûm;
Sollicitusq; fui possem præstare quòd istud.
11 *Vrbem* quùm verò venisset Antiocheiam
Petrus, in os illi tum restiti; eò quòd habendus
His reprehensibilis fuerat. 12 Quùm namq; priusquàm
Quidam à Iacobo venissent; ipsemet vnà
His cum qui fuerant Gentes mandebat: At isti
Quandò venissent; subduxit semet ab illis,
Et secrevit, eos circumcumcisosq; timebat.
13 Et Iudæorum simulanti cętera turba
Ipsi consensit: Barnâbas vt simul vnà,
Esset itemq; hypocrysi eâ surreptus eorum.
14 Sed quum vidissem non rectô incedere gressû
Hos Evangelij doctrinæ vt congruit ipsi
Veræ; dicebam Petro coram omnibus, *aiens;*
Si tu Iudæus quùm sis, gentiliter *atqui*
Vivis, & haudquaquam Iudæis more receptô;
Iudaizando cur Gentes vivere cogis?
15 Natura siquidem Iudæi nos sumus, atq;
Non peccatores ex Gentibus, 16 Esse scientes,
Non operûm factis hominem quæ lege iubentur,

Deut. 10. 17
2 *Par.* 19. 7
Iob 34. 19
Sap. 6. 7.
Eccle. 35. 12
16.
Act. 10. 34.
Rom. 2. 7.
Ephe. 6. 9.
Col. 3. 25.
1. *Pet.* 1. 17.
* *Per me inter gentes operatus e-ratq; po-tenter.*
Act. 11. 30.
2. *Cor.* 9. 3.

Iustificatum; sed fide eâ quæ existit Iesu
Christi. Nos sumus & credentes Christum in Iesum,
Ex fide vt hâc essemus Christi iustificati,
Et minimè factis ex legis: propterea quòd,
Ex legis minimè caro iustificabitur vlla
Factis. 17 Si verò quærentes iustificari
Per Christum, peccatores reperimur & ipsi;
Christus peccati numne est idcircò minister?
Absit. 18 Quandoquidem si exædificavero rursus
Hæc quæ destruxi, transgressorem esse meipsum
Constituo. 19 Per legem, legi ego mortuus exto,
Namque, Deo vt vivam. 20 Crucifixus cum simul vnà
Existo Christô: veruntamen amplius ipse
Non vivo: vivit Christus veruntamen in me:
Et vitam quam vivo nunc in carne, per illam
Vivo fidem *quæ fixa* Dei *est* in Filiô, amavit
Qui memet, prò me qui tradidit atq; seipsum.
21 Irrita facta dei est nequaquam gratia per me:
Nam si iustitia est per legem *constabilita*;
Idcircò mortem sine causâ Christus obivit.

Rom. 3. 19. 20.
Phil. 3. 9.

Cap. III.

Acriter vrget eos, ratione, exemplo & Abrâha:
Promissum prius & quàm Lex probat ante fuisse.

AMentes Galatæ, iniecit quis fascina vobis,
Vt non obsequium veræ prestare velitis
Doctrinę, quibus ante oculos depictus Iesus
Ipse prius Christus fuit inter vos crucifixus?
2 Ex vobis istud desidero discere solùm,
Spiritum an accepistis numne *operantibus vllis*
Ex legis factis; auditûs sive relatû
Qui fidei fuerit? 3 Numne amentes adeò estis,

Spiritû

Spiritû vti quùm cœperitis, nunc carne velitis
Perfecti fieri? 4 Tàm multa ne sustinuistis
Frustra? Siq; *ista passi hæc* etiam modò frustra.
5 Ergo ministrans est qui vobis spiritum, & ille
Qui in vobis virtutes efficit, est ne *ministrans*
Ex legis factis? auditû num fideine?
Gene.15.6. 6 *Ipse* Deo vt *fidens* Abrahamus credidit, atq;
Extitit *hoc* ipsum reputatum iustitiæ illi.
Rom.4.3. 7 *Ex* hâc ergò fide qui sunt, cognoscitis illos,
Iac.2.23. Proles esse Abrahæ. 8 Verùm providerat ante
Dum Scriptura, Deus quòd Gentes iustificaret
Ex fide; id ante Abrahæ narrans, *vt* nuncia lęta,
Gen.12.3. Dixit; quòd fient omnes in te benedictę
Eccl.44.20 Gentes. 9 Ergò, fide, fient quicunq; fideles;
21. Hj benedicuntur, cum Abrahamo illoq; fideli.
Act.3.25. 10 Ex factis Legis quia sunt quotcunque; subibunt
Hj maledictum. Quandoquidem *sic* scribitur; Esto
Deut.17.26 Execrabilis is, qui non permanserit omnis,
Omnibus in scriptis quę in Librô legis habentur,
Hęc vt comprępstet. 11 Sed nullum iustificari
Ante Deum per legem, *scilicet est* manifestum:
Habac.2.4. Namq; fide vivet *quicunq; est* iustus. 12 At haud est
Rom.1.17. Ex fide *ea* Lex; Sed qui fecerit hęc homo *quisquis*;
Heb.10.38. Vivet in ipsis. 13 Christus *sed* nos *immò* redemit
Levit.18.5. Legis ab execratû, dum execratio factus
Deu.21.23 *Ille* existebat pro nobis: Est quia scriptum;
In lignô pendens est execrabilis omnis.
14 Vt benedictio facta Abrahæ pro Gentibus extet,
In Christô Iesû, promissum Spiritum vt illum,
Essemus mediante fide simul accipientes.
Hebr.9.17. 15 More loquor (Fratres) hominum; Non abrogat vllus,
Aut *aliquid* superaddit *ei*, fœdus licet *esset*
Humanum, *quùm* confirmetur robore legis.
16 Ipsi dicta Abrahæ verò promissa fuerunt,
Semini & ipsius, non dicit seminibusque,
Tanquam de multis, tanquam veruntamen vnô;
Semini *atq;* tuo, qui Christus *scilicet* ille est.

17 Hoc

17 Hoc autem dico, quod erat statuente Deô ante
Abs ipsô, respectû Christi, fœdere pactum
Testamentum, Lex (quæ *Demùm* cœpit ab annis
Post quadringentis, triginta etiamq; *peractis*)
Illud nequaquam facit vt reddatur inane,
Sic vt quod promittebatur, id evacuaret.
18 Hæredûm siquidem, si ius ex lege sit, *ergo*,
Ex promissô iam nequaquam *provenit* illud.
Sed Deus *hæredûm ius illud* gratificatus
Est Abrahæ per promissum. 19 Lex illa quid, ergo?
Propter transgressus *factos* est addita, donec
Semen cui fuerat promissio facta veniret.
Lex aio Angelicis *qua erat* ordine lata *ministrus*,
Ipsa manû in mediatoris. 20 Mediator at iste
Vnius non est : veruntamen est Deus vnus.
21 Num contra promissa Dei Lex *additur* ergo?
Absit. Nam data si quæ est Lex, ea vivificare
Posset, verè lege ab eadem iustitia esset.
22 Attamen omnia conclusit Scriptura, sub*esse*
Peccato; quò Demùm *sic* promissio *facta*, Rom.3.9.
Ex fide eâ quæ *scilicet* est *solius* Iesû
Christi *nimirum*, credentibus illa daretur.
23 Ante fides quam venerat autem, legis eramus
Detenti sub prçsidiô, conclusi in eandem
(Quę est retegenda) fidem. 24 Ludi (tunc ergò) magister Rom.10.4.
In Christum Lex noster erat, quò iustificemur
Ex fide. 25 At adveniente fide, non amplius inde
Hoc sub præceptore sumus. 26 *Iam* quilibet estis
Quandò Dei nati, in Christô Iesu per eandem
Namq; fidem. 27 Quicunq; etenim baptismatis vndâ
Loti in Christô existitis, induti *simul* estis Rom.5.3.
Vos Christô. 28 Non est Iudæus, *sed* neq; Græcus;
Non est seruus, sed neq; liber : Masculus haud est,
Et *neq;* fœmina. Vos omnes nam existitis vnus,
In Christô Iesû. 29 Si vos existitis atqui
Christi; tunc Abrahami semen propterea ergò
Estis, & hæredes, promissum nempe secundùm.

Cap. IIII.

Heredis simili probat, ætatis nec adultæ,
A natisq; Abrahæ, Sinai monte, atque Sione;

HOc sed dico, heres infans est tempore quantô;
A servô minimè differt, quantumlibet esset
Is Dominus cunctorum. 2 Sub tutoribus immò,
Et sub curatoribus extat, tempus adusque,
Quod pater ipsius prędefiniverat antè.
3 Sic nosq; infantes extantes; subter eramus
Mundi elementis, illis inseruire redacti:
4 At postquam verò completum tempus adesset;
Natum eius Deus emisit factum ex muliere' lâ,
Factus qui sub lege fuit subiectus, 5 Vt illos
Efficeret sub *ea* fuerant qui lege, redemptos;
Ius in adoptiuos vt natos acciperemus.
6 Quandoquidem verò *vos* estis filij habendi;
Corda in vestra Deus Nati eius Spiritum eundem
Emisit, qui clamans est Abba, Pater. 7 Ergò,
Exhinc nequaquam iam seruus es amplius; atqui
Filius immò; quòd si filius, atq; Dei heres,
Per Christum. 8 Immo Dei ignorantes quandò fuistis;
Qui Dj naturâ non sunt seruistis eisdem.
At nunc verò quandò Deum cognoscitis *ipsum*,
Immò Deô potius noti quùm sitis ab *illo*;
Quomodò retrorsum vos ad convertitis ista,
In se quæ constant elementa infirma, & egena,
Denuò vt his regressi iterum servire velitis?
Nempe dies mensesq;, & tempora, & insimul annos.
Obseruatis. 11 De vobis formidine tangor,
Numne fatigatus fuerim frustrante labore
Erga vos. 12 Estote ego sicut, Namq; ego sicut

Rom. 8 14. 15.

Vos:

Vos: fratres, rogo vos: Mihi non iniuria *facta*
Est à vobis. 13 Nostis verò carnis in huius
Naturâ infirmâ me Euangelium esse loquutum
Vobis iam priùs. 14 Experimentum in carne meâq;
Pro nihilo minimè duxistis, nec repulistis:
Excepistis me velut immò Dei Angelus essem,
Immò excepistis velut *essem* Christus Iesus.
15 Quę iactantia vos erat ergò fuisse beatos?
Testor enim vobis, vos, (si fieri potuisset)
Effossos vestros oculos *vellendo* daturos
Esse mihi. 16 Sum vobis ergo factus an hostis,
Propterea quoniam vobis sum vera loquutus?
17 Depereunt vos non bene, nos excludere *quandò*
Immò volunt, *isthuc* vt eosdem depereatis.
18 Est hoc præclarum verò vehementer amare,
In re quæ bona sit, semper; solummodo nec dum
Ipse apud existens vos adsum corpore præsens.
19 Filioli mihi, quos iterum sum parturiendo,
In vobis donec formetur Christus adusque.
20 Esse sed in præsens coram desidero vobis,
Atq; meam vocem mutare, quòd anxius hærens
Fluctibus (in vobis) agitor. 21 Mihi dicite, qui sub-
Esse velitis Leg*; Auditis numquid an ipsam
Non Legem? 22 Siquidem Scriptura refert, Abrahamum *Gen.16.15.*
Prognatos habuisse duos: Ancillula ab vnum;
Ingenuâ verò prognatum *matre* sed alt*am.
23 Sed qui ex Ancilla *natus*, fuit ille secundùm
Carnem; sed verò prognatus ab ingenuâ illâ, *Gen.21.2.*
Is per promissum. 24 Quæ dicta fuere figurę:
Fędera nam duo sunt hęc; à monte Sinanô
25 Vnum *quippe* quidem *consistens* quę est Agar *illa*,
In servile genus proles quâ progenerantur:
Hoc, Agar est Arabûm Sina enim mons; oppositéq;
Illa pari serie monti respondet eidem,
Quę nunc vrbs Solymitanorum *existit*; & *illa*
Vernula subseruit, *vernis* cum prolibus eius.
26 At Solymitana vrbs quę est sursum, libera quùm sit;

Omnibus

Omnibus existit nobis hæc mater habenda.
27 Nam scriptum est; Gaude sterilis quę non paris; esto
Erumpens & clamans, quę non parturis, id quòd,
Plures existent desertæ, liberi erunt, quàm
Illius est quę nupta viro. 28 Fratres sumus (ergo)
Iuxta Isaacum proles, promissa secundùm.
29 Sed veluti tunc, is qui carnis iura secundùm
Natus erat, fratrem fuit insectatus eundem,
Qui generatus erat ratione ex spirituali;
Sic & nunc. 30 Sed enimvero, Scriptura quid inquit?
Ancillam natumq; suum *simul* ejice; Namq;
Natus ab ancilla, cum natô non erit hæres
Illiûs quę est libera. 31 Fratres, nos sumus, ergò,
Non ex ancillâ nati, sed liberâ ab illâ.

Esa.54.1. *Rom.9.8.* *Gen.21.10.*

Cap. V.

Concludit contra recutitos, legis ab usâ:
De carnis luctâ cum spiritu; opuscula utrinque.

ASsertos igitur quâ libertate redemit
Nos Christus, constanter persistatis in illâ
Et subtus non este iugum servile redacti.
2 En, ego Paulus dico vobis, si modò sitis
Circumcisi, tum nequaquam proderit ecquid
Omnino vobis Christus. 3 Contestor at omni
Sese homini circumcidenti, debitor *hic* est
Vt legem totam servet. 4 Facti estis inanes,
Exclusi à Christô, per legem iustificati
Quicunq; estis, lapsi etiam de gratia & estis.
5 Spiritû enim spem iustitiæ nos ex fide habendam
Expectamus. 6 Nam neq; circumcisio quicquam
In Christô Iesû, preputium item neq; confert;
Immò fides *qua operatur* agens charum per amorem.

Act.15.1. *1.Cor.1.17.*

7 Cursum

7 Cursum fecistis pulchrum; vos impediendo
Quis disturbauit, non obsequeremini vt *inde*
Doctrinę verę? 8 *Sed enim* persuasio *fallax*
Non est ex illô qui vos vocat ista *profecta*.
9 Fermentat paulum fermenti *acredine* totam
Massam. 10 De vobis ego sum confisus *abundè*
In Dominô, sensuros vos aliud nihil esse:
Iudicium qui turbat vos portabit at ille,
Is *demùm* quisquis fuerit. 11 Fratres, ego verò
Circumcissuram vel adhuc si prædico; quorsum
Pressuram patior? Crucis est offensio nempe
Evacuata. 12 Vtinam, qui & vos turbare laborant,
Abscindantur. 13 Fratres, estis quippè vocati
In libertatem: libertatem *tamen* istam
Tantùm nequaquam carnis vertatis in ansam.
Quin alijs alij simul inseruite in amore.
14 Omnis Lex etenim verbô completur in vnô
Istô; Proximus est tibi quisquis, amabis eundem,
Temet sicut amas ipsum. 15 Mordetis at vnus
Si alterutrum, si devoret alterutrumque; videte,
Consumpti nè sitis ab alterô-vtróq; vicissim.
16 Hoc autem dico, pergatis spiritu *euntes*,
Et quæ sunt carnis nè perficitote cupita.
17 Contrà spiritum enim caro concupit, è quoq; contrà
Spiritus adversus carnem: contraria nam sunt
Hęc inter sese; non vt quęcunque velitis,
Hęc faciatis. 18 Quod si verò Spiritû agente
Ducti sitis; legi non *exinde* subestis.
19 Porrò, opera existunt carnis manifesta, ea quæ sunt,
Vtpote, Adulterium, scortatio, fœda libido,
Luxuries, 20 Idolis quę cultura refertur,
Philtra veneni, inimicitię, discordiæ, *acerbi*
Zeli, iræ, rixæ, *certantum* iurgia, sectæ
Hæreticæ; 21 Invidiæ, cædes *hominum*, ebrietates,
Æscatum crapulæ, sed & his conformia; vobis
Quæ prædico, prædicebam sicut & ante;
Talia patrantes quoscunq; *videlicet* illos,

Levi. 19.18
Mat. 22.39
Mar. 12.31
Iac. 2.8.
Rom. 13.14.
1.*Pet.* 2.11.

Hæredes *aliquando* Dei minimè fore regni.
22 Iste sed existit fructus *quem* Spiritus *edit*;
Charus amor, *pia* gaudia, pax *innoxia longa*
Pertolerantia, munificencia *grata*, benignâ
Mens bonitate, fides *constans*, moderatio *mitis*,
Temperies. 23 Lex contra tales *edita* non est.
24 Nam qui sunt Christi, crucifixerunt *sibi* carnem,
Cum *vitiosis* vnà affectibus, atq; cupitis.
25 Si vivamus Spiritû, itemq; in Spiritû euntes
Pergamus. 26 Cupidi ne simus gloriæ inanis,
Non alios alius quod ad iram provocet *vllos*,
Atque alios alius contra *non* invidus esto.

Cap. VI.

Hortans concludit, legem servare putandum;
Quemq; onus alterius, delicta, crucemque, ferendo.

FRatres, si quis homo lapsû præventus in vllô
Extiterit, vos quicunq; estis spirituales,
Instaurate hominem talem, cum spiritû *amica*
Mansuetudinis; expendens *quisqunq;* teipsum,
Nè quoq; tu tentatus sis. 2 Portabitis alter
Vos onera alterius, complebitis atq; ità demùm
Legem Christi. 3 Nam si quisquam se putet esse
Quicquam, quùm nil sit, seducit semet is ipsum.
4 Ast opus ipse suum reddat quiscunq; probatum,
Gloriam in ipsô semet solô tunc & habebit,
Inq; alio minimè. 5 Siquidem portans erit vnus-
Quisque onus ipse suum proprium. 6 Communicet autem
Instructus qui est verbô, *secum qui instruit illum
Omnibus ille bonis. 7 Ne vos seduxerit error;
Non Deus irridetur. Nam quæ semina cunque
Vllus homo seret, est messurus & ipsemet illè.

1. Cor. 3. 8.
1. Cor. 9. 7.
* *cum ipso*

8 Nam

8 Nam carni quicunq; suæ sua semina mandat,
Hic etiam metet interitum de carne: sed ille
Spiritui demandaturus semina qui sit,
Demessurus erit vitam de Spiritû in ævum.
9 Sed bene nè faciendo segnescamus oportet,
Tempore namq; suô nobis erit *inde* remensum,
Si nos non elanguerimus. 10 Dum tempus habentes
Idcirco simus; bene agentes simus ad omnes.
Immò, domus fidei *ante omnes* maximè ad illos,
Qui sunt confamuli nobiscum. 11 Qualibus ipse
Literulis vobis scripsi, *exarante* videtis
Idq; manû propriâ. 12 Cupiunt quicunque placere
In carne ad faciem, circuncidi esse necesse,
Imponunt vobis; tantùm, nè pro cruce Christi
Sustineant adversa. 13 Equidem quùm nec vel ij qui
Circunciduntur, legem servant; sed aventes
Sunt circuncidi vos, illi vt gloriam haberent,
Carne in vestrâ circuncisâ. 14 Vt glorier autem
A me absit, *solummodo* si non in cruce nostri
Solius Domini Iesû Christi, mihi per quem
Est mundus crucifixus, item simul ipseq; mundo.
15 Nam in Christô Iesû nec circumcisio quicquam,
Nec præputium erit præstando, sed nova tantùm
Immò creatura. 16 Incedent quicunq; secundùm
Canonis istius normam; pax *sit* super illos,
Commiseratio *sit* super Israële Deiq;.
17 Deinceps sit mihi nemo molestus, corpore porto
In meô enim Domini quæ sunt ego stigmata Iesû.
Quæ Domini nostri Iesû extat gratia Christi,
Spiritui vestro (Fratres) *adiuncta sit*, Amen.

1.Thes.3.13

Exscripta ad Galatas è Româ missa erat istâ.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS.

CAP. I.

AEternô electos decreto Christo in Iesu
Esse Deum laudans, dona his augenda precatur.

PAulus Apostolicô defungens munere Iesû
Christi, (quippe quod istud erat divina voluntas,)
Sanctis his Ephesi, simul atq; fidelibus illis
In Iesû Christô, qui existunt. 2 Gratia vobis,
Pax etiamq; Deô *donata sit* à Patre nostrô;
In Domino Iesû Christô. 3 Benedictus is *esto*
Qui Deus, atq; Pater qui nostri *existit* Iesû
Is domini Christi, nobis vt qui benedixit
In benedicendi genere omni spirituali,
In cœlestibus in Christô. 4 Nos sicut in ipsô
Elegit, mundi sunt fundamenta priusquam
Proiecta, vt sancti conspectû simus in eius
Inculpati etiam, cum charo *simus* amore.
5 Nos vt adoptaret, quos prædecreverat antè
Per Iesum Christum, natos fore nosmet, in ipsum,

1.Cor.1.2.
1.Cor.1.3.
1.Pet.1.3.
2.Tim 1.9.
Col.1.22.

E ratione

E ratione voluntatis sibi *nempe* placentis;
6 Gloriæ in ipsius laudem, de gratiâ eâdem
Quâ sibi nos gratis charos effecit in illô
Dilectô. 7 Fuit in quô facta redemptio nobis,
Quam *pretio fusi* nos sanguinis eius habemus,
Quæ pro peccatis est facta remissio *nostri*,
Iuxtà diuitias *manantes* gratiâ ab eius:
8 In nos quâ ille redundavit, sapientia in omni,
Et prudentiâ. 9 Vt illud nobis reddat apertum,
Quod mysterium erat, sua quæ fuit illa voluntas,
Eius gratuitum placitum *cæleste* secundùm,
Quod proponebat *nimirum* semet in ipsô:
10 Temporis vt fieret quum dispensatio pleni,
Cuncta recolligeret per Christum, tumq; *superne*
In cœlis quæ sunt, tumq; in tellure. 11 In eôdem
In quô *nos* asciti etiam sub sorte vocamur,
Eius propositum fueramus quandò secundùm
Nos prædecreti; qui perficit omnia iuxtà
Consilium ipse voluntatis propriæ. 12 Illius vt nos
Laudi gloriæ habendi simus; quippe priores
In Christo speravimus. 13 In quô vos quoq; quandò
Verbum doctrinæ veræ audissetis (*id atqui
Est* Evangelium) de vestra *nempe* salute,
In quô obsignati quamprimùm credideratis,
Spiritû eo sanctô promissiq; illius estis.
14 Hæredum iuris qui nostri est ipsemet arrha,
In libertatem (redimendi quâ sumus) illam,
Quæ cedet laudem *complendæ* gloriæ in eius.
15 Illum propterea quæ in vobis est ego quando
In Dominô Iesû, in sanctos omnes & amorem
Auribus hausissem; 16 Non cesso à gratiâ agendâ
Pro vobis, dum fundo preces, vestri vsq; recordans:
17 Vt Deus is Domini nostri *qui existit* Iesû
Christi, *coelestis* qui gloriæ is est Pater ille,
Spiritum eum vobis det qui est sapientiæ habendæ,
Atq; revelandæ bonitatis in agnitione
Ipsius. 18 Quô oculi vestrę sint mentis aperti,

Vt quæ existit spes ad quam nos ille vocavit,
Gloriæ & eius opes, quæ sunt pro hæredibus eius,
In sanctis, illas *perceptas* scire queatis.
19 Et superexcellens quæ ipsiûs copia magna
In nos virtutis constat, qui credimus illi,
Effectum iuxtà fortis qui est roboris eius,
20 Quem exeruit, quandò Christum de morte reductum
In vitam revocavit, ad ipsiúsq; locavit
In cœlis dextram, 21 Longè supra imperium omne,
Atque potestatem, virtutemq;, & dominatum,
Nomen & omnigenum, non solum sæculô in istô;
Sed quod & exprimitur sæc'lô *quandóq;* futurô.
22 Et pedibus subiecit ei simul omnia; quemq;
Constituit caput *esse* super quæcunque creata,
Ipsi Ecclesiæ, ea est eius quæ corpus habenda,
Complementumq; eius, qui omnia in omnibus implet.

Col.2.12. *Infra 3.7.* *Psal.8.6.* *Heb.2.8.*

Cap. II.

Gratia in his Christi magis hinc illustris vt esset,
Cum non conversis conversos comparat ipsos.

ET vos *verò vivificavit*, quandò fuistis
Mortui in offensis, peccatis, in quoq; *vestris.*
2 In quibus incessistis tunc aliquandò, secundùm
Istius mundi sæclum, pro principis eius
Arbitriò, super aëre cui est *concessa* potestas
Ipsius, nunc est operans qui spiritus ille,
In natis hominûm præfractæ incredulitatis.
3 Inter quos & conversati nos sumus omnes,
In desiderijs nostræ olim carnis, agentes:
Quæ caro nostra cupivit, & hæc quæ cogitat illa,
Natura vt reliqui fueramus filij & iræ.
4 Sed Deus in miserante suo qui est dives amore,

Col.2.13. *Infr.6.12.*

Prop-

Propter amorem quô permagnô nosmet amavit;
Quando per offensas etiam demortui eramus;
Vivificavit cum Christô vnà; gratia *cuius*
Est qua vos servat. 6 Simulatq; exsurgere fecit,
Et quoq; consessum dedit in cœlestibus vnà,
In Christo Iesu. 7 Vt sæclis ostenderet illis
Quæ sunt successura, suæ quæ gratiæ abundant
Divitiæ summæ, cumulatæ Christô in Iesu,
In bonitate suâ, nos ergà. 8 Gratiâ enim estis
Servati, mediante fidê; non *est* etiamq;
Ex vobis, Dei at immò donô *provenit* istud.
9 Ex operûm factis minimè; ne iactitet vllus.
10 Quandoquidem sumus eius opus *nos*, Christô in Iesû,
Vt qui *nimirum sumus* ad bona opusc'la creati,
Quæ Deus antè paravit, in his vt progrederemur.
11 Propterea sitis memores, quod vos aliquandò
(Vtpote qui quondam Gentes in carne fuistis)
Dicebamini ab illâ (qui præputium eratis)
Circumcisio, quæ fuit hæc in carne vocata,
A manibus quæ fit. 12 Quòd tempore eratis in illo
Absq; *inquam* Christô, Republicâ ab Israëlis
Vos alienati, simul atq; extranei eratis
Facti à fœderibus promissi seminis; vllam
Spem nec habebatis, sine in orbe Deôq; fuistis.
13 Attamen in Christô Iesû, vos, qui procul olim
Extiteratis, nunc facti estis *adesse* propinqui.
Illud at evenit vobis in sanguine Christi.
14 Ipse etenim pax nostra est, vnum qui vtraq; fecit,
Hic intergerini *parietis septum quoque solvit:
15 Quandò inimicitias per carnem *corporis* eius,
Quæ mandatorum decretis ritibus insunt,
Hic abolevisset, quò deinde duobus ab illis,
Ipse novum vnum hominem se condere posset in ipsô,
Efficiens pacem. 16 Atq; vtrosq; reconciliaret
Coniungendo Deo vnô in corpore per crucem eosdem
Hâc inimicitijs per eam ratione peremptis.
17 Et veniens pacis factæ bona nuncia vobis

1.Sam. 17. 26.
Ezec. 44. 7.
Rom. 9. 4.
* *muri*

Promulgavit, quiq; procul, propè quiq; fuistis.

Rom. 5. 2. 18 Quandoquidem per eundem nosmet habemus utriq;
Accessum ducentem ad Patrem, Spiritû in vnô.
19 Ergò peregrini minimè nunc amplius estis,
Atq; adventitij; concives *estis* at immò
Sanctorum, famuliq; Dei, 20 Superædificati
Fundamen super id quod Apostoli, itemq; Prophetæ
Extruxere, lapis qui est anguli is imus Iesus
Christus. 21 Vt in quô *solo* constans fabrica tota
Ædificata coagmentatur; dum simul illa
In templum Domino sacratum crescit. 22 Et in quô
Vnà vos etiamq; coædificamini in ædem
In qua habitare potis Deus esset Spiritû in *eius*.

Cap. III.

Ad se descendens captiuum, causa probanda
(Vt non deficiant) est Christi, & gloria eorum.

HAc ego causâ quapropter Paulus, Iesû
Christi captiuus, pro vobis Gentibus exto.
2 Si tamen audistis saltem, mihi gratia quæ sit
Dispensata Dei, vos ergà quæ datur illa:
3 Nempe, revelatum mihi quòd mysterium apertum
Id fecit, scriptis à me velut antè relatum
Paucis. 4 Ex lectis quibus, istud scire potestis,
In Christi arcanô mea sit prudentia quęnam.
5 Quod notum non est alijs ætatibus *vllis*,
Prolibus humanis, veluti nunc est patefactum
Sanctis *qui sunt* eius Apostoli, itemq; Prophetis,
Spiritu in *ipsius*; 6 Gentes *iam scilicet* vnà
Esse cohęredes factas, concorporeasq;
Eius promissi in Christô, comparticipesq;
Verbo Evangelij. 7 Cuius ratione minister

Sum

Sum factus, velut existit proportio doni,
Quod *diuina* Dei tribuit mihi gratia, iuxtà
Illius effectum virtutis. 8 Gratia *dico*
Est mihi (qui minimus pre sanctis omnibus exto)
Hec data, diuitias narrandi in Gentibus ipsis
Christi, quę nequeunt pervestigarier. 9 Vtq;
Omnibus ipse palàm faciam, communio quæ sit
Arcani, quod in abscondente Deô fuit, vsq;
A sæc'lis nondum reseratum, qui per Iesum
Christum condidit omnia. Nunc vt cognita fiat
Ipsis Imperijs, quibus estq; tributa potestas
In cœlis *quæ sunt*, per cœtum Ecclesiæ, *ea est quæ*
Vna, Dei multis varians sapientia formis.
11 Propositum iuxtà æternum, Christô quòd Iesu
In Dominô nostrô statuit. 12 Fiduciam habemus
In quô nos, aditumq; in confidentiâ ad illum,
Per fidei ipsius *medium*. Peto propterea ergò,
Vt quas *sustineo* nè segnescatis ob illas
Pressuras pro vobis, est quæ gloria vestra.
14 Ergò, rei istius causâ genibus mihi flexis,
Confugio ad Patrem, (Dominus qui noster) Iesu,
Est Christi. 15 Quô ex vnô tota Paterna *fluendo*,
In cœlis, atq; in terrâ, cognatio *ducta*,
Nomen-claturam derivat. 16 *Comprecor* (*inquam*,)
Gloria vt ipsius vobis pro divite, donet,
Fortiter vt sitis constantes, robore firmô
Constabiliti, spiritû in eius, in interiorem
Vsq; hominem. 17 Fidei mediô quod Christus inesset
Cordibus in vestris habitans. 18 Radicitus vndè
Firmiter in charô fixi, fundati & amore,
Pre'ndere possitis cum sanctis omnibus, illa
Quæ dimensio lata, & longa sit, atq; profunda,
Et sublimis. 19 Et illum Christi noscere amorem,
Omni longè præcellentem cognitioni,
Vt complementum repleti sitis adusque
Omne Dei. 20 Sed ei superest cui summa potestas,
Suprà quæ petimus cumulatè perficiendi

Supr.1.19.
1.Cor.15.9.10.
Gal.1.16.
Rom.16.25
Coloss.1.
2.Tim.1.2.
2.Pet.1.20
Rom 16.25.

Omnia

Omnia, quæ nostrâ vel mente prehensa tenemus,
In nobis iuxtà vim *quaque potenter* agentem;
Illi (*inquam*) *sacro conventû* Ecclesiæ in ipsô,
Gloria perpetuis per Christum *detur* Iesum
Sæclorum in sæc'lis, ætatibus omnibus. Amen.

Cap. IIII.

Vnanimes hinc esse hortatur, corpus vt vnum,
Vnâ in doctrinâ veri, novitateq; vitæ.

Phil.1.27. Col.1.10. 1.Thess.2.12

COmprecor in Dominô quocircà vos ego vinctus,
Incedatis vti condignè, convenit ipsi
Sorti quâ sitis sub conditione vocati.
2 Omni humili ac miti cum mansuetudine mentis,
Cum patiente animô tolerantes charô in amore
Vos alios alij. 3 Summè servare studentes
Consensum vnanimem *vobis* quem Spiritus afflat
Per vinclum pacis. 4 Corpus *quia scilicet* vnum,
Spiritus vnus & *existit*, velut atq; vocati
Estis spem vestræ potiundæ sortis in vnam.
5 Est vnus Dominus, *sed & vna fides, sed &* vnus
Baptismus: 6 Deus vnus, & omnibus *est* Pater vnus,
Qui super omnes, atq; per omnia, in omnibus *est*q;
Vobis. 7 Vnicuiq; sed est data gratia nostrûm,
Christô mensuram doni donante secundùm.
8 Quapropter dicit, quandò ascendisset in altum;
Captivam duxit capturam mancipiorum,
Dona hominûm *generi*que dedit. 9 Sibi vult quid at illud,
Ascendit: Nisi quòd simul & descenderat antè,
Extremas in terræ partes inferiores?
10 Qui descendit, is est etiam qui ascenderat idem
Suprà omnes cœlos, impleret vt omnia *donis*.
11 Hicq; alijs equidem donavit Apostoli *vt essent*;

Mal.2.10. [illegible] Rom.12.3 1.Cor.12.11 2.Cor.10.13 Psal.68.18

Atqui-

Atqui-verò alijs *dedit* illos *esse* Prophetas;
Pastores & Doctores alios dedit autem.
12 Ad consummandos sanctos, opus efficiendo
Esse ministerij, quò corpus inædificetur
Christi. 13 Evasuri sumus omnes donec in vnum
Consensum fidei, Natiq; Dei agnitionis,
In virum adultum, plenæ ætatis adusque staturam
Christi. 14 Quòd pueri non amplius esse queamus
Fluctibus obversi, circumq; feramur ab omni
Doctrinæ ventô, ceu hominum foret alea iacta,
Quùm veteratores ad fallendum insidientur.
15 Sincerè verô sed nos in amore gerentes,
Qui caput est Christus, prorsus crescamus in illô,
Omnibus in rebus. 16 Totum compingitur ex quô
Corpus convenienter, connexumq; per omnes
In commissuris iuncturas, suppeditatas
Ex vi virtutis pro mensurâ intus agentis
Istud, vt vniuscuiusque in corpore membri
Conveniens capit incrementum portio quæq;,
Vt foret ædificare potens in amore seipsum.
17 In Dominô quocircà dico, obtestor & istud;
Quod non posthâc amplius incedatis, vt illi
Sunt incedentes, reliquæ *quæ sunt* quoque Gentes,
Vaniloquente suæ mentis levitate vagantes.
18 Vt quibus obscuris mens est offusa tenebris,
A vitâq; Dei (quod ab ignorantiâ in illis
Provenit) existunt alieni, propter eorum
Cor obduratum, cæca de mente profectum.
19 Obductô callô qui postquam dedoluerunt,
Ipsos semet devoverunt spurcitiei,
Omnem immundiciem cursim certando patrantes.
20 Vos atqui-verò didicistis non ita Christum:
21 Illum si tamen audivistis, si *vel* in illô
Estis & edocti, vera informatio sicut
Est in Iesû. 22 Vos deponere *nempe* (priorem
Quòd conversandi rationem spectat ad ipsam)
Illum hominem veterem, quem deceptricibus error

1.Cor.12.
27

Rom.1.21.

1.Tim.4.2.
Col.3.8.

Ipse

Ipse cupidinibus corrumpit. 23 Sed renovari
Rom.6.4 Spiritû, *vt in mentis vestræ renovatio fiat.*
col.3.10. 24 Induere illum hominemq; novum, qui conditus est in
heb 12.1 Iustitiam iuxtà ille Deum, verè quoq; sanctam
1.pet.2.1. Vitam. 25 Depositâ quarè mendace loquelâ;
& 4.2. Id quod erit verè sincerum quisq; loquatur,
Zach.8.16 Vnicuiq; sibi fuerit qui proximus; vt qui
Namq; aliorum alij sumus ipsi mutua membra.
Psal.4.4. 26 Irati sitis, peccantes nec *tamen* este:
Sol vestrâ *fervente* super non occidat irâ.
27 Neuve locum detis Sathanæ (scelus obijcienti.)
Iac.4.7. 28 Furtum qui commisit, *fur* non amplius esto:
Immò suis manibus proprijs operando laboret,
Sit quodcunq; bonum; quò demùm possit habere,
Hic, opus vt cui erit, impertiri possit egenti.
29 Nullus sermo putris vestro procedat ab ore:
Sed si quis bonus ædificandi tendat ad vsum,
Infr.5.3. Auditores qui sunt, gratiam vt adferat illis.
col.4.6. 30 Spiritum eum Sanctumq; Dei nolite gravare
2. Cor.1.22 Tristitiâ, per quem obsignati *scilicet* estis,
Donec adusq; diem quum *vestra* redemptio fiet.
31 Omnis amaror, itemq; excandescentia, & ira
Vociferans etiam clamor, blasphemia demum,
Ex vobis tollatur, cum omni mente malignâ.
Col.3.12.13 32 E contrà, alter in alterutros estote benigni
Commiserescentes, & condonando vicissim
Offensas vobis *inflictas*, vt Deus ipse
Vobis in Christo condonans atq; remisit.

CAP.

Cap. V.

Fructibus in quibus est novitas vitaq; vetustas,
Admonet: in specie de vxoribus atque maritis.

ERgo imitatores estote Dei, velut *eius*
Nati dilecti. 2 Incedatis charô & amore,
Nos velut & Christus dilexit, tradidit & se
Pro nobis, oblatio vt ipse, & victima *fiat,*
Quæ foret illa Deo in gratum fragrantiæ odorem.
3 Sed scortatio, quęvis porrò immundiciesque,
Seu *sit* avarities, ne mentio fiat eorum.
Inter vos (decet vt sanctos) sermone citata:
4 Spurcities & stultiloquentia, scurilitasque,
Quæ non conveniunt, magis actio gratiæ at immò.
5 Istud quandoquidem nostis; scortator vt omnis,
Moribus impuris aut qui *sit*, vel quis avarus,
Vt pote qui *simul* Idolorum cultor habetur,
In Christi regnôq; Dei ius prorsus habebit
Hæredum *talis* nullum. 6 Nec inanibus vllus
Vos verbis seducat. Propter talia namque,
Ira Dei venit in natos incredulitatis.
7 Consortes igitur nequaquam sitis eorum.
8 Olim nam tenebræ fueratis, nunc tamen estis
In Domino lux: vt proles incedite lucis
9 Quandoquidem fructus quem profert Spiritus, omni
In bonitate *quidem situs est*, in iustitiâque,
Atq; in doctrinâ *constat* verace. 10 Probantes,
Acceptum quid sit Domino. 11 Communio ne sit
Vobis cum factis infrugiferis tenebrarum:
Immò, quin etiam, potius reprehendite. 12 Nam quæ
Occulte fiunt ab eis, vel dicere turpe est.
13 Illa sed omni, dum reprehensa, à luce retecta;

Ioh. 13.34 & 15.12
1. ioh. 3.23
mar. 7.21.
Supra 4.29
coloss. 3.5
2. thes. 2.17
Matt. 24.4
mar. 13.5.
luc. 21.8.
2. theß. 2.3

Apparen-

Apparentia sunt, fiunt manifesta ea. Namq;
Lux est illud quod manifestans omnia, prodit.
14 Quapropter dicit *Deus*; Expergiscere *tu* qui
Dormis, surge, & ab his qui existunt morte soluti;
Atque illucescet tibi Christus. 15 Porrò videte
Col. 4. 5. Quomodò pergatis cautè, nec vt insipientes;
Vt tales sed qui sapiunt. 16 Quibus esto redempta
Ipsa occasio: quippe dies sunt quandò maligni
Rom. 12. 2. 17 Propterea non imprudentes sitis; at este
1. Thes. 4. 3. Percipientes quæ Domini siet ipsa voluntas.
18 Ebrij & haud sitis vinô, quùm luxus in illô
Existat; quin Spiritû at immò implemini. 19 *Et* este
Inter vosipsos psalmis, hymnisq;, loquentes,
Canticulis in spiritualibus; atque canentes,
In vestro Domino psallentes esteq; corde.
20 Grates de rebus referentes omnibus vsquè,
In Domini nostri *nimirum* nomine Iesû
Christi, *quas* Deo, *agentes este* Patriq;. 21 Vicissim
Subiecti este vtrinq; Dei in *reverente* timore.
Col. 3. 18. 22 Vxores proprijs subjectæ sunto maritis,
Tit. 2. 5. Vt Domino. 23 Caput est vxoris namq; maritus;
1. Pet. 3. 1. Sicut & est Ecclesiæ item Christus caput, eius
1. Cor. 11. 3. Corpori & ipsius tribuens est ipse salutem.
24 Quapropter, velut est Ecclesia subdita Christo;
Vxores itidem subiectæ sunto maritis,
Col. 3. 19. Omnibus in licitis. 25 Vxores denique vestras
Diligitote viri, Christus dilexit vt eius
Atque Ecclesiam, & exponebat propter eandem
Ipse seipsum, posset vt illam sanctificare,
Per verbum purgavit aquæ *illam* quandò lavacrô.
26 Sistere posse Ecclesiam eam sibi sanctificatam,
Non maculam, vel rugam, tale vel ecquid habentem,
Esset vt immò sancta, atque inculpata futura.
27 Vxores adamare viri proprias ita debent,
Ipsorum vt sua corpora. Quisquis diligit illam,
Vxor quæ est ipsius; semet diligit ipsum.
Ipsius propriam carnem quandò oderit vnquam

Nemo;

Nemo, sed enutrit, simul & refocillat eandem
Ipse Ecclesiam vt & Dominus. 30 Quia corporis eius
Membra sumus, de carne eius, deq; ossibus eius.
31 Propterea ergò relinquet homo patrem, simul atque
Matrem, erit atque suæ tanquam vel gluten adhærens
Vxori. Duo qui fuerant, fient caro & vna.
32 Magnum est hoc mysterium; At *hoc* pronuncio verò
Ipsô *nimirum* de Christo, Ecclesia & ipsa.
33 Sic, & quilibet inter vos quapropter agatis,
Diligat eius vt vxorem velut ipse se ipsum.
Vxor & ipsa suum reveretor honore maritum.

Gen.2.24.
Mat.19.5.
Mar.10.7.
1.Cor.6.16

Cap. VI.

Hinc de prolibus, atque parentibus; indeq; servis,
Præpositisq; manet; deq; Omni milite Christi.

Filioli, vestris parendo parentibus este
In Dominô, siquidem iustum reputabitur istud.
2 Esto tuum Patrem, matremq; colens in honore,
Est quod mandatum primum, promissio facta
Cui subnexa fuit: 3 Fieri tibi quò bene possit,
Sisq; super terram longævo tempore vivens.
4 Vos itidem patres, non irritetis ad iram
Filiolos vestros, quin educetis eosdem
In disciplinâ, monitis Dominiq; *ferendis*.
5 *Estis qui* servi *vos* auscultabitis illis,
Qui vobis Domini carnis ratione supersunt,
Cum *reverente* timore, *pavente* etiamq; tremore,
Vt Christo, cordis vestri cum simplicitate.
6 Vt quibus obsequium non detis donec ocellus
Aspicit, acsi homini cuperetis velle placere;
Inserviretis Christo veruntamen acsi,
Ex animo faciendo, Deus quæ vult *vt agatis*.

Col.3.20.
Exo 20.12
Deut.5.16.
Eccle.39.13
Mat.15.4.
Mar.7.10.
Col.3.22.
Tit.2.9.
1.Pet.2.18.

Nempe

Nempe voluntatis promptâ cum mente, studentes
Vt Domino servire, hominûm non & velut vlli.
8 Quippe scientes hoc, quod si quis fecerit ecquis
Sit quodcunque boni, simul à Dominô sit id omne
Inde reportaturus, seu fuerit modò servus,
Seu liber *fuerit.* 9 Domini vos atq; perinde
Ergà illos eâdem præstantes este, remissis
Deterrendo minis; in cœlis esse scientes
Illum, qui Dominus vobis existit, & ipsis
Est & personæ respectus non apud illum.
10 Deinde mei Fratres, *vobis* quod *iam* super instat,
In Dominô sitis fortes, & robore firmi
Illius. 11 Armamenta Dei super-induitote
Omnia, vt insidias contrà perstare queatis
Dæmonis accusantis. Colluctatio nobis
Quippe quòd adversus non extat *tanta* cruorem
Et carnem; *quanta est* adversus at imperia immò,
Adversus *simul atq;* potestates; tenebrarum
Adversus mundi rectores, sæculô in istô
Nequitias adversus *denique* spirituales,
Quæ sunt in cœlestibus. 13 Ergò assumite cuncta
Armamenta Dei, possitis vt hostibus indè
Esse (die adversô *vemente*) resistere *præstò*,
Omnibus & firmi valeatis stare peractis.
14 Lumbis vestris circumcinctis, stabitis ergò
Doctrinam veram *profitent s*, iustitiæque
Thorace induti. 15 Pedibus sed calceus aptus,
Esse Evangelium pacis proferre paratis.
16 Insuper assumptô fidei super omnia scutô,
Illiûs quo tela mali omnia iacta queatis
Igne accensa extinguere. 17 Cum galeâq; salutis
Acceptâ, gladiumq; habeatis spiritualem,
Nempe, Dei verbum. 18 Prece factâ supplice quâque,
Atq; obsecrandi conamine, tempore quôvis,
Spiritu agente, in idipsum sitis & invigilantes
Cum quâcunq; instantia, & obsecrando per omnem
Vsq; modum, pro sanctis omnibus. 19 Et quoq; pro me

Vt

Marginal references: Deut.10.17 / 2.chro.19.7 / iob.34.19 / Sap.6.7 / eccl.35.12, 16. / act.10.34 / rom 2.11 / galat.2.6. / col.3.25. / 1.pet.1.17. / Supra 2.2 / * cœlestibus / 1.Thess.5.8 / Esa.59.17 / Coloss.4.2.

Vt mei in oris aperturâ, sermo mihi detur,
Me confidenti cum libertate loquendi,
Posse Evangelij mysteria reddere nota.
20 Ob cuius causam legatio quæ mihi constat
Demandata, *libens* in vinc'lis fungor eâdem,
Ipse cathenatus, quòd confidenter in ipsô
Eloquar, *illa* loqui velut ipsum memet oportet.
21 Atqui-verò, vos vt cognoscatis & illa
Quæ me concernunt, quibus & sum rebus agendis,
Dilectus frater Tichicus manifesta patêre
Is clarè vobis reddet quæcunque; fidelis
In Dominô siquidem simul atque est ille minister.
22 Quæ sunt res nostræ, quem misi ad vos, ob idipsum,
Vt cognoscatis; qui consolamina vestris
Cordibus atque daret: 23 Pax *vobis* Fratribus esto:
Cumq; fide dilectio, *quæ proficiscitur illa*,
A Patre *fusa* Deô, Dominô Iesû quoq; Christô.
Gratia cum omnibus illis adsit amantibus ipsum
Christum, (qui Dominus nobis existit) Iesum;
His in vitam duret vt immortaliter, Amen.

Per Tichicum Romanâ erat vrbe hæc scripta Ephesinis.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

Cap. I.

Propter eos laudans Dominum, donanda precatur;
Fructus ab ipsius truce; in his constantia, amorq;.

SErvi Iesû Christi, Paulus, Timotheusq;,
Sanctis omnibus illis, *qui sunt* Christô in Iesû,
His qui *nimirum* versantur in vrbe, Philippis,
Cum simul his qui & episcopi, ijs mensisq; ministri
Sunt: 2 Vobis *sit* gratia, nostrô à Patre Deo, & Pax,
A Dominô Iesû quoq; Christô 3 Gratiæ aguntur
1.Thes.1.2. Ipsi à me, mihi *qui* Deus *est*, super omnia vestri
Perpetuò memor vsque recordor. 4 Semper in omni
Quâ prece cunque meâ, pro vobis omnibus orans,
Læticiâ precibus iunctâ, 5 Pro participatû
Vestrô Evangelij communi; quippe quòd estis
A primô vsque die constantes tempus ad instans.
6 Istud habens persuasum, quòd qui cœpit *idipsum*,
In vobis opus ille bonum, complebit amussim,
In Iesû Christi *esse* diem quoadusque *futurum*
7 Ex Iustô sicut me sic sentire decebit,
De omnibus id vobis, teneam vos quippe quòd ipse
Impressos in corde *meô* simul inq; cathenis
Hisce meis, in defendendô Evangeliôq;,
Et confirmandô; vos omnes quandò fuistis

Vnà

Vnà etiam mecum comparticipando sodales,
Gratiâ in hâc mihi *quæ donatur.* 8 Nam mihi testis
Est Deus, vt vehementer amem sinceriter omnes
Vos, in visceribus Iesû Christi. 9 Precor atq;
Hoc, vt amor vester magis ac magis vsq; redundans
Cognitione, etiam sensûq; augescat in omni.
10 Vt dignoscatis discrimen habentia quæ sunt,
Vos vt sincerâ perstetis in integritate,
Atq; vt inoffensô studeatis pergere cursû
Ad Christi vsque diem. 11 Pleni *dum* fructibus *estis*
Iustitiæ, Dei vt illud gloriæ, ei quoque laudi,
Per Iesum Christum cedat. 12 Desidero verò,
Vt vos noscatis quæ obvenerunt mihi (Fratres)
Evenisse, Evangelij lucro vt magis essent.
13 Sic *adeò* vt mea vincula sint illustria facta,
perfero quæ propter Christum, Prætorio in omni,
Atq; *locis* reliquis *simul* omnibus. 14 Vt quoq; multi
Qui sunt in Domino fratres, (ratione meorum
Vinclorum, freti, nunc confidentius ausint,
Absque timore, Dei verbum *tardante* profari.
15 Et nonnulli equidem, livor quos æmulus vrget,
Impetus aut animi quibus est contendere pronus,
Pars nonnulla tamen (quibus est propensa voluntas,)
Est etiam, Christum quæ prædicat ipsa libenter.
16 E livore quidem, quibus est certare libido;
Hi Christum narrant non purę; posse putantes,
Inde meis pressuram vinc'lis addere semet.
17 Ast alij charô *faciunt* ab amore; scientes,
Ad defendendum me *scilicet* esse locatum
Ipsum Evangelium. 18 *Concludimus* ergo quid inde?
Dum quocunq; modô, Christus nihilominus exhinc,
(Sive *sit* in *speciem*, sincerè sive *sit istud*)
Est declaratus; gaudens & lætor in illô,
Quin immò gaudebo etiam. 19 Novi fore certò,
Quòd mihi proveniet cessurum namq; saluti,
Vestris *adiuto* precibus, cum Spiritû eoq;,
Qui existit Iesû Christi, *mihi* suppeditatô.
 20 In-

20 Intenta expectatio & vt mihi spes mea *dictat*,
In re me nullâ suffundi posse pudore,
Sed potius, quod in omni libertate loquendi,
Vt semper, sic nunc quoquè magnificabitur *amplè*
Christus in hocce meo ponendo corpore, sive
Istud per vitam, per mortem sive *sit istud*.
21 Nam mihi Christus & *est in* vitâ, *in* morteq; lucrum.
22 Quod si in carne meâ potius mihi vivere, fructus
Est operæ-pretij; quid & eligerem, scio nondum.
23 Eligere ex siquidem binis, vtrinque coarctor:
Istud habens desiderium, quò hinc *ipse* remigrem,
Vnáq; esse queam cum Christô. Quippe quòd *istud*
Est valdè multò melius. 24 Magis immò necesse
Attamen *est*, *vt* propter vos in carne manerem.
25 Hoc quoq; pro certo (confisus) nosco futurum;
Quòd sum mansurus cum vobis omnibus vnà,
Et permansurus, quod cedet ad vtilitatem
Vestri profectus, ad læticiam fideiq;
26 Vt quæ facta fuit de me iactantia vestra,
Ipsamet in Christô Iesû queat esse redundans;
Quum presente meo reditû vos rursus adibo.
27 Tantùm Evangeliô sit conversatio vestra
Ephes.4.1. Digna, vt seu quum venero, vos & videro; sive
coloss.1.10 Absens quum *fuero*; de rebus *non modò* vestris,
1.thess.2.12 *Quin &* de vobis ipsis audire valerem,
Quod persistatis constanter Spiritû in vnô,
Vnanimes pro Evangelijq; fide simul esse
Decertantes. 28 Nec trepidi re sitis in vllâ,
Abs his qui semet *vobis* opponere *tentent*:
Iudicium siquidem quòd eis est perditionis.
Ast vobis id ab atque Deo *patet esse* salutis.
29 Gratìs enim Christi in causâ vobis datur istud,
Tantùm non in eum credentes esse; sed immò,
Eius vt & causâ patiendo sustineatis.
30 Illud idem, *siquidem* quando certamen habetis,
In me contemplati sitis quale fuisse,
Auditû de me, quod nunc sed & accipietis.

Cap.

Cap. II.

Sint humiles vt Christus erat, sine crimine puri,
Timotheô promissô, excusat Epaphroditumq;.

IN Christo quocircà consolatio si qua
Existat, si quod chari solamen amoris,
Si qua siet communio *quam dat* Spiritus; Ecquæ
Extiterint si viscera, si qui commiserandi
Affectus *fuerint*que; 2 Meam mihi reddite plenam
Lætitiam, quòd prorsus idem sapiatis, eundem
Affectum chari dum sitis amoris habentes.
Estote vnanimes, *sitis* sententia eâdem.
3 Omninò quicquam non contendendo *geratur*,
Aut per gloriolam *speciem* quæ fumat inanem.
Sed vobis alios reputetis mente modestâ — Rom.12.10.
Quod magis existant præstantes. 4 Ne sua quisquam
Spectet, at vnusquisque etiam quæ sunt aliorum.
5 Ergo sit in vobis affectus qui simul idem
Et fuit in Christô Iesû. 6 Qui quando Dei esset
In formâ, nequaquam duxerit ille rapinam
Esse Deo æqualem. 7 Nihilominus ipse seipsum
Gloriâ inanivit, formam dum suscipiendo — Mat.20.28
Servi, factus *homo* est hominum simili ipse figurâ.
8 Compertusq; habitû est vt homo, submiserit vt qui
Ipsum semet, factus obeditû ipse subesse — Hebr.2.9
Vsq; adeò ad mortem, mortem crucis vsq; sed ipsam.
9 Quapropter Deus in sublime hunc extulit, atq;
Illi donavit nomen super omne quod extat
Nomen, 10 Vt omne genu flectat se ad nomen Iësu, — Rom.14.11
Cœlicolarum, & terrigenarum, sunt & eorum — Esa.45.23
Quæ subtùs terram, 11 Sed & omnis confiteatur
Lingua, quòd est *idem* Dominus *qui existit* Iësus — Ioh.13.13
Christus, vt inde Dei celebretur gloria Patris. — 1.Cor.8.6.
12 Sicut obedistis (Dilecti ergo mihi) semper, — & 12.3.
Non tantùm fuerim quùm præsens, sed mage multò,

Quùm ſim nunc abſens; *reverente* timore *paventes*,
Veſtram conficitote ſalutem, cumq; tremore.
13 Quandoquidem Deus eſt qui in vobis efficit ipſe,
Vtq; velitis, & efficientes eſſe queatis,
Propterea, ſibi quòd ſit idem, ſua grata voluntas.
14 Omnia *ſic* faciatis, vt abſint murmura; nec ſint
1.Pet.4.9. Diſceptatrices *remoræ*. 15 Sed vt abſque querelâ
Irreprehenſibiles ſinceros voſq; geratis,
Vt *decet eſſe* Dei natos, ſine crimine culpæ;
In mediô pravæ, perverſæ deniq; gentis:
Inter quos *homines* ſplendetis (lumina tanquam)
In mundô 16 Sermonem prætendentia vitæ:
In Chriſti me poſſe die jactare, quod ipſe
Non in vanum (curſû me fruſtrante) cucurri,
Neuve laboravi, me deſtituente labore.
17 Quin-etiam, vel pro libaminis offerar etſi
Hoſtiolâ, ſuper obſequiô fidei quoque veſtræ;
Gaudeo, vobis & congratulor omnibus. 18 Iſtud
Act.16.1. Sed gaudete itidem vos, congaudete mihiq;.
19 In Dominô Ieſû ſpero veruntamen, eſſe
Ad vos Timotheum miſſurum me cito; quò ſim
Ipſe animoq; bono, poſtquam res novero veſtras.
20 Non habeo ſiquidem parili. tam mente paratâ
Vllum, res veſtras qui ſic curaverit æquè
1.Cor.10.24. Germanè. 21 Cuncti ſiquidem quæ ſunt ſua quærunt,
Non ea quæ Chriſti Ieſû. 22 Porrò experimentum
Noſcitis illius, quia (ſicut filius vnà
Cum patre;) ſervivit ſic mecum, ſedulus ille
Ergà Evangelium. 23 Quapropter ſpero, quòd iſtum
Mittam; quùm ſimul-atq; ſtatum rerum ipſe mearum
Videro. 24 Confido tamen in Dominô, cito quòd ſim
Ad vos venturus. 25 Dixi tamen eſſe neceſſe,
Fratrem vt Epaphroditum (*qui eſt* & collega laborum
Et meus eſt commilito, veſter Apoſtolus autem,
Qui, quæcunq; mihi quibus eſt opus, eſtq; miniſtrans;)
Ad vos mittere poſſem. 26 Voſmet quippe quòd omnes
Expetijt, valdè fuit anxius ille animiq;,

Eſſe

Esse infirmatum quando audissetis eundem.
27 Namq; ægrotavit, morti fuit atq; propinquus:
At Deus est eius miseratus, sed neq; tantùm
Ipsiùs soliùs erat, mei at insuper immò;
Esset vt anxietas mihi non super anxietate.
28 Quapropter, misi studiosius hunc, vt eòdem
Viso, vos iterum gaudere queatis; & ipse
Vt magis anxietate vacem. 29 Quare excipiatis
Isthunc in Domino lætantes gaudio in omni
In pretiô tales etiamq; habeatis honoris.
30 Propter opus Christi siquidem fuit ille propinquè
Accedens vsque ad mortem, ratione nec eius
Vitæ habitâ; defectum posset vt ille replere,
Ergâ me obsequij, quod vos præstasse decebat.

Cap. III.

Præmonet à falsis doctoribus esse cavendum:
Contra quos opponit Christum, deinde seipsum.

QVod superest reliquum (mihi Fratres) in Dominô este
Gaudentes. Eadem siquidem conscribere vobis,
Me piget haudquaquam, vobis tutum tamen extat.
2 Intenti este cavendo canes, mala facta patrantes
Intenti este cavere malos, estote cavendo
Illos intenti qui sunt concisio. 3 Quippe
Quando circumcisio nos existimus, vt qui
Spiritû in *efferventi* Deo servire *studemus*,
In Christo Iesu sed & est iactantia nostra,
Et non est fiducia nostra in carne reposta.
4 Ipse licet de quô confidam, in carne habeoq;.
Si quiscunq; alius fiduciam habere videtur,
Ipse in carne magis. 5 Cui circumcisio *nato*
Facta die octavo fuit, ex genere Israëlis,

2.Cor.11.22 Vtpote Ben-iaminis qui sim de gente tribulis,
act.23.6 Ex Hebræis Hebræus, qui(relligionem
Quod spectat) Pharisæus *eram*. 6 Zelumq; secundùm
Infectans Ecclesiam. In illâc irreprehensus
Iustitiâ quæ legis erat. 7 Sed quæ mihi lucra
Extiterant, ea propter Christum damna putavi.
8 Omnia quin etiam nisi damnum duco *futura*,
Excellentis ex respectù cognitionis,
Ipsius Domini mihi Christi *vnius* Iesû:
Propter quem mulctavi memet in omnibus istis,
Vt lucri Christum faciam, quæ & stercora duco;
9 Iustitiam nec habendo meam reperirer in illô,
Illam *nimirum* quæ Lege *videlicet* extat:
Ex fide at illam quæ Christi est, quæ *scilicet* ipsa
Iustitia est à *dante* Deo,*fidei instrumento.
10 Hunc vt cognoscam, quam vim surrectio rursus
Eius habetq;, & quæ comparticipatio in eius
Pressuris existat ijs quas pertulit ille,
Eius dum mortis conformis fio figuræ:
11 Experiundo modô si quô pertingere possim,
Ad statum eum surgendi iterum de morte solutis.
12 Non quod iam metam comprendi, sive quòd essem
Ad finem perductus iam, sed persequor vrgens,
Si quocunq; modo simul ipse prehendere possim
A Christô Iesû sum quatenus atq; prehensus.
13 Apprendisse meipsum ego nondum iudico, Fratres.
14 Vnum sed *nitor*, quæ sunt à tergore, *linquens*,
Illorum oblitus; quæ verò à fronte supersunt,
His apprehendendis nitens, extendo meipsum:
Vnde scopum versus feror, vsque ad præmium *anhelus*,
Ad quod *facta* superna Dei ipsa vocatio *ducit*,
In Christô Iesu. 15 Sumus ergo quotquot adulti;
Hoc sentire decet; si aliter sentitis at immò;
Hoc etiam vobis reddet Deus esse retectum.
16 Attamen huc, ad quod pervenimus, vt per eandem
[illegible] 5.5. Normam *vivendi*, pergentes simus oportet,
[illegible] 1.10. Affecti sensû pariter quoque simus eôdem.

Porrò

17 Porrò mei simul vnà (Fratres) este sequaces;
Qui sic incedunt, atque observabitis illos,
Exemplaris sicut nosmet habetis ad instar.
18 Incedunt etenim complures, (sæpe profatus
De quibus ipse fui vobis, nunc flens sed & aio,)
Illos ipsos esse quidem Christi crucis hostes.
19 Exitium quorum finis, quorum Deus *extat*
Venter, & in probro confuso gloria eorum
Finit, vt hi qui *quæ nisi* sunt terrestria curant.
*Nos at municipum cœlorum degimus instar:
Vnde etiam Dominum simul expectamus Iesum
Christum servatorem, 21 Nostrum corpus *vt is* qui
Vile reformaturus erit, quò corporis eius
Gloria in ipsius fiat conforme figuræ
Ille quod efficiet virtutem operando secundùm,
Quâ potis est etiam sibimet submittere quæq;.

Rom. 16.17 18

* *Attamen in cœlis est conversatio nostra:* 1.Cor.1.7.

Cap. IIII.

Hinc exhortatur lætari, atque esse modestos:
Gratus & agnoscit donata; ipsosq; salutat.

QVapropter, Chari, exoptati etiam mihi Fratres,
Lætitia, atq; corona mihi; sic stetis, amati (hortor
In Domino. 2 Evodiam precor, & quoq; Syntychen
In Domino; sapiant vt idem. 3 Precor & quoq; compar
Te germane, iuvamen eis offerre, laborem
Mecum Evangelij in *cursû* quæ sustinuerunt,
Cum Clemente, meis simul adiutoribus illis
Et reliquis, libro in vitæ *sunt* nomina quorum.
4 Gaudete in Domino semper, gaudete iterumq;,
Dico. 5 Sit cuivis hominûm moderatio vestra
Nota. Propè est Dominus. 6 Minimè rem sitis ob vllam
Solliciti: sed in omni re quâcunque petitâ,

Cum

Cum prece suppliciter factâ, cum gratia agenda,
Innotescant ante Deum quæcunq; petatis.
7 Paxq; Dei quæ intellectum supereminet omnem,
Cordibus hæc vestris, & vestris mentibus adsit
Præsens, præsidij munimine, Christò in Iesû.
8 Quod superest (fratres,) quæ sunt veracia cunque;
Quæcunq; *existunt* venerandæ conditionis;
Quecunque *existunt* iustæ conformia normæ
Castitie purâ quæ *existunt* cunq; sacrata;
Quæcunq; *existunt* digna vt recolentur amore;
Existunt quæcunq; bonæ *sub nomine* famæ;
Si qua *siet* virtus, laus *constet* denique si qua,
Hæc recolatis mente. 9 Et quæ didicistis, & illa
Quæ accepistis, & audistis, vidistis & in me,
Hæc facite, & vobiscum aderit pacis Deus *autor*
Magnoperè tamen in Dominô gavisus *ob hoc* sum,
Prò me fecistis quoniam revirescere curam
Vestram iam tandem, de qua licet *ante* fuistis
Re quoq; solliciti, quantumvis defuit autem
Opportuna occasio vobis. 11 *Sed* loquor *istud*,
Non vllius egestatis respectû: Ego namq;
In quibus existo, didici contentus vt essem.
12 Novi verò deprimi, abundare & quoque novi,
Informatus vbique, & in omnibus, & satur vt sim,
Atq; famelicus; atq; vt abundus; egemus & vt sim.
13 Cuncta in eo valeo, Christo mihi robora dante.
14 Rectè fecistis tamen vna participantes
Pressuræ *ista* meæ. 15 Vos estis deinde scientes
Porrò (Philippenses,) tum quandò primitùs *ad vos*
Promulgavi Evangelium, *tum* quando recessi
Finibus è Macedûm, quod nulla Ecclesia mecum
In ratione dati atq; accepti participavit,
Præter vos solos. 16 Quia quùm essem & Thessalonícę;
Misistis semel atq; iterum quod erat mihi in vsû.
17 Non *refero*, quoniam donum *repetendo* requiram;
Quin immò, fructum qui *de hoc* exuberat, illum
In vestram rationem *cedere posse requiro*.

18 Ac-

18 Accepi verò omnia, & abundo, expletus abundè.
Quando ab Epaphroditô *quæ missa fuere* recepi
A vobis, fuerant quæ instar fragrantis odoris
Hostiæ, & acceptæ Deo, & exoptata *fuere*.
19 At Deus ille meus vobis quod opus sit in vllô
Suppleat, ipsius vobis tribuendo secundum
Divitias in gloria habendas Christô in Iesu.
20 Porrò Deo, nostro simul & *sit* gloria semper
Attribuenda Patri, per sæcula quælibet. Amen.
21 In Christo Iesu sanctos donate salute
Omnes; Qui mecum sunt fratres vos*que* salutant.
22 Sancti omnes vobis exoptant esse salutem,
Præcipuè, qui sunt famulatus Cæsaris autem.
Ipsa *salutaris* Domini *quæ est* gratia nostri
Iesu Christi, *sit* cum vobis omnibus. Amen.

Ista Philippenses constat quòd Epistola scripta
Ad cives, per Epaphroditum Romanâ erat vrbe.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD COLLOSSENSES.

Cap. I.

Collaudando Deum, doctrinam firmat Epáphræ; Christum describit; propriò de munere tractat.

PAulus Apostolicô *defungens* munere Iesu
Christi, *gratuita est* veluti divina voluntas,
Timotheus quoq; frater, 2 Sanctis hisce Colossis,
Fratribus in Christo Iesuq; fidelibus *ipsis*;
Gratia vobis, Pax à nostro Patre Deoq;,
Et Domino *sit* Iesu Christo. 3 Gratiam habemus
(Dando Deo laudem,) Patri Domini quoq; nostri
Iesu Christi; dum pro vobis vsque precamur.
4 Vestram quandò fidem *quæ* in Christo *existit* Iesu,
Quem vos in sanctos omnes & habetis amorem,
Audivissemus. 5 Sepostam propter eandem
Vobis in cœlis spem, quam priùs audieratis,
Vtpote doctrinæ veræ sermone receptô
Quæ est Evangelij, 6 Quod vos pervenit ad vsque.
Sicut & in totum mundum, fructum quoq; profert,

Sicut

Sicut apud quoq; vos: ex quo die ab auribus haustum
Extiterit vestris; fueritq; ea cognita vobis
In verace Dei doctrina, gratia quæ sit.
7 Ex Epaphrâ veluti simul atq; etiam didicistis,
Vt qui conservus dilectus noster habetur,
Fidus pro vobis qui Christi est ipse minister.
8 Qui nobis etiam manifestum reddidit esse,
In vobis charum quem Spiritus afflat amorem.
9 Propterea,nos à q; die quò audivimus *istud*,
Desinimus minimè pro vobis esse precantes,
Atq; petentes, vt repleti sitis abundè
Agnitione voluntatis quæ est illius, omni
Cum sapientia, & intellectu spirituali.
10 Vt vitę cursu pergatis,sicut in illô,
Qui Domino existit dignus, per cuncta placentes;
Vtq; opere in quocunq; bono proferre queatis
Fructum, deinde Dei crescatis in agnitione.
11 Omni quandò confortati robore sitis,
Illius iuxtà virtutem,gloria in eius,
Ad tolerandam omnem patientiam,eamq; ferendam
Miti animô, læti. 12 Grates dum simus agentes
Patri, qui nos ad Sanctorum reddidit aptos,
In splendenti participandam lumine sortem.
13 E*que* potestate eripuit qui nos tenebrarum,
Filij & in regnum dilecti transtulit eius.
14 Est in quo, nobis (*dum sunt* peccata remissa)
Facta redemptio *conciliatu* sanguinis eius.
15 Est inconspicui Dei imago, qui simul atq;
Est primogenitus sit cuiuscunq; creatæ
Ipse rei. 16 Per eum siquidem sunt condita quævis
In cœlis quæ sunt, in terra deniq; quæ *sunt*,
Quæ poterunt oculis, quæ non poteruntq; videri;
Sive throni, seu *sint* dominatus, imperia aut *sint*,
Sive potestates, *constant* quæcunq; per ipsum,
Et sunt ipsius respectu cuncta creata.
17 Atq; est ipse ante omnia, & omnia sunt *in eodem.
18 Corporis est caput atq; Ecclesiæ, origoq; prima,

Ephes.4.1. phil.1.27. 1.thess.2.12 1.cor.1.5

Mar.3.17. & 17.5. 1.pet.17.14 Hebr.1.3. Ioh.1.3.

**per eundem*

Et

1.Cor.15. Et primogenitus de his qui de morte *resurgunt*;
20. Vt primatum *solus* in omnibus ipse teneret.
Apoc.20.5. Esse habitans in eodem Patri quando placebat
John 1.14. Complementum *rebus* in omnibus. 20 Atq; per ipsum
Infra.2.9. Cuncta reconciliare sibi, dum pacificaret
Illa suæ crucis ex *aspergine* sanguinis *eius*,
Sive super terris, in cælis sive supersint.
21 Et quùm vos alieni facti aliquando fuistis
Spirantes inimici etiamq; hostilia, mente
Intenta factis operùm quæ prava fuerunt;
Nunc sibimet nihilominus *ipse* reconciliavit.
22 *Quando* suæ *est passus* per mortem in corpore carnis,
Vt sistat sanctos vos, irreprehensibilesq;,
Luc.1.75. Atque inculpatos coram se. 23 Si tamen vsque
1.Cor.1.2 In *constante* fide fundati permaneatis
Ephes.1.4. Firmiter, & stabiles non dimoveamini ab illâ
Tit.2.11.12 Spe *quæ* Evangelij *est*, quod vos audistis, idemq;
John 15.6. Porrò creaturam quod declaratur ad omnem
Humanam quæ sub cælo est; Ego preco ministrans
Paulus sum cujus factus. 24 Qui gaudeo nunc de
His quæ pro vobis patior *conflictibus*, atq;
Expleo relliquias Christi cruciatibus hac in
Carne meâ, pro ipsius corpore, *scilicet*, id quod,
Est Ecclesia. 25 Cuius factus sum ipse minister,
E ratione eius, mihi dispensatio quæ ergà
Vos est elargita Dei; Dei vt ipse replerem
Sermonem: 26 Mysterium idipsum *nempe* seorsìm
Rom.19.25 Quod fuit à sæc'lis. ætatibus atq; reclusum;
Ephes.3.9. Nunc autem sanctis patefactum redditur eius.
2.Tim.1.10 27 His quibus ipse Deus voluit reserando patere,
Tit.1.2. Arcani quæ sunt fulgentes hujus habendæ
1.Pet.1.20 Divitiæ, inter Gentes, Christus gloriæ, vt is qui
1.Tim.1.1. Inter vos existit spes: 28 Quem concio nostra
Prædicat, admonitum quemvis dum corripiamus,
Dum simus quemvis hominem simul atq; docentes,
Omni *informantes* sapientiâ; vt exhibeamus

Quem-

Quemvis in Christô Iesû, perfectus *vt esset.*
Ad quod & enitor, strenuè certando; secundùm
In me virturem per fortiter eius agentem.

CAP. II.

Hortans ad Christum, qui est omnia in omnibus vnus:
Angelicos cultus, humanaq; tradita vitent.

NAm vos scire velim, quâ sollicitudine *pressus*
Sustineam vestrâ causâ certamen anhelum;
Propter eos etiam qui existunt Laodicææ,
Queis in carne meum licuit nec cernere vultum.
2 Vt consolamen sua corda capescere possint
Ipsorum, quando compacti sint in amore,
Certô intellectus persuasû, opulentiâ & omni,
Vsq; Dei ipsius mysterij ad agnitionem,
Tum quoq; Patris, tum quoq; Christi ipsius. 3 *Vt* in quô
Existunt sapientiæ & omnes cognitionis
Thesauri absconsi. 4 Dico veruntamen istud,
Vt nè quis vobis imponat, falsa loquendo,
Dum vos illectet nimius sermone polito.
5 A vobis absens etenim sum corpore quamvis;
Spiritû at adsum vobiscum, gaudénsque, vidénsque, 1. Cor. 5. 3.
Ordine quòd vestro *dispositu omnia rite,*
Positu in Christum firmamentum fideique.
6 Quapropter, Christum velut accepistis Iësum
Ipsum *vos* Dominum; *sic* incedatis in illô
7 Radicati, etiam super-ædificati in eodem,
Confirmatique etiamq; fide: sicut didicistis
Edocti, vt grates referentes, gratiâ in illâ 1. Cor. 1. 5.
Sitis abundantes. 8 Ne sit quiscunque, videte,

Qui

* *Prædetur* Qui vos per studium sophiæ *deceptet, inanem
Et per decipulam *sit vos fallendo*, secundùm
Traditionem hominûm, mundiq; elementa secundùm,
Et non *id* iuxtà statuit quod regula Christi.
9 Omnis enim Deitatis quæ est essentia plena
Corporeè ipsa habitans, *existens* est in eôdem.
Supr.1.15. 10 Completi simul atque etiam vos estis in ipsô,
Ioh.1.14. Imperij qui est atq; potestatis caput omnis.
11 In quô vos etiam circumcisi simul estis.
Rom.2.29. Nequaquam manibus fit circumcisio quorum,
Corpore peccatis exutô carnis, in illâ
Circumsciffura, quæ est circumcisio Christi.
12 Vnà cum simul illô per baptisma sepulti,
Rom.6.4. Qui-cum *vos* etiamq; resurrexistis in illô,
Ephes.1.19. *Idq;* fide mediante Dei, virtute operantis,
Illum qui excivit de his qui sunt morte soluti.
13 Qui quoque delictis vos quando mortui eratis,
Ephes.2.1. In carnis vestræ præputiô itemq; fuistis;
Ipse etiam secum vos vnà vivificavit,
Omnia condonans vobis peccata patrata.
Ephes.2.15. 14 Delens chirographum quod contra nos erat illud
In decretis, esset quùm contrarium id *inquam*
Nobis, è mediô prorsus quoq; sustulit, illud
Affigendo cruci. 15 Simul imperia exspoliata,
Atq; potestates animô traduxit apertè
Confidente, triumphatis illis cruce eâdem.
16 Vos (ratione cibi) ne quisquam iudicet, ergò,
Vel propter potum, respectû sive diei
Festi, sive novæ lunæ, vel sabbata propter:
17 Vmbra futurorum quæ existunt; corpus at immò
Mat.24.4. Est Christi. 18 Nemo sibi partes sumpserit vltrò
Ephes.5.5. Iudicis, adversus vos, palmam præripiendo;
Semet tanquam humili prætextû subijciendi,
Angelicorum spirituum sub relligione:
Dum, quæ non vidit, sese protrudit in illa.
Quandò suæ carnis temerè turgescit in ausû.

19 Nonq;

19 Nonq; tenet caput, ex quô totum deniq; corpus
Per commissuras, compages atq; ligantes,
Suppeditatum, compactumq; sub augmine crescit;
Scilicet augmentô cumulatim quod Deus auget.
20 Ergò, cum Christo si mortui ab his elementis
Mundi existatis; quid adhuc oneramini ijsdem
Ritibus, in mundô vitam velut hisce trahentes?
21 Ne attigeris (*dicunt*,) neq; gustaris, neq; tractes:
22 Omnia quæ pereunt ipsô vsû, *talia* quando
Ex hominum mandatis doctrinisq; feruntur.
23 Ista quidem speciem sapientiæ habentia constant,
Cultû electitiô quùm sint in relligionis,
Submissôq; animô, nec parcent lædere corpus:
Non tamen vllius pretij sunt ista tenenda,
Quando ea ad hæc spectantia sunt, quibus est caro fulta.

Cap. III.

Vnà cum Christo commortui, ijq; resurgent.
De generalibus, & specialibus officiorum.

CVm Christo si ideòq; resurrexistis; ea ergò
Quærite quæ sursum consistunt, est vbi Christus:
Qui dextrâ sedet ipse Dei in *victrice locatus.*
2 Curate illa superna, nec hæc terrestria *quæ sunt.*
3 Estis mortui enim, vita est atq; in Deo *opertè*
Isthæc vestra, simul cum Christô abscondita. 4 Quando
Christus (qui nobis existit vita) patebit;
Tum patefietis vos secum in gloria & vnà.
5 Mortificetis membra igitur terrestria vestra,
Vt scortatum, immundiciem, pruriginis æstum,
Affectum mala concupientis, avaritiamq;
Quæ est Idolorum cultus. 6 Ratione quòd horum
Ira Dei venit in natos incredulitatis.

7 Vos quibus in *vitijs* incedebatis & olìm,
Tempore quô vitam traducebatis in illis.
8 Omnia nunc etiam vos hæc deponite verò,
Iram, excandescentiæ acórem, mente malignâ
Nequitiam, dira execrantia, turpiloquelam
Ore ex vestrô. 9 Nè mendacia verba loquentes
Sitis contra alios alij; quando exspoliastis
Vos hominem veterem, cum factis illius ipsum;
10 Indutiq; novum simul insuper estis, eundem
Qui renovatur in agnitionem convenientem
Formæ illius imaginis, est qui conditor ejus.
11 Græcus vbi, Iudæus *vbi* non denique constat;
Circumcisio item præputij *vbi* neque *pellis*;
Barbarus *aut* Scytha *sit*; servus *non* deniq; liber:
Quin-immò *existens* & in omnibus omnia, Christus.
Vt nunc ergò Dei electi, *pietate* sacrati,
Ac dilecti; induti sitis commiserandi
Visceribus, bonitate benignâ, mente modestâ,
Mansuetudine miti, animi toleramine longô.
13 Vos alios alij patienti mente ferentes,
Et quoq; condonantes vobis alterutrinq;.
Quod si contrà alium fuerit quis habendo querelam;
Vt condonavit Christus vobisq; ita vosq;
14 Præ tamen omnibus his, induti sitis amore:
Est vt qui vinclum perfectio sistitur in quô.
15 Paxq; Dei vestris in cordibus imperet illa,
Ad quam vos existitis in simul atq; vocati,
Corpore in vnô Grates deniq; sitis agentes.
16 In vobis habitans sit Christi sermo fluenter,
Omni cum sapientiâ, *vt exhinc* esse docentes,
Vos aliosq; alijq; moventes esse queatis;
In Psalmis, inq; hymnis, spiritualibus inq;
Canticulis, cum gratiâ in ipsô corde canentes
Vestrô *istbæc* Domino. 17 Tùm deniq; quicquid agetis;
Sermone aut factô, Domini omne in nomine Iesû
Fiat, agendo Deo grates, Patrique, per illum.
18 Vxores proprijs, vt convenit esse maritis,

Rom.6.4. Ephes.4.25. Heb.12.1. 1.Pet.2.1. & 4.1.2. Gen.1.26. & 5.1. & 9.6.

Ephes.4.32. & 6.11.

Ephes.4.29

1.Cor.10.31.

In

In Dominô, subjectæ sitis. 19 Amate mariti
Vxores; adversus eas nec sitis amari.
20 Filij in omnibus auscultando Parentibus este;
Quandoquidem Domino cum primis perplacet istud.
21 Patres filiolos non irritetis ad iram
Vestros, despondendo animum ne deijciantur.
22 Servi auscultantes estote per omnia eisdem,
Quos dominos (juxtà rationem carnis) habetis,
Obsequijs non exhibitis præsentis ocello,
(Humanis vt qui placitis servire studentes;)
Imò Deum (cordis cum simplicitate) timentes.
23 Quicquid agatis & ex animô faciatis id omne,
Acsi *actum* Domino, non & mortalibus *esset*.
24 Quòd vos à Dominô referendam deinde scientes,
(Ejus vt hæredes) mercedem percipietis.
Quando quidem, Domino Christo servitis, in istô.
25 * A quocunq; foret patrata injuria verô,
Ejus mercedem referet quod fecit iniqui.
Ante Deum personarumq; acceptio non est.

Ephes.5.22. 1.Pet.3.7. Eph.5.25. Eph.6.1. Eph.6.5. Tit.2.9. 1.Pet.2,18.

** Injustum verò quicunq; patraverit; ille*

Deu.10.17 Sap.6.7. Eccl.35.12 Rom.2.11. Gal 2.6. Eph.6.9.

Cap. IIII.

Continui in precibus, sit vita & sermo suavis,
Cætera de Tichicôq;, & Onesimô; & inde salutat.

VOs Domini, servis quod justum constat & æquum
Prestetis, Dominum quoq; vosmet habere scientes
In cœlis. 2 Precibus durantes invigiletis,
In profundendis illis, cum gratiâ agendâ.
3 Pro nobis etiam sitis simul-atq; precantes,
Vt reserando Deus nobis expandere portam
Sermonis dignetur, vt esse loquendo queamus
Arcanum Christi, propter quod sum quoq; vinctus:
4 Illud vti reddam manifestum, sicut oportet

Luc.18.1. 1.Thes.5.17 Ephes.6.18. 2.Thes.3.1.

Ephe.5.15. Effari memet. 5 Sapienter vos gerite erga
Externos. Occasio temporis esto redempta
A vobis. 6 Sermo sit vestro semper ab ore
Gratiâ in eloquij conditus cum sale; sitis
Vt noscentes, quomodo sit responsio danda
A vobis *quacunq; dectus* cuicunque roganti.
7 Omnia quæ mea sunt, Tichicus vobis ea nota
Reddet, dilectus Frater, fidusq; minister,
In Dominô & conservus. 8 Ob hoc ad vosmet eundem
Misi, res vt vestras is cognoscere posset,
Et consolamen vestris vt cordibus addat.
9 *Coniunctum* cum fidô cô Onesimô, amatô & eôdem
Philem.10. Fratre simul, qui vobis est *oriundus* ab ipsis:
Omnia qui vobis exponent; hic vt aguntur.
10 Vosmet Aristarchus mihi concaptivus, & vnà
Marcus Consobrinus Barnábæ ille, salutat;
De quô mandata accepistis. Venerit hic si
Ad vos; ipsum suscipiatis. 11 Deniq; Iesus,
Is qui *etiam* Iustus *cognomine* dicitur, isti
Ex circumcisis soli, mihi ferre juvamen,
(Vt proferre Dei regni pomœria possem)
Enixi mihi consolamen dando fuere.
12 Vos Epaphras (qui ex vobis Christi est servus) is vsq;
In precibus certans pro vobis, vos vt in omni
Re, quæcunq; Dei fuerit Divina voluntas,
Perfecti & completi stetis; habere salutem
Exoptat. 13 Nam, testor ei, (zelante labore
Quòd multô impensô) pro vobis ardeat idem,
Et studiô ipsorum qui existunt Läodicææ,
Quiq; Hierápoli inexistunt. 14 Dilectus is ipse
1.Tim.4.10.11 Lucas vos medicus, Demas etiamq; salutant.
15 Vos Läodicænos Fratres salvere jubete,
Et Nympham; simul-atq; Ecclesiam in illius æde.
16 Hæc etiam tùm quando legetur Epistola apud vos,
Efficite vt recitetur itemq; ecclesiâ in illâ,
Läodicææ *quæ est*. Scriptam quoq; Läodicææ,
Sic etiam pariterq; legatis vos vt eandem.

17 Ar-

17 Archippo simul & dicatis; Tu vide-fac-sis,
Hocce ministerium satagens implere studendo,
In Dominô; quod habes acceptum. 18 *Scripta* Salutis
Ista meâpte manû Pauli exoptatio *missa*.
Vinclorum vosmet memores estote meorum.
Gratia vobiscum *Domini nostri* siet. Amen.

Scripta est ad populum qui existit in vrbe Colossi,
Romana (Tichico portante, & Onesimo) ab vrbe.

EPISTOLA Pauli Apostoli ad Thessalonicenses prior.

Cap. I.

Gratiam habet Domino, constanti de fide eorum, Spe patienti, & amore, dic à primô, vltimum ad vsq;.

PAulus, Sylvanusq;, & Timotheus, Patre in ipso
Hisce Deo, qui Ecclesia sunt, Dominô quoq; Iesû
In Christô, *quæ collecta exstat* Thessalonicæ:
Gratia vobiscum, pax *esto* Patre Deôq;
A nostrô, simul à Dominô Iesû quoq; Christô.
2 Reddimus vsque Deo de vobis omnibus ipsi
2.Thes.1.3. Grates, dum precibus nostris incumbimus, omni
Phil.1.3.4. Tempore quô facta est à nobis mentio vestri.
3 Vestræ effectricis fidei, remora sine quavis,
Dum sumus & vestri memores in amore laboris,
Atq; spei tolerantis, quâ mansistis Iesû
In Christô Dominô nostrô, coram Deô, eôq;
Nostrô Patre. 4 Vt qui *nos* simus *quippe* scientes,
(Fratres dilecti) quòd vestra electio *prorsus*
Pendet ab efficiente Deo. 5 Siquidem quia nostrum

Ergà

Ergà vos Evangelium non constitit vno
In sermone; sed & virtute, & Spiritû in Almô,
Persuasû certô atq; in multô; vos vti nostis,
Inter vos quales fuimus, vestri è ratione.
6 Vos imitatores nostri factiq; fuistis,
Et Domini: pressurâ *pro* sermone receptô
In multâ, cum lætitiâ *quam* spiritus Almus
Exhibet. 7 Vsq; adeò vt facti exemplaria sitis,
In Macedûm credentibus omnibus, atq; in Achaiæ
Oris. 8 A vobis Domini sonuit quia sermo,
Non Macedûm solummodò, Achaiæ & *finibus vnis*;
Quin-etiam quôcunq; locô dispersa profecta est
Vestra fides, innixa Deo; nobis opus vt sit
Nil exinde loqui. 9 De nobis namq; loquuntur
Ipsi, qualem nos ingressum fecimus ad vos;
Adq; Deum conversi, quâ ratione (relictis
Idolis) estis, vivo veroq; colendo
Inservire Deo. 10 Simul expectare regressum
Filij & illius de cœlis rursus Iesû,
Quem fato à functis de morte resurgere fecit,
Qui nos eripuit de irâ veniente futurâ.

Cap. II.

Narrat quomodo adivit eos, quid & esi operatus;
Quàmq; sui fuerint ferventi in amore sequaces.

INgressum (Fratres) quoniam cognoscitis ipsi
Ad vos, non vanum nostrum *quandòq;* fuisse:
2 Quin etiam quòd *multa* prius passi sumus, & quòd
Affecti fuimus probrosô more Philippis,
Vt nostis, sumus vsi libertate loquendi
In nostrô Deô, apud vos, cum certamine multô
Posse Dei proferre Evangelium. 3 Quia nulla

Act. 15. 12. 13.

Ex imposturâ fuit exhortatio nostra,
Impurâ vel nequitiâ, fallente dolôve.
4 Sicut ab immò Deo sumus acceptante probati,
Vt nobis Evangelium credatur, ita illud
Proloquimur, non vt mortalibus esse placentes;
Immò Deo, nostra acceptando corda probanti.
5 Nam sermone sumus non vnquam blandiloquenti
Assentatorum (sicut cognoscitis) vsi:
Causâ & avaritiæ prætexuimus neque quicquam;
Testificante Deo. 6 Mortalibus & nec ab vllis,
Gloriolam fuimus quærentes, non vel ab vllis
Vestrorum, neuve abs alijs; quùm oneri esse queamus,
Christi vt Apostoli. 7 Eramus nos veruntamen immò,
In mediô vestrûm placidi. 8 Nutricis ad-instar,
Quandô suis foveat proles: ita eramus aventes
Percupidi vestrûm, posse impertire libenter,
Non Evangelium tradendo Dei modò vobis;
Nostras ipsorum proprias animas sed & ipsas,
Quòd charè facti nobis essetis amati.

Act. 20.34. 9 Commeministis enim (Fratres) *quem ferre* laborem
1. *cor.* 4.12. *Assueti*, ærumnamq; *sumus:* Quùm nocte dieq;
2. *thes.* 3.8. Navantes operam fueramus, velle gravare
Conati vestrûm nullum; narravimus vltrò
Inter vos Evangelium *cœleste* Dei. 10 *Estis*
Vos testes, etiam Deus *est & testis*, vt ipsi
Nos sanctè, simul & iustè, sed & absque querelâ,
Versantes fueramus, vos qui creditis inter.
11 Sicut noscentes estis, tanquam Pater vllus
Eius filiolos, nos vnumquemque ita vestrûm
Exhortabamur, sumus & solamine foti:

Ephes. 4.2. 12 Atq; obtestabamur, vt incedendo velitis
philip. 1.27. Pergere digna Deô *peragendo* in tramite, quô vos
coloss. 1.10. (Eius tùm regnum, tùm gloria adire) vocavit.
13 Ergò, Deo grates etiam nos semper habemus,
Absq; intermissu, quòd sermo Dei, simul-atq;
A nobis narratum audivissetis eundem;
Idem (de Deo vt est:) à vobis exciperetur;

Excepi-

Excepistis, non hominum sermo velut esset;
Sed velut esset sermo Dei, verè est velut idem,
Qui in vobis & agit, credentes qui insuper estis.
14 Vos imitatores (Fratres) facti estis eorum,
Quando namq; Dei, qui sunt Ecclesia facti
In Iudæâ, in Christô Iesû; tùm quia passi
Hæc eadem simul à proprijsq; tribulibus estis
Vestris; sicut & à Iudæis ipsi etiamq;.
15 Quiq; trucidarunt Dominum Iesum, propriosq;
Occidêre Prophetas, exegêreq; nosmet;
In quibus est minimèq; Deo placitum, simul & sunt
Omnibus adversi mortalibus. 16 Vt prohibentes
Gentibus illa loqui nos, quæ sint hisce saluti;
Vt sua continuò maneant peccata replentes.
Ira sed vsque adeò ad finem devenit in illos.
17 Nos verò (Fratres) orbati tempus ad horæ
Vobis, (conspectû *vultûs*, non cordis ocellis,)
Efflagravimus hôc vehementiùs, aspiceremus
Vt faciem vestram, multô studiô istud aventes.
18 Ergò, volebamus (præsertim ego Paulus,) vt ad vos
Et semel atq; iterum possem *quandoq;* venire:
At verò nobis Sathanas fuit impedimento.
19 Spes etenim quæ nostra est, exultatio quæve
Existat? de quâ jactarem sive corona?
Eius in aspectû, (Dominus *qui est* noster Iesus
Christus,) in adventû ejus; non vos numquid & estis?
20 Estis enim vos gloria, & exaltatio nostra.

Rom. 1. 12.

Cap. III.

Hinc adeò ergà illos tanto flagravit amore,
Timotheum quòd misit eis, pro ipsisq; precatur.

H*Oc desiderium* non ampliùs (ergo) ferentes,
Complacuit nobis, in Athenis esse relictos
Solos. 2 Timotheum fratrem quoq; misimus illû
Nostrum

Nostrum, *nempe* Deiq; ministrum, Evangelióq;
In Christi adjutorem nostrum, roberet vt qui
Vos simul exhortando, fide pro deniq; vestrâ,
Vt stabilire queat. 3. Ne quisquam commoueatur
Has ob pressuras: Ipsi quia noscitis esse (vos;
Nos positos in idipsum. 4. Etenim quùm essemus apud
Has nos pressuras vobis prædiximus esse
Passuros; quod & evénit: cognoscitis idq;.
5 Amplius hinc etiam quùm possem non ego ferre
Hoc desiderium vestri; quapropter, eundem
Misi, posse fidem *satagens* cognoscere vestram:
Vllô forte modô ne vos tentaverit ille
Tentator, nosterq; labor sit factus inanis.
6 Timotheus sed quùm venisset non ita dudum
Ad nos à vobis, declaravisset & idem
Nuncium item lætum nobis, affecta fuisset
Quomodò vestra fides, simul atq; affectus amoris
Quis vobis fuerit, memores & quàm bene sitis
Nostri, nos semper cupientes posse videre;
Sicut nos etiam quoq; vos: 7 Accepimus ergò,
Exhinc propterea nos consolamina (fratres,)
Ex vobis, pressurâ quùm vexemur in omni,
Quandò opus estq; necesse, fidem per *deniq;* vestram
8 Si in Dominô perstetis vos, nunc vivimus ergò.
9 Reddere namq; Deo grates ecquasne queamus
De vobis, super omni lætitia, vnde leuati
Ante Deum nostrum propter vos exhilaramur?
10 Quàm vehemente modo noctúq; diuq;, precantes
Instemus, vestram faciem cupiendo videre,
Quæ desunt fidei vestræ complere volentes.
11 Ipse Deus verò, nosterq; etiam Pater ille,
Atq; idem Dominus *qui existit* noster Iēsus
Christus, *in* (*aio*) viam nostram bene dirigat ad vos.
12 Multiplicet Dominus vos verò, faxit & idem,
Inter vos vt abundetis plus, mutuô amore,
Ergà omnes etiam; veluti nos & *simul* in vos.
13 Corda vt vestra queant stabilita esse absq; querelâ

Rom. 1. 10. & 15. & 23.

In

In vitæ pietate, Deo coram, & Patre nostrô,
Eius in adventû Dominus qui est noster Iēsus
Christus, *qui veniet* cum sanctis omnibus eius.

Infra.5.23.
2.Cor.1.8.

Cap. IIII.

Vt vitâ sanctâ, sine fraude, libidine, vel vi,
Iusta laborando, spe sint lamenta levantes.

QVod *reliquum* superest (Fratres) idcircò, rogamus,
Per Dominum Iesum vos insuper atq; precamur;
Vt (velut à nobis *vos* accepistis, oportet
Quomodo versari, Deo itemq; placere queatis)
Vt magis & magis excellentes sitis abundè.
2 Cognovistis enim, quænam mandata dabamus,
Per Dominum Iesum, vobis. 3 Est namq; voluntas
Ista Dei, *nimirum* sanctificatio vestri:
A *vitio* scortandi *nempe* quòd abstineatis.
4 *Vt sciat vnusquisq; suum vas *corporis eius*
Quomodò possideat, cum sanctificatu & honore:
5 Affectû non cum vitiosô concupiendi;
Quæ non cognovere Deum Gentes velut illæ.
6 Opprimat vt fratrem ne quis, circumveniatq;
Commercando suum, Dominus quia vindicat, vltor
De omnibus istis; vt quoq; vobis diximus antè,
Testificati etiamq; fumus. 7 Non quippe vocavit
Nos Deus impuram ad vitam, sed sanctificatam.
8 *Hæc* qui reijcit, ille hominem non reijcit, ergò;
Immò Deum, qui spiritum item Sanctum dedit eius
Nobis. 9 De charô fraternô sed nec amore
Vllum prorsus habetis opus, me scribere vobis:
Ipsi quandoquidem docti Divinitus estis,
Vos alios alij quod mutuô amore colatis.
Hoc etenim fratres facientes estis, in omni

Rom.12.2.
Ephes.5.17.
* *Vnusquisque suum vas vt cognoscere possit.*
1.Cor.6.8.
1.Cor.1.2.
1.Cor.7.40.
Iohn 13.34. & 15.12.
1.Iohn 2.8. & 4.21.

Ergà omnes Macedûm regione; sed atque precamur
Vos, (Fratres) magis excellentes vt modò sitis.
11 Et contendatis, possitis vt esse quieti,
2. Thes. 3. 7. Et quæ sunt sua quisq; negotia propria tractet,
Ac manibus vestris operando adhibete laborem,
Sicut *nosipsi* vobis præcepimus: 12 Ergà
Hos qui sunt extranei, vt incedatis honestè;
Nec; opus vllius nequicquam sitis habentes.
13 Sed (Fratres,) vos ignorantes nolumus esse,
Qui obdormiverunt *homines* quod spectat ad illos,
Vt contristati non sitis, sicut & illi
Qui reliqui sunt, spem nequaquam prorsùs habentes.
14 Nam quòd Iësus mortuus est, si credimus *istud*,
Quodq; resurrexit; pariter Deus & per Iësum,
Qui obdormiverunt cum sese adducet eosdem.
15 In verbô Domini siquidem fore dicimus *istud*,
1. Cor. 15. 23 Quod nos qui vivi reliqui remanebimus, illô
In Domini reditû, non illos præveniemus
Qui obdormiverunt. 16 Dominus quia scilicet ipse,
Exhortandi cum clamore, Archangeli & *eius*
Mat. 24. 31 Voce, Dei simul & *tum quando* buccina clanget,
1. cor. 15. 52 Desuper è cœlo descendet; iiq; resurgent,
In Christô primùm qui sunt in morte soluti:
17 Tùm, nos viventes (erimus qui deinde relicti)
Ipsas in nubes rapiemur cum simul illis,
Obviam in occursum Domini, super aëra *vecti*,
Cum Dominôq; erimus sic semper. 18 Mutua quarè
Inter vos solamina sint sermonibus istis.

Cap. V.

Adventum Domini expectantes, invigilando,
Cumq; aliis, verbi magni-faciendo ministros.

SEd de temporibus, momentisque articulorum,
Non opus est quicquam (fratres) me scribere vobis.

2 Namq; diem Domini prorsus cognoscitis illum,
Esse quidem noctû venturum, furis ad-instar.
3 Quandoquidem, quando Pax dicent, omnia quúmq;
Tuta; repentinum subitò tunc imminet ipsis
Exitium, dolor vt mulierclæ parturientis,
Et non effugient. 4 Vos (fratres) non tamen estis
In tenebris, quos ille dies sic opprimat, ut fur.
5 Omnes vos lucis, proles, estisq; diei:
Non sumus & noctis, tenebrarum *nos* neq; *proles*.
6 Ergò soporiferi non simus, cætera turba
Vt solet; at vigiles, sobrij debemus & esse.
7 Namq; soporiferi, capiunt sub nocte soporem,
Quiq; ebrij, noctû sunt ebrietate repleti.
8 Nos existentes sed simus quandò diei;
Simus sobrij, *vt armis his* thorace tegente
Induti fidei, & chari *amplexantis* amoris;
Pro galeâ *munire caput* spe deinde salutis.
9 Nam Deus haudquaquam nos constituebat ad iram:
Quin immò verò, Dominum nostrum per Iesum
Christum, nos acquirere demùm posse salutem.
10 Qui pro nobis mortuus est, vt seu vigilemus,
Seu dormitemus; vivamus cum simul ipsô.
11 Ergò, sitis adhortantes alios alijq;
Singuli & alterutrunq; simul vos ædificetis,
Sicut item facitis. 12 Vos (Fratres) porrò rogamus,
Agnoscatis vt hos strenuè qui operando laborant,
Inter vos, simul in Dominô præsunt quoq; vobis,
Vos etiamq; monent. 13 Summô ducatis eosq;
In pretiô, charum per amorem, propter eorum
Ipsum opus. Inter vos pacem retinete vicissim.
14 Vos autem (Fratres) hos corripitote, precamur,
Ordinis osores, exleges: Mente pusillâ
Qui sunt, consolamini eosdem. Suscipientes
Infirmos, relevetis eos. Animô patienti
Ergà omnes estote. 15 Videte, malum *quoq;* ne quis
Pro *tribuente* malô reddat: quin immò, sed estе,
Quod bonum erit semper sectantes, vos simul inter,

Mat. 24.44
2.pet.3.10
Apoc.3.5.
& 16.15.

Esa 59.17.
ephes.6.17

Pro.17.13.
& 0.22.

Atq;

Atq; ergá quosuis. 16. Habeatis gaudia semper.
17 Absq; intermissû precibus contendite. 18. Grates
Exhibeatis in omnibus: id quòd nempe, voluntas
Ista Dei existit vos ergà, Christô in Iesû.
19. Ipsum nolitote extinguere Spiritum. 20. Habere
Nolitote prophetias contemptui. 21. Habete
Cuncta probata, bonum fuerit quodcunq;, tenete.
22. Cuiuscunq; mali speciê abstineatis ab omni.
23 Pacis at ipse Deus vos totos sanctificabit.
Integer vt vobis & spiritus, & quoq; vestra
Mens, simul & corpus, sine quàviscunq; querelâ,
Eius in adventû (Dominus qui est noster) Iesû
Christi, serventur. 24 Persistit *is* *vsq;* fidelis,
Qui vos ipse vocavit, qui simul efficietq;.
25. Fratres; pro nobis oretis. 26 In osculô habete
Sanctô donatos fratres quoscunq; salute.
27 Per Dominum, (recitetur Epistola vt omnibus ista
Sanctis fratribus,) adiuro vos. 28 Gratia Iesû
Christi vobiscum Domini nostri *fiet*. Amen.

Mat. 5. 39.
Rom. 12. 17.
1. Pet. 3. 9.
Luc. 18. 1.
Eccl. 18. 22.
Col. 4. 2.
Supra. 3.
12. 13.
1. Cor. 1. 8.
1. Cor. 1. 9.

Prima ad Thessalonicenses scripta est ab Athenis.

EPI-

EPISTOLA Pauli Apostoli ad Thessa- *lonicenses posterior.*

Cap. I.

Gratia pro fide, amore, & pro patientiâ, habetur:
Orat & vt crescant; fructus docet inde sequentes.

PAulus, Sylvanusq; & Timotheus, simul his qui
Sunt (collecta Deo in Patre nostrô) Ecclesia, qui sunt
(In Dominô quoq; Iesû Christô) Thessalonicæ:
2 Gratia vobis, Pax â nostrô Patre Deôq;,
Et Dominô Iesû Christô. 3 Sunt Gratiæ agendæ — 1.*Thes.* 1.2.
Vsq; Deo (Fratres) pro vobis; vt faciamus,
Sicut par est, quòd vehementer adaucta redundat
Vestra fides, & abundat amor cuiusq; refertìm
Mutuus in vobis, dum diligit alter vtrumq;.
4 De vobis adeo jactantes simus vt ipsi,
Vsq; Dei sacris nos in conventibus, *hoc est,*
De vestra patientia in omnibus hisce, fideq;
In vestris pressuris, & conflictibus illis — *Iud.*6.
Quos toleratis. 5 *Quæ res* demonstratio *clara est*
Iudicij illa Dei iusti, quòd vos Deus esse

Dignos

1. Thes. 4. 16 Dignos cœlestis dignetur jure potiri
Regni, propter idem quùm sitis talia passi.
6 Quippe Deo quùm sit mercedem reddere justum,
Qui vos affligunt, vt & affligantur ijdem:
7 Vt vos quiq; afflicti estis, miserando relaxet,
Vndè refrigerium nobiscum sit quoq; vobis;
De cœlô Dominus quando patefiet Iesus,
Angelicâ veniens septus comitante catervâ
Ejus virtutis; 8 Flammis ardentibus ignis,
Qui minimè novere Deum, quibus inferet ipsis
Vindictam, nec obedivere Evangelio illi,
Quod Domini existit Iesû Christi 9 Dare pœnas
Exitij æterni qui debent, interituri
A Domini facie præsente, & ab omnipotenti
Majestate sua fulgenti gloriâ in ejus.
10 In sanctis quandò ille suis vt glorificetur
Adveniet, quandò admirabilis his quoq; fiet,
In credentibus omnibus is (veniente die illô)
Ergà vos, quod vestra fides in testificatû
Nostrô namq; reposta fuit. 11 Cujus quoq; causâ,
Semper pro vobis etiam sumus vsq; precantes,
Vt Deus hacce velit quâ sitis sorte vocati,
Ipse suâ dignos vos reddere; compleat ejus
Gratuitæ benecomplacitum bonitatis & omne,
Et confirmet opus fidei, in virtute potenti.
12 Vt nomen Domini nostri sit glorificatum
In vobis Iesû Christi: vos vtq; in eôdem
Ipsô glorificet *miseranti* gratiâ ab ejus,
(Qui Deus est nobis;) Domini Iesû quoq; Christi.

Cap. II.

Ante diem Domini veniet defectio, sub qua Regnum Antichristi describitur; ergo cavendum.

VOs autem (Fratres) Domini nostri per Iesû
Adventum Christi, per conventumq; *futurum*,

Quô

Quò demùm cogendi ipsum sumus ante;rogamus;
2 Vt citò de vestrâ nè sitis mente remoti,
Nec perturbati sitis, nec spiritû ab vllô,
Nec per sermonem,per epistolium neque, tanquam
Esset id à nobis; instare diem quasi Christi.
3 Nè quôcunque modô vosmet seduceret vllus.
Illa dies quoniam non est *ventura* priusquam
Adveniet defectio, quàm fueritq; retectus
Is peccati homo, perditionis filius ille,
4 Semet is opponens, extollens atque seipsum,
Adversus quodcunque Deus vel dicitur,omne
Aut quod adoratur; sic vt sedeat velut esset
(In templô ipse Dei) Deus hic, præ se ipse ferendo
Omnibus, ac foret is Deus,ostentando seipsum.
5 Numquid non meministis, quandô vos apud essem,
Hæc quòd dicebam vobis? Nunc porrò quid obstat,
Nostis, vt ille suô retegatur tempore. 7 Iniquæ
Nunc operatur enim mysterium id impietatis:
Tantum nunc obstans obstabit,donec ademptus
E mediò fuerit. 8 Tunc & retegetur is exlex,
Est Dominus quem confecturus Spiritû ab ore
Ejus, & illustri adventû ejus destruet illum.
9 Adventus cujus Sathanæ ex operante *futuro*
Effectû constat, cum omni virtute potenti,
Et signis, ac prodigijs mendacibus. 10 Omni
Et cum fraude injusticiæ,quâ decipiuntur
Illi qui pereunt, ideò siquidem, quòd amorem
Veræ doctrinæ non acceptare volebant,
Vt salvi fierent. 11 Mittet Deus his ideòq;
Efficientem vim, qua decipientur ab astû,
Illis vt credant *qui ipsi* mendacia *dicent*.
12 Omnes vt damnentur ij qui credere veræ
Doctrinæ nollent, injusticiâ sed iniquâ
Sunt oblectati. 13 Nos autem simus oportet
Dando Deo grates de vobis semper (amati
In Dominô Fratres,) quòd vos elegit vt ipsi,
Primitiæ esse Deo possitis, adusq; salutem,

Ephes. 5.6.

Esa. 11 4

Sanctificatû in vitæ, quam dat Spiritus ejus,
Inq; fidem doctrinæ veræ. 14 Quò per idipsum
Vos Evangelium *quod* nostrum est *ille* vocavit,
Gloriam vt obtineatis eam *quam* noster Iesus
Christus *dat Dominus. 15 Fratres perstate ideòque, (*habet)
Et retinentes sitis easdem traditiones,
Quas didicistis per sermonem sive loquentis,
Aut per Epistolium nostrum. 16 Noster sed Iesus
Qui est Dominus Christus, Deus ipse Pater quoq; noster,
Qui nos dilexit, dedit & solamen, in ævum
Æternum, *dedit* atq; bonam spem, gratiâ in *eius*;
Consoletur corda is vobis, consolidetq;
In quôcunq; bonô vosmet sermone, operaq;.

Cap. III.

Pro praeconibus orandum est, procedere verbum,
Esse laborandum contra ocia: deinde salutat.

Vod superest (Fratres,) pro nobis este precantes, (Ephes. 6. 18. 19. Col. 3. 4.)
Vt sermo Domini currat, quò & glorificetur,
Sicut apud quoq; vos; 2 Et vt eripiamur ab illis,
Importuni homines qui existunt, & scelerati.
Namq; fides non est quorumlibet. 3 Immò fidelis
Est Dominus stabilesqui vos firmabit, ab illô
Proteget atq; malô. 4 In Dominô confidimus autem
De vobis, præcepta damus quæcunq; ea vobis;
Quod simul & facitis, facturi quod quoq; sitis.
5 Dirigat at verò Dominus precordia vestra,
Charô in amore Dei, Christum patienter & este
Vos expectantes. 6 Fratres, in nomine verò
Ejus præcipimus vobis, qui noster Iesus
Est Dominus Christus, vos subducatis ab omni
Fratre, gerit qui se non tramitis ordine recti,

Et non ex nobis acceptâ traditione.
7 Ipsi quandoquidem scitis, vos quomodò oportet
Nos imitari, quandò nos non gessimus inter
Vos, nisi in ordine. 8 Qui neq; panem gratis ab vllô
Edimus *acceptum*, sed perquirente labore,
Ærumnâq; fatigati noctûq; diûq;,
Graviter incumbendo operi, ne fortè gravamen
Essemus cuiquam vestrûm. 9 Non id quasi nobis
Non liceat; verùm nos ipsos exhibeamus,
Vt pro exemplari vobis, ad nos imitandos,
Inter vos etenim tum quando essemus, idipsum
Vobis demandavimus, vt qui non operari
Vult; nec sit vescens: 11 Audimus quippe quòd inter
Vos sunt quidam, qui versantur in ordine nullô,
Nil operantes, prorsus inaniter at satagentes.
12 His autem (tales qui sunt) mandamus, eosdem
Obsecramus item, Dominum nostrum per Iesum
Christum, operando suô vescantur pane quietè.
13 Atqui nequaquam verò segnescite (Fratres)
In benè vos faciendo 14 Verùm si nec obêdit
Sermoni nostro quisquam, per epistolam eundem
Notetis, quicum commercia sed nec habete,
Ipsum quò pudeat. 15 Nec eum ducatis vt hostem,
Admonitum tanquam fratrem sed corripiatis.
16 Ipse autem Dominus Pacis pacem dare vobis,
Omnibus vsq; locis semper *dignetur*. Is vnà
Sit Dominus cum vobis omnibus. 17 Ipsa salutis
Scripta meâpte manû, Pauli exoptatio; signum
Ipsum quod simul-atq; existit epistola in omni.
Sic scribo. 18 Domini quæ est nostri gratia Iesû
Christi, *consistat* cum vobis omnibus. Amen.

Supr. 2.15.
1.Cor.4.12
1.Thes.4.11
Act.20.34.
1.Cor.4.12.
1.Thes 2.9.
1.Cor.11.1.
Gal.6.9.
Mat.18.17
1.Cor.5.9.

Scripta secunda ad Thessalonicenses ab Athenis.

EPISTOLA Pauli Apoſtoli ad Timotheum prior.

* * *

Cap. I.

Ne genealogias cures: mandata doceto,
Ex bene ſcitâ mente: protervi ſunto cavendi.

PAulus Apoſtolicum munus ſortitus Ieſû
Chriſti; ex Servatore Deô noſtrô inſtituente,
Et Dominô Ieſû Chriſtô, *in quo* noſtra *repoſita*
Col.1.17. Spes *eſt*. 2 Timotheo genuinè filio amatô
Act.16.1. In fide, *eidem* gratia, commiſeratio, pax*que*,
Noſtrô à Patre Deo, *ſit* à Dominô quoq; noſtrô
Chriſtô Ieſû. 3 Quâ ſum te ratione precatus,
Velle manere Epheſi, fueram tum quandò profectus
Oras in Macedûm, te demandare quibuſdam,
Doctrinam nolint quæ diſcrepat eſſe docentes.
Infr.4.7. 4 Et minimè ſatagentes ſint attendere velle
titus 1.14. Fabellis, genealogijs ſine fineq; ductis,
Infr.6.4. Anſam quæ potiùs quærendi frivola præbent,
Quàm quæcunq; Dei illa, fide quibus ædificemur.
Rom.13.10. 5 In Charô ſed enim mandati finis amore
Conſiſtit *qui eſt* ex ſincerô corde *profectus*,

Atq;

Atq; ex mente sibi qui existit conscia recti.
6 A quibus errantes quidam,(dum vaniloquentes
Se diverterunt;) flexére ad *garrulitatem.
7 Legis *nimirum* doctores esse volentes,
Non ea percipientes sunt quæ verba loquuntur,
De quibus aut affirmant. 8 *Nos* cognoscimus autem
Esse bonam legem, quisquam si vtatur eâdem
Legitimè. 9 Minimè positam qui noverit esse
Iusto legem, legis contemptoribus immò,
His etiam subdi qui nolunt, sunt & iniqui,
Et peccatores, scelerati, etiamq; profani,
Patres occidentibus & matres, homicidis.
10 Scortatoribus, his marium qui concubitores,
His qui furantur pueros, mendacibus, his qui
Sunt perjuri, aliud doctrinæ si quid & extet
*Adversum sanæ. 11 Quæ *doctrina* illa secundùm
Est Evangelium *splendore* Dei ipsa Beati
Gloriæ, idem mihi quod concreditur. 12 *Hinc* habeoq;
Gratiam ei, qui me robustum reddidit, *hoc est*,
Christo *ipsi* Iesu, Domino nostro, quia memet
Inservire ministerio illius esse fidelem
Duxit: 13 Blasphemus quandò prius ipse fuissem
Insectator, & à quô injuria lata fuisset,
Ille mei voluit nihilominus esse misertus;
Feci ignarus enim, fidei essem quippe quòd expers.
14 Sed Domini superexcrescebat gratia nostri,
Illa fide, quæ est Christô in Iesu, charô & amore.
15 *Est* hic fidus sermo, & dignus vt accipiatur,
Omnibus vsque modis; In mundum *nempe* quòd istum
Devenit Christus Iesus, servaret vt ipse
Peccatores, inter quos existo ego primus.
16 Est ideoq; mei veruntamen immò misertus;
In me *clementem quòd primo ostenderet omnem
Affectum Iesus Christus; Credentibus ipsi
(Ad vitam æternam, pro exemplô me esse) futuris.
17 Æterno at Regi, immortali, invisibili ipsi,
Soli Deo sapienti honor vni, gloria *sitq;*

*inania verba

Rom. 7. 12.

*Oppositum

Inf. 6. 15.

*longanimem

In sæc'lorum sæc'la. Amen. 11 Commendo tibi istud
(Timothee O Fili) jussum servare, secundùm
Hasce prophetias, de temet, quæ præïerunt;
Militiam certare bonam conere per illas:
19 Conservando fidem; conscitam denique recti
Mentem: Nam fidei tali pro mente repulsâ,
Naufragium passi, quidam fecére ruinam.
2.Tim.4.14 20 Ex quibus existunt Hymenæus Alexanderq;:
Ex Ecclesiâ ego Sathanæ tradidi eosdem;
Vt sint discentes, blasphemos esse, quid esset.

Cap. II.

Pro quibus orandum, quæ, quare, nomine cujus,
Et per quos, & vbi, qui, quando, quomodo, quales.

** obsecrata, preces, interpellata, relata grates, quæ quoscunque homines sunt propter habenda.*

EXhortor primùm quocircà ante omnia fiant,
*Illa petita, quibus mala depellenda petamus:
Illa petita, quibus petimus nobis bona danda:
Illa petita, quibus petimus pro fratre juvando:
Gratiæ eæ Domino pro donis quæ referendæ:
Quæ debent hominum pro quoviscunq; profundi:
2 Et pro Regibus, & sublimi in honore quibusvis,
Tranquillam vitam degamus vt atq; quietam,
Cum pietate omni, reverenti curâ & honesti.
3 Est hoc namq; bonum, sed & acceptabile, coram
Servatore Deo nostro 4 Qui *scilicet* ipse
Vult servari homines cujusvis conditionis,
1.Thes.2.16 Et veniant veræ doctrinæ vt ad agnitionem.
Vnus enim Deus *est*, etiam Mediator & vnus
Ipse Dei atq; hominûm, qui est ille homo Christus Iesus:
6 Pro cunctis precium redimendis qui dedit ipsum
1.Ioh.5.16 Semet, temporibus quò testificatio fiat
Confirmata suis. 7 Positus sum præco ego cujus
2.Tim.1.11 Et sum factus Apostolus; *vt qui* vera profatus

In

In Christô; minime qui sum mendacia dicens,
Gentibus (in fide & in verâ doctrinâ) *ego* doctor.
8 Ergò, viros orare volo in quocunq; locorum,
Attollendo manus (irâ, seu litibus absq;)
Puras. 9 Sint itidem mulierc'læ veste decenti,
Cum reverente pudore, & sobrietate modesta,
Ornantes sese: non cincinnis, vel in aurô,
Margaris aut baccis quas dant conchilia gemmis,
Vel *se* vestitû pretiosô *ornare solentes*:
10 Quòd mulierclas immò decet, spondere seipsas
Per *vitæ* bona facta *suæ* pietatis *amantes*.
11 Sit mulier discens taciturna quiete silenti,
Omnis *vt huic* adsit docilis submissio *mentis*.
12 At verò mulierc'læ non permitto docere,
Præsit neuve marito; *mando* sed esse silentem.
13 Nam formátus Adámus erat prior, Eva deinde:
14 Nec seductus Adámus erat, sed fœmina causa
Transgrediendi facta est, quùm seducta fuisset.
15 Gignendo proles tamen est servanda futura,
Illa fide *verùm* si manserit, atq; in amore
Charô, sanctificatû etiam, cum sobrietate.

1.Pet. 3.3.

1.Cor.14. 34.

Gen.1.27.
Gen.3.6.

Cap. III.

Qualis Episcopus eligeretur, & esse decebit;
Atq; ministri alij, mensis, verbiq; labori.

CErtus sermo; Si quis Episcopus appetit esse,
Appetit hic opus egregium. 2 Quapropter oportet
Vt sit quisq; futurus Episcopus irreprehensus,
Vnius vxoris *decet esse* virum, vigilantem,
Esse modestô animô, sedatis moribus *esse*,
Hospitibus facilem, suadere docendo peraptum;
3 Non avidè vini bibulum, non litigiosum,

Tit.1.6.
* *Fidus (hic est) sermo, Si vult quis Episcopus esse, præclarum desiderat hic opus: 2 Ergo decebit.*

3 Non avidè vini bibulum, non litigiosum,
Non turpis quæstûs cupidum, *moderando* sed æquum;
A pugnis alienum, ab avariciâ *esse* alienum,
4 Qui propriæ domui bene præsit, qui sibi proles
Subjectas retinet cum omni reverente decorô.
5 Quod-si quis propriç domui non ipse præesse
Noverit; ille Dei tum curæ Ecclesiam habebit
Quomodo? 6 Non siet ille recens; ne forte tumescens,
Hic in judicium Cacodæmonis incidat ipsum
Illius, (inflatus) qui impingit crimina nobis.
7 Testificatum porrò bonum quoque debet habere
Abs externis, opprobrij nè in dedecus ille
Incidat, accusantis dæmonis in laqueumq;
8 Deinde, itidem mensis sacris etiamq; ministri
Attendentes, moribus exornentur honestis.
Neuve bilingues, vini multi neuve bibaces,
Non turpem quæstum facientes. 9 Conscia recti
Pura quibus fidei mysterium habentibus est mens.

Supr. 1. 19.

10 Isti sed priùs atq; probentur, deinde ministrent,
Nullum si fuerint *inventi* crimen habentes.
11 Vxores itidem quorum decet esse pudicas,
Non dantes convitia, semet sobriè habentes,
Rebus in omnibus *existant etiamq;* fideles.
12 Mensis qui sacris attendunt, sunto mariti
Vnius vxoris, qui filiolis bene præsint,
Et proprijs domibus. 13 Qui rectè namq; ministrant,
Acquirendo gradum sibi pulchrum, conciliabunt
Libertatem per fidem item multamq; loquendi,
In Christô Iesû quæ *est* ipsamet. 14 Hæc tibi scribo,
Ad te quùm sperem citiùs me posse venire.
15 Tardiùs at si verò venero; noris vt inde,
Quomodò in æde Dei bene converseris oportet,
Ipsa Dei quæ existit vivi Ecclesia, veræ
Doctrinæ quæ est *atque* columna, sed & stabilimen.
16 Et sine controversiâ, id ingens est pietatis
Arcanum: Deus aspicuus *velamine* carnis
Est factus, qui est justificatus Spiritû in Almô,

Ange-

Angelicis qui est spiritibus conspectus ab ipsis,
Gentibus hic Evangelij per nuncia læta
Declaratus qui est, in mundô creditur eccui,
Assumptus sursum qui est *inde* in gloriæ *honorem*.

Cap. IIII.

Quæ doctrina docenda, & quæ doctrina cavenda;
Quales sintq; docentes, quandò, quomodò, quare.

POsterioribus at *disertè Spiritus inquit
Temporibus, desciscentes quandòq; futuros
A fidei quosdam *norma*, impostoribus vt qui
Spiritibus sint, attendentes dæmoniorum
Doctrinisq;. 2 In hypocrisi eorum falsiloquentûm,
Quorum mens male conscia erit, cauteriô adusta:
3 Connubiô iungi prohibentûm, *deinde iubentûm*
Vt manducandis his abstineamus ab escis,
Quarum participes vt possint esse fideles,
Imbuti & veræ doctrinæ cognitione,
Condidit ipse Deus, cum gratiâ ei referendâ.
4 *Est* id namq; bonum Deus ecquidcunq; creavit,
Et nihil est quod reijcendum *debet haberi*,
Actâ sed cum gratiâ habendâ participemus.
5 Quippe Dei verbo, precibusq; est sanctificatum,
6 Fratribus hæc si subijcias, bonus *inde* minister
Iesu Christi eris, in fidei sermonibus ipsis
In-nutritus præclaræ doctrinæ etiamq;
Quam sis assiduè affectatus. 7 Porrò, prophanas
Fabellas, & aniles, vites reijciendo:
Ad pietatem, quin immò excerceto teipsum.
8 Namq; exercitium quod habetur corporis, illud
Vtile paucis est, pietas est vtilis autem
Ad quævis, vt quæ promissum continet illa,
Vitæ præsentis quæ nunc est, atq; futuræ.

*manifestè.
2.Tim.3.1.
2.Pet.3.3.
Iudg.18.

Supr.1.4.
Infr.6.20.
& 23.
Tit.3.9.

9 Est

9 Est hic sermo fidelis, dignus vt accipiatur
Omnibus atq; modis. 10 Siquidem nos propter idipsum
Vsq; fatigamur, maledicimur & quoq; probris,
In vivente Deo quia spes est nostra reposita,
Quorumvis hominûm qui est conservator, eorum
Præcipuè verò qui existunt *corde* fideli.
11 Isthæc præcipiens declares, atq; doceto.
12 Nemo tuæ ætatis juveniles spreverit annos;
Exemplare sed in sermone fidelibus esto,
In conversandi convictû, charô in amore,
Eximijs in donis *quæ dat* Spiritus *Almus*,
In fide, in *immaculatâ* castitie. 13 Intereàq;
Dum venio, *Sacræ Scripturæ* attende legendæ,
Lecturæ populis hortamina *iunge movendis*,
Doctrinâ *sanâ quæ* confirmare studeto.
14 Existens in te nequaquam neglige donum,
Id per quandò Prophetiam manibus tibi donum,
Impositis fuerit laragitum Presbyteratûs.
15 Hæc mediteris, in his esto, profectus vt ipse
Omnibus *inde* tuus manifestè fiat apertus.
16 Ipsemet esto tibi, doctrinæ attentus & *esto:*
permaneas & in his; siquidem si feceris istud;
Temet, item qui te audierint servabis eosdem.

Cap. V.

Omnibus in gradibus quæ disciplina tenenda,
In consolandis, plectendis, instituendis.

OBjurgato ne Seniorem; patris at instar,
Horteris; Iuvenes vt fratres: 2 Grandior ætas
His quibus est, mulierclas, vt matres; quibus ætas
Est iunior, *mulierclas*, has velut atq; sorores,
Omni mundicie cum castâ. 3 Fac vt honores
Has quæ sunt viduæ, viduæ quæ sunt *modò* veræ.
4 Si verò natos, vidua, aut habet vlla nepotes;
In propriam exercere domum discant pietatem

Hæ

Hæ priùs, atq; rependere progenitoribus ipsis
Mutuam *habendo* vicem: quia *scilicet* istud honestum
Est, acceptum coram conspiciente Deôq;
4 Porrò quæ verè vidua est, ac sola *superstes*,
Sperans in Deô ea est, manet instanterq; precando,
Supplicibus votis, precibus noctûq; diûq;.
6 In luxû verò vivens est mortua viva.
7 Hæc igitur denuncia, vt hæ sint irreprehensæ.
8 Si quis porrò suis, propriæ qui maximè & ædis
Existunt, non providet; est fidei ille negator;
Peior eô sed & est, qui non est ipse fidelis.
9 Non vidua eligitor, sexaginta minor annis
Nata, viri vnius tantùm quæ constitit vxor.
10 Huic operùm sit testificatio facta bonorum;
Ipsiûs si proles educaverit *illa*,
Hospitiô peregrinos si susceperit *illa*,
Sanctorum mundando pedes si laverit *illa*,
His qui sunt afflicti si subvenerit *illa*,
Assiduè si opus omne bonum sectata sit illa.
11 Has viduas quæ sunt iuniores porrò recusa:
Incipient siquidem quùm lascivire petulcæ
Adversus Christum, (sunt nubere quando volentes:)
12 Damnandæ, primam fecere fidem quòd inanem.
13 Sed simul atq; vagæ, cursando per otia discunt
Ire domos circum, curando nec otia tantûm;
Sed nugatrices, nimiâ satagendoq; curâ,
Hæc garrire solent, quæ non licet esse loquutas.
14 Ergò, velim iuniores nubere, gignere proles,
Atq; præesse suis domibus, nullam dare causam
Vt maledicendi simul adversarius ansam
Arripiat. 15 Quia post Sathanam iam retroierunt
Nonnullæ. 16. Fuerit si quis, vel si qua fidelis,
Quæ viduas habeat; sint illis suppeditantes;
Atq; Ecclesia non ab eis onerata gravetur;
His vt quæ viduæ sunt veræ subveniatur.
17 Qui bene presbyteri præsunt, hj duplice honore
Digni habeantur, maximè ij qui operando laborant

In

Deut. 25.4. In sermone & doctrinâ. 18 Scriptura quòd inquit;
1.cor.6.9. Os trituranti minimè constringe bovillo.
Mat. 10.10 Ipsiûs dignus mercede operarius estq;.
Luc. 10.7. 19 Contrâ presbyterum non accusatio per te
Admittatur, *sit* nisi *quandò probata* duobus
Sive tribus *fuerit* sub testibus. 20 Argue coràm
Omnibus hos commissa palam peccata patrantes,
Vt simul & reliqui possint *exinde* timere.
21 Coram conspiciente Deô, protestor Iësû
Infra.6.13. Et Christô Dominô, *cum* electis Angelicisq;
Spiritibus, præiudiciô sinè præcipitanti
Isthæc vt serves, faciens nil pronus in altram
Partem declinando. 22 Manus imponito cuiquam
Nè citò : peccatis alienis participando,
Nè socius fias, purum servato teipsum.
23 Meram prorsus aquam potans non ampliùs esto,
Immò tuum propter stomachum modicô vtere vinô,
Infirma atq; valetudo quum sit tibi crebra.
24 Quorundam peccata hominum sunt antè retecta,
Ad condemnandum quæ sunt prænuncia, verùm
Post *homines* quosdam peccata etiamq; sequuntur.
25 Et bona facta priùs simili ratione patebunt,
Et quæ sunt aliter, non possunt illa latêre.

Cap. VI.

Oeconomia inter famulos, interq; magistros:
Contrà & avaritiam, munus speciale ministri.

Ephes.5.6. SVb quicunq; iugô sunt servi, prorsus honore
Col.3.22. Esse suos Dominos dignos quocunq; putanto,
*S*it ne quandò Dei nomen, doctrina vel *eius*
1.Pet. 2.18 Blasphemata. 2 Quibus Dominos at habere fideles
Obtigit; hos minimè (siquidem quòd sint sibi fratres)

De-

Despiciant; verùm magis inservire decebit,
Quod sint corde fideli, dilectique; benignæ
Qui bonitatis participes sint. Ista doceto;
Atq; exhortator. 3 Doctrinam si docet ecquis
Abs hac diversam, sanis sermonibus & non
Illius accedit, Dominus qui noster Iesus
Est Christus, doctrinæ & ei quæ iura secundùm
Est pietatis: 4 Turget nil scius, *ille* sed amens
Est languens, circá quæsita vocabula, pugnas
Verborumq; quibus ex *pugnis* exoriuntur
Invidiæ, lites, convitia, suspitiones
Pravæ: 5 Conflictus hominùm certando procaces
Mente infectorum, doctrinâ deniq; verâ
Qui sunt privati, & pietatem quæstui habentes.
Qui fuerint eiusce-modi, secede ab ijsdem.
6 Existit pietas sed quæstus magnus *habendus*
Conditione suâ quùm mens contenta quiescat.
7 In mundum siquidem nihil intulimus, neq; quicquam
Possumus haud dubiè hinc efferre. 8 Alimenta at habē-
Et tegumenta quibus vestiri corpora possunt; (tes,
His contenti erimus. 9 Ditescere porrò volentes;
In tentamentum collidunt, in laqueumq;,
Et desideria in permulta, amentia *quæ sunt*,
Et damnosa, homines vt demergantur ab illis,
Prorsus in exitium, simul atq; internecionem.
10 Cunctorum siquidem radix est ipsa malorum
Iste pecuniæ amor, cui quidam quùm nimis essent
Attendentes; a fide aberravere, seipsos
Qui transfixerunt multisq; doloribus actos.
11 O homo tu Dei at hæc fugito, sectabere verò
Iustitiam, pietatem, confidentiam, amorem,
Cum tolerantiâ, item cum mansuetudine mentis.
12 Decertato præclarum fiduciæ agonem,
Quæ semper sine fine manet compr'endito vitam.
Ad potiendam quam, simul atq; vocatus es; illa
Est etiamq; à te preclara professio facta,
Coram permultis qui testificantur *eandem*.

Sap.1.4.
Iob.1.21.
Pro.27 24.
Eccle.5.14.

13 Numine

Supr. 5.21. Numine Divinô coram omnia vivificante,
Mat 27.11 Et quoq; Christô Iesû, (à quô illa professio pulchra,
Ioh. 18. 37. Coram Pontio erat Pilato Præside facta,)
Hoc denuntio; 14 Vt hæc mandata tenens sine labe
Cuiusquam maculæ serves, culpę sed & expers,
Ejus in adventum quùm comparebit Iesus
Christus qui est Dominus noster. 15 Quem deinde pa-
Temporibus quandoq; suis ostendet aperte, (tere
Supr. 1.11. Fœlix, & solus Princeps, Rex Regibus ille,
Apoc. 17.14 Et Dominus dominantibus. 16 Vt qui habet vnicus ipse
& 19.16. Esse statû immortali: Qui est habitator *is idem*
Ioh. 1.18. Lucis inaccessę, qui hominûm est à nemine visus,
1. Ioh. 4. 12. Quem quoq; nemo potest oculis quiscunq; videre;
Huic honor, æternùm quoq; robur *redditor*. Amen.
17 Huius divitibus præsentis præcipe sæcli,
Mar. 4. 19. Nequaquam super extollantur mente levatâ
Luc. 12. 15. Nê vel in incertô spem ponant divitiarum:
Immò, sed in vivente Deô, qui copiâ, abundâ,
Vt frueremur eis, est nobis omnia præbens.
18 Vt bene sint *alijs* facientes, sint vti dites
In bona facta operandô, in dandô munificentes,
Vt quibus est facilis convictus. 18 Quippe recondunt
Matt. 6. 20. Vndè bonum sibi fundamentum deinde futurum,
Luc. 12 C2. Æternam tandem se posse prehendere vitam.
Suprà 1. 4. 20 Timothee O *tibi* depositum servato, prophanos
Clamores vitans de rebus inanibus ortos,
Oppositasq; theses, quæ sunt sub nomine falso
Notitiæ. 21 Quam dum quidam sibi polliceantur,
Illa fidem quæ circà existunt; à scopô ijdem
Erraverunt. Gratia tecum *Dia sit*. Amen.

Scripta ad Timotheum prior ista è Laliodiceâ
Quæ Phrygiæ Metropolis extat Pacatiana.

EPIST.

EPISTOLA Pauli Apostoli ad Timotheum secunda.

Cap. I.

Timotheo suadet, persistat vt vsq; fidelis,
A Paulo vt didicit: Commendat Onesiphorumq;.

PAulus Apostolicô qui munere fungor Iesû
Christi,(quippe Dei quùm sit Divina voluntas)
Iuxtà promissum vitæ quæ Christô in Iesû
Constat; 2 Timotheo complexo filio amore,
Gratia, commiseratio, pax à Patre Deo, atq;
A Christô Dominô nostrô *donetur* Iesû.
3 Gratiam ago *ipse* Deo cui à progenitoribus (vnâ
Cum bene mente mihi conscitâ servio purâ,) *Acts. 22.3.*
Assiduâ quòd mente tui memor vsq; recordor,
In precibus *quas fundo* meis noctùq; diùq;:
4 Vt te conspiciam cupiens, memor *ipse* tuarum
Dum lachrimarum *sum*, repletus gaudiô vt essem.
5 Quando memor fidei, repeto quàm non ea ficta
In te vera viget, simul atq; habitaverat antè
Hæc aviâ in Loide tuâ, cum matre tuâq;
Eunicâ Certè persuasus sum quòd & in te
Est. 6 Ob quam causam tibi suggero sedulus, ergò,
Exstimulare Dei donum niteris vt illud
In te quod manuum dedit impositura mearum.

7 Spiri-

7 Spiritum eum siquidem qui redderet esse timentes;
Nobis non dedit ipse Deus, sed roboris immo,
Chari & amoris, mentis sanæ & sobrietatis.
8 Ergo nequaquam Dominum te testificari
Nostrum, neuve mei qui vinctus & illius exto,
Te pudeat; sed participem præbeto teipsum
Pressurarum Evangelij, virtute potenti
Ex *operante* Dei. 9 Servantis nosq; vocantis
Hac quæ est eius sancta vocatio, nostra secundùm
Non opera, atqui ex proposito eius, gratiâ eâq;
In Christô nobis quæ dispensatur Iesu
Tempora sæclorum dispos'ta fuere priusquam.
11 Nunc tamen adventûs apparitione patescit
Ipsius, nostri Conservatoris Iesu
Christi, qui mortem destruxit, qui quoq; vitam
In lucem produxit, vt immortalis & esset
Reddidit ex Evangeliô. 11 Sum præco ego cuius
Factus, Apostolus, & quoq; doctor Gentibus exto.
12 Quam simul ob causam patiens hæc perfero, verùm
Non pudefio tamen, cui crediderim scio namq;,
Certò sum persuasus, eundem posse meumq;
Depositum servare diem constanter in illum.
13 Expressam formam retinens exemplar habeto
Sanorum sermonùm, quos audiveris ex me,
Cum fide, amore & eô, qui in Christô *existit* Iesû.
14 Depositum præclarum conservando teneto,
In nobis habitans tribuit quod Spiritus Almus.
15 Nosti hoc, aversati me sunt quippe quòd omnes
Qui sunt in *regione* Asiæ, ex quibus *ille* Phygellus,
Atq; est Hermogenes. 16 Dominus miserantis amorem
Præstet Onesiphori domui, quia me recreavit
Sæpiùs, erubuitq; meam non *ille* cathenam.
17 Esset quùm vero Romæ, me sollicitanter
Exquisivit & invenit. 18 Dominus det eidem,
Quæ Domini est miseratio vt inveniatur ab illô;
Illius veniente die. Quàm multa Ephesiq;
Ille ministrarit, tu nosti exactiùs ipse.

1. Cor. 1. 2.
Tit. 3. 5.
Rom. 16. 25.
Ephes. 1. 4.
Col. 1. 26.
Tit. 1. 2.
1. Tim. 2. 7.

Cap. II.

Vt Paulus docuit, sit constans, militis instar:
Quæ fugienda docendaq; : vilia vasa, & honora.

ERgò (mi Fili) tu fac sis gratiâ in illâ
Robore firmatus, quæ in Christô existit Iesû.
2 Et quæ audisti à me, per testes tradita multos
Isthæc personis committe fidelibus, vt qui
Ipsi rursus idonei erunt aliosq; docere.
3 Sedulus idcircò tolerans perferto labores,
Vt Iesu Christi bonus esses miles habendus.
4 Nemo se rebus qui militat implicat illis,
Hujus quæ spectant ad agenda negotia vitæ,
Huic (à quô est miles delectus) posse placere.
5 Et si quis certet, non obtinet ille coronam,
Legitimo quin vsq; modo certaverit idem.
6 Rusticus arva colens priùs ipse laboret oportet,
Illius vt fructus arvi decerpere possit.
7 Hæc animadvertas quæ dico; Det tibi namq;
In cunctis intellectum Dominus. 8 Memor esto,
Quòd Iesus Christus (factus de semine David,)
Rursum surrexit de his qui sunt morte soluti,
Iuxtà Evangelium mihi quod committitur istud.
9 In quô (ceu *fuerim* *scelerosus) vincula ad-vsque,
Affligor mala perpetiens; nihilominus atqui,
Sermo Dei minimè vinclis astringitur *vllis*.
10 Omnia sustineo quocircà propter eosdem
Electi qui sunt, hos posse salute potiri,
Quæ *manet* in Christô Iesû, cum gloria in ævum.
11 Fidus hic *est* sermo; Siquidem si commoriamur;
Cum simul illô conviveremus. 12 Si toleramus
Cum simul illô; conregnabimus vnà etiamq;.
Quòd-si quandò negabimus: & nos ille negabit.
13 Si sumus infidi: manet *attamen* ille fidelis:
Quippe quòd est minimè potis *ille* negare seipsum.

*malefactor

Rom. 6. 5.
Mat. 10, 33
Mar 8. 38.
Rom 3. 3.
& 9. 6.

14 Isthæc suggerito, Dominô obtestabere coram,
Vt nè verborum pugnis contendere vellent,
Omninò nullam quod confert vtilitatem:
Immò auditores potiùs subvertere tendit.
15 Acceptum curato Deo te sistere posse,
Esse operarium eum, quem non confusio plectet,
Sermonem veræ doctrinæ porrò secantem
Rectè. 16 Clamores de rebus inanibus autem
*Observato prophanos: hi quòd ad impietatem
Majorem sunt profecturi. 17 Sermo & eorum
(Vt gangrena solet,) depascens serpet edendo.
Ex quorum numerô est Hymenæus, itemq; Philétus.
18 Veram doctrinam circa qui (in devia flexi)
Erravere; aientes, quòd surrectio rursus
Est jam facta; aliquorum subvertére fidemq;
Fundamentum porrò Dei solidum stat, vt istud
Quod signaculum habet; Dominus cognovit eosdem
Sunt quicunq; sui. Discesserit insimul omnis
Abs injustitiâ, quisquis qui nomine Christum
Invocitans compellat. 20 At in magnâ tamen æde
Aurea non tantùm, nec sunt argentea vasa;
Lignea quin etiam, simul & testacea; suntq;
Ad decus illa quidem, sunt hæc ad dedecus autem.
21 Si-quando quisquam purgaverit ergò seipsum
His à *criminibus*, vas ad decus ille futurus
Sanctificatus erit, Domini vsibus aptus eritque,
Ille opus adq; bonum fiet quodcunq; paratus.
22 Aufugias juveniles porrò libidinis æstus,
Iustitiam, quin immò fidem, secteris, amorem,
Pacem, cum simul his Dominum cui ex pectore purô
Implorant. 23 Quæsita sed evitabis inepta,
Et quæ sunt indocta, sciens ea gignere pugnas.
24 Sed servum Domini minimè pugnare decebit,
Mansuetum verò *decet* erga quoslibet esse,
Aptum posse docere, malos tolerare paratum.
25 Leni cum gravitate hos- ipsos corripientem,
Affecti qui sunt animô contrariô *eidem:*

*prorsus sisse

Rom. 9. 11.
1. Cor. 1. 2.
1. Tim. 1. 4.
& 4. 7.
Tit. 3. 9.

Ex-

Expectantem, si Deus est ecquandò daturus,
Vt resipiscentes possint agnoscere verum:
26 Ad sanam mentem poterint etiamq; reverti
Elapsi ex laqueô accusantis dæmonis ejus,
A quo detenti sub captivante tenentur,
Ejus se esse voluntatem *prçstasse paratos.

* *præstare*

CAP. III.

Tempora plena malorum sunt postrema futura:
Quis status inde pijs: quantum Scriptura iuvamen.

ILlud in extremis atqui cognosce diebus,
Instabunt quòd tempora, plena futura peric*lis.
2 Addicti quòd erunt homines adamare seipsos,
* Nummorum cupidi, tumefactâ mente, superbi,
Blasphemi, monitis non morigerando parentûm,
Ingrati, impuri; 3 Affectû miserante carentes,
Fœderis ignari, convitia proijcientes,
Qui se luxuriæ dedent intemperiei,
Immites, bonitatis non vllius amantes;
Proditione vtentes, præcipitanter agentes,
Inflati, potiùs quibus est adamata voluptas,
Quàm Dei amantes: 5 Effigiem pietatis habentes,
Ejus virtutem qui sunt tamen immò negantes.
Hos atq; aversare. 6 Ex his sunt quippe quod isti,
Ædes qui subeunt, captivas & mulierclas
Ducunt peccatis oneratas, *insimul* actas
Vsq; cupidinibus varijs: 7 Quæ discere semper
Sunt satagentes, nunquam sed tamen advenientes
Ad veræ tandem doctrinæ cognitionem.
8 Iannes & Iambres sed vt ausi obsistere Mosi;
Veræ doctrinæ sic hiq; perindè resistunt,
Corrupti qui sunt homines, *in* mente *malignâ*;
Circâ *qui* fidei causam *sunt* reprobi *habendi*.
9 Sed non proficient nihilo-minus ampliùs vltrà;

1. *Tim*. 4. 1.
2. *Pet*. 3. 3.
Jud. 18.
* *Proni ad avaritiam*

Exod. 7. 8.

Omnibus istorum manifesta amentia namq;
Fiet, vt illorum fuit insimul *illa retecta.*
10 Est perspecta tibi mea quæ doctrina sit autem,
Quæ mea sit vitæ ratio, *quod* propositum, *quàm*
Firma fides, *quâ* mentis *sim* placabilitate,
Charus amor *qui sit, mea quæ* tolerantia *perfert:*
11 *Quæ mihi* pressuræ, conflictus qui mihi *passo*
Advenére, fui *Pisidûm* quandò Antiocheiæ,
Iconij, Lystris; ego quales *obrutus (inquam,)*
Oppressurarum moles tolerando subivi;
Attamen eripuit Dominus me ex omnibus illis.
12 Immò piè quicunq; volunt traducere vitam
In Christô Iesû; pressuram perpetientur.
13 Ast homines pravi, seductoresq; dolosi,
Proficient in pejus ij, qui sunt simul ipsi
Seducturi alios, seducti suntq; futuri.
14 Quæ verò didicisti tu, persistito in illis,
Atq; in eis tibi credita quæ sunt, sciveris vt qui
Illa à quô didicisti. 15 Etiamq; infante puellô
Sacras Scripturas quòd ab ipsô noveris; ecquæ
Possunt te sapientem reddere, adusq; salutem,
Per fidei *medium* quæ in Christô existit Iesû.
16 Scriptura *est* Divinitus inspirata quòd omnis
Vtilis *est siquidem* doctrinæ etiamq; *docendæ,*
Arguere *errores,* vt *mores* corrigat; illæ
Vivendi quæ in justitiâ est normæ instituendæ:
17 Vnde Dei formatus homo queat integer esse,
Hic opus ad quodcunq; bonum, perfectus vt esset.

2. Pet. 1. 20

Cap. IIII.

Hinc exhortatur verbo importunus vt instet;
Deinde suæ mortis meminit; petit hos & adire.

ERgò, Deo coram, Dominô Iesûq; ego Christô,
Obtestor, qui judiciô distringet in illos

Qui

Qui in vivis *fuerint, fuerint* & morte soluti,
Ejus in illustri adventû, regnô insuper ejus:
2 Verbum prædica, *insurgens omni* tempore, *sive*
Tempestivô, intempestivô *sive sit*, insta:
Arguito, objurgato, exhortans *sedulus* esto,
Mansuetudine cum leni, doctrinâ & in omni.
3 Instabit siquidem tempus quandoq; futurum,
Quando homines sanam doctrinam non tolerabunt;
Doctores coacervaturi sint sibi verò,
(Ex desiderijs proprijs vti concupierunt)
Vt quibus est pruritus in auribus *ista* titillans.
4 Aures atq; suas avertent prorsus ab ipsâ
Doctrinâ verâ, quæ convertentur at immò
Ad fabellas. 5 Tu vigilans at in omnibus esto;
Perfer quæ mala *sunt*; Evangelicíq; ministri
Fac opus vt peragas: ostendas te esse ministrum
Qui complere ministerium sis vsq; fidelis.
6 Nunc ego quandoquidem libor, mihi tempus & instat
Quandô resolvendus jam sum. 7 Certamine functus
Sum præclarô, cursum consummando cucurri,
Servavi fidem. 8 *Et* in reliquô, superest mihi porrò
Iustitiæ *donanda* futura *reposita* corona,
Est mihi quam retributurus Dominus die in illô
Iudex is justus; mihi verò non tamen vni;
Immò quin etiam *dabit* insuper omnibus illis,
Illius adventus qui sunt illustris aventes.
9 Ad me des operam quamprimùm posse venire,
10 Me quia (sæc'lum præsens amplexando) reliquit
Demas, ille profectus itemq; est Thessalonicam:
Crescens ad Galatas, Titus *ivit* Dalmatûm ad oras.
11 Lucas est mecum solus. Marcum accipe tecum
Quem simul adducas, mihi namq; perutilis extat
Ille ministerio. 12 At Tichicum misi vsq; Ephesinos.
13 Troäde quam liqui cum Carpo penulam, eandem
Adfer, item libros, membranas præcipuè illas
Tecum, quùm venies. 14 Mala multa mihi faber ille
Est operatus Alexander fusorius æris,

Col. 4.10.
14.

Ipsi retribuat Dominus sua facta secundùm.
15 Quem quoq; tu caveas; vehementer restitit *ille*
Nostris quandoquidem sermonibus. 16 Adfuit vnà
Mecum nemo, defendebam quando meipsum
Primo tempore, memet deseruēre sed omnes:
Nè reputetur eis. 17 Nihilominus adfuit *vnus*
Ipse mihi Dominus, largitus & est mihi robur:
Vt per me *fit plena fides prȩconij, & omnes
Gentes audirent; ereptus ab ore Leonis
Atq; fui. 18 Dominusq; malo me quolibet ipse
Ex opere eripiet, conservaturus eritq;
In regnum cœleste suum: cui gloria *detur*
In sæc'lorum sæc'la. Amen. 19 Priscamq;, Aquilamque,
Ædem & Onesiphori, salvere jubeto. 20 Corinthi
Mansit Erastus. Sed Trophimum Miléti *ego* liqui
Ægrotum. 21 Ante hiemem studeas *te posse* venire.
*Euboulus, Poudensq;, & Linus, Claudia, & omnes
Te fratres salvere jubent. 22 Dominus sit Iēsus
Insimul ipse tuo Christus cum spiritū: *& eius*
Gratia *persistat* cum vobis omnibus. Amen.

*Præconium adimpleretur.

Supr. 1.16.

*Eubulus, atque Pudens, Linusq;, & Claudia, & omnes.

Hæc ad Timotheum (qui primus Episcopus vrbe,
Ipse Ephesi manuum per scilicet *appositūram
*Instituebatur) fuit exarata secunda
Vrbe è Romana, tum coram quandò secundò
Ipse Nerone fuit productus Cæsare Paulus.*

* impositūram.

EPISTO-

EPISTOLA
Pauli Apostoli ad *Titum*

CAP. I.

Ordo gubernanda de Ecclesia, Episcopus ecquî
Se gerat, vt decet; obstruerentur vt ora malignis.

PAulus *is ille* Dei *qui* servus Apostolus autem
Sum Iesû Christi; *qui sic ex sto* secundùm
Illam *nempe* fidem, *quæ facta* electitiorum
Ipsa Dei *est*; veræ doctrinæq; agnitionem,
Est quæ sinceram pietatem *facta* secundùm:
2 Ad spem perpetuâ de vitâ, quam Deus ille
Promisit, (mentiri omnino nescius,) ante
Tempora sæc'iorum: 3 Verùm patefecit apertè
Temporibus proprijs, reserando *videlicet* ejus
Sermonem, per me, qui præco factus, eundem
Prædico, qui concreditus est mihi sermo, secundùm
Præceptum nostrô Deô ab instituente profectum
Servatore. 4 Tito germanè filio amato
Respectû fidei communis, gratia *detur*,
Commiseratio, pax à Patre Deô, Dominoque
Iesu Christo nostro Servatore. 5 Rei hujus
Ob rationem, tete Cretæ idcircò reliqui,
Corrigere vt pergas desunt quæcunq; relicta,

Rom.16.25.

Ephe.3.9.
Col.1.26.
Pet.1.20.
Gal.1.1.

Constituas & presbyteros *quascunque* per vrbes,
Injunxi velut ipse tibi. 6 Culpâ vacat ecquis,
1.Tim.3.2. Vnius vxoris vir, habens sua pignora fida,
Quæ non criminibus fuerint obnoxia luxûs,
Nequaquàm fuerint quæ refractaria. 7 Oportet
Namq; vt Episcopus existat sine crimine culpæ,
Ille Dei tanquam *sit* dispensator *habendus:*
Non nimis esse sibi præfractô more placentem,
Non iracundum, vini non esse bibacem,
Non percussorem, non lucri turpis amantem:
8 Esse sed hospitio deditum, studio esse bonorum
Addictum, consultum, justum, *sanctificatum,
Talem qui affectûs moderamine temperat æquô.
9 Illiús fidi sermonis eum esse tenacem
Ad doctrinam qui facit; vt queat atque potenter
Exhortari per doctrinam sanam, & eosdem
Contradicentes *qui sunt* convincere possit.
10 Multi immorigeri siquidem sunt, vaniloquiq;
Et seductores animarum, præcipuè illi
Ex Circumcisis; 11 Quibus obturetur oportet
Os; qui ædes totas subvertunt, quæ nec oportet,
Ob turpis lucri causam, sunt illi docentes.
12 Proprius ex ipsis quidam dicebat eorum
(Ipse Propheta *in eos*;) Cretenses vsq; *fuerunt*
Mendaces, pravæ feræ, *ijdem* pigricitantes
Ventres. 13 Existit quæ testificatio vera.
Illos hâc igitur causâ reprehende severè,
In verace fide quò sani existere possint.
14 Non Iudæorum sint attendendo parati
Fabellis, hominûm mandatis quiq; repugnant
Veræ doctrinæ. 15 Puris equidem omnia pura:
Atqui pollutis, qui non sunt atq; fideles,
His nihil est purum, polluta sed est & eorum
Mens, & mentis conscius actus. 16 Se profitentur
Scire Deum, factis illum sunt immò negantes,
Prorsus abhorrendi quum sint, etiamq; rebelles,
Adq; opus omne bonum qui reijciantur inepti.

*sancta colentem

1.Tim.1.4. Rom.14.20

Cap.

Cap. II.

Sanam doctrinam commendat, vt instruat omnes:
Gratia quippe Dei comparet vt ista loquamur.

TV verò loquitor sanam quæcunq; decebunt
Doctrinam. 2 Esse Senes vigilanti sobrietate,
Cum venerandâ maiestate *sunto* pudici,
Sint consultâ mente, fide sanæ integritatis,
Mutuò amantes *sint*, tollerando *sint* patientes.
3 Sint & Anus habitû pariter (quô condecet esse
Sanctas) vestitas, minimè convitia dantes;
Nequaquam vino multo servire; magistræ
Sint *at* honestatis. 4 Quæ possint esse docentes,
Vt sapiant: adolescentes ætatis adultæ:
Esse suos adamando maritos, pignora amantes,
5 Vt sint prudentes, castæ, suâ in æde manentes:
Sunto bonæ, proprijs subiectæ sunto maritis:
Sermo Dei ne quandò blasphemetur *in illis*.
6 Sic, adolescentes hortaberis esse modestos,
7 Exemplare bonorum operûm * præbendo teipsum
Rebus præ cunctis, in doctrinâ, integritatem,
Et gravitatem. 8 Verbum sanum quod reprehendi
Non queat; vt qui se ex adversò opponere tentet;
Erubeat, nihil inveniens malè dicere posse
De vobis. 9 Servos Dominis hortaberis esse
Subiectos proprijs, & in omnibus esse placentes,
Contradicentes non *sint*. 10 Nil fraude dolosa
Intervertentes; omnem sed semet habentes
Esse fidem sint ostendendo bonam, quòd ijdem
Eius (qui Deus est noster Servator) adornent
Omnibus in rebus doctrinam. 11 Gratia quando
Namq; Dei illucens apparuit omnibus illa,
Quæ cuicunq; hominum generi dignata salutem
Offert; 12 Erudiens nos, (impietate negatâ,

Ephes.5.23.

* *prabeto*

Ephes 6.5.
Col.3.22.

1.Pet.2.18
Col.1.22.

Et

Et desiderijs mundanis) sobriè, in istô
Præsenti vt sæclô simus, iustéq;, piéq;
Viventes: 14 Dum spem sumus expectando beatam,
Illustrem magniq; Dei comparitionem
Gloriæ, & eius nostri Servatoris, Iēsû
Christi; 14 Qui *nimirum* se donaverit ipsum
Pro nobis, redimendis noxâ prorsus ab omni
Impietatis, * & eximium quò purificaret
Esse sibi populum, qui operùm queat esse bonorum
Sectator. 15 Loquere hæc, atq; hortare, argue & omni
Cum simul imperiô. nec te contempserit vllus.

** & vt specialem purificaret*

Cap. III.

Cuiq; potestati submittere nosmet oportet,
Ante omnes Deus, & pia vita, fidesq; colenda.

Rom. 13. 1.
1. Pet. 2. 13

Admoneas illos, vt eos qui principis altum
Obtineant apicem, quibus & sit celsa potestas,
His vt obedirent, subdentes se esse paratos
Efficiendo opus omne bonum. 2 Ne cui male dicant:
Vt non existant pugnaces, *sint* moderati,
Omni adhibendâ homines cum mansuetudine in omnes.
3 Amentes fuimus nos quondàm namq;, rebelles,
Errantes, desiderijs servire cupitis,
Atq; libidinibus varijs, proùt ipsa voluptas
Egerat, in pravâ corruptelâ, invidiâq;
Degentes, odiosi *alijs*, alios alijq;
Insectando odijs. Postquàm comparuit autem
Ipsa Dei bonitas, tum Servatoris amorq;
Ergà nos homines nostri; 5 Non ex operantûm
Nostrorum iustis factis quæ fecimus vlli;
Ipsius verò juxtà miserantis amorem,
Nos fecit salvos, *ablutos fonte* lavacri
Rursus nos generando, novando rursus & Almô
Spiritû. 6 Eô, quem *demùm* in nos effudit abundè,

1. cor. 6. 11.
2. Tim. 1. 9.

Per

Per Servatorem nostrum, qui existit Iesus
Christus. 7 Gratiâ vt ipsiûs *nos* iustificati,
Iuxtà spem *simul atq;* hæredes efficeremur
Æternæ vitæ. 8 Sermo isthic indubitatus,
De his etiam volo te certò affirmare, præesse
Vt curent bene agendo, Deo quotcunq; fideles.
Hæc hominûm generi bona, conducentia suntq;.
9 Ast ea quæ frustra quærendo stulta moventur
Et genealogias, lites, de legeq; pugnas
Devites, quia sunt infrugifere, & nisi vanæ
Hæreticum vitato hominem, semel atq; secundò
Admonitus postquam fuerit. 11 Cognoveris vt qui
(Talis quisquis erit,) planè est eversus is omnis,
Iuditiô peccat propriô damnatus & idem.
12 Arteman aut Tichicum quandò ad te misero; cures
Ad me Nicopolim te præstò posse venire·
Illic decrevi namq; hybernando manere.
13 Iurisconsultum Zenam deduc, & Apollo
Sollicitè, sic vt nequicquam desit eisdem.
14 *Nostrates sed & ediscant bene agendo præire,
Ad tales vsus quibus est opus hisce necesse,
Vt non sint infrugiferi. 15 Te porrò salutant
Omnes qui mecum sunt, illos *tute* saluta,
Qui nos respectû fidei amplexantur amore.
Gratia *&* *esto* Dei cum vobis omnibus. Amen

1. Tim. 24. & 4. 7. 2. Tim. 2. 13

**Et nostri discant opera vt bona sintq; tenentes.*

Missa Tito, quùm primus Episcopus (appositurâ
Ex manuum factus) Cretensi Ecclesiæ is esset,
Nicopolitana scripta ex Macedûm fuit vrbe.

EPIST.

EPISTOLA Pauli Apoſtoli ad Philemonem.

CAP. I.

De fide, amore & charô audire Philémonis, ipſe Gaudet, Oneſimo item petit eſſe reconciliandum.

PAulus *qui* Chriſti *exiſto* captivus Iēſû
Timotheus Frater ſimul atque, Philémoni amico,
Atq; adiutori noſtro. 2 Dilectæ etiamq;
Apphiæ, & Archippo, qui ipſe *eſt* commilito noſter,
Quæq; tuis Eccleſiæ eæ ſimul ædibus *extat.*
3 Gratia, Pax *eſto*, vobis à Patre Deôq;
Noſtrô, ab eoq; etiam Dominus qui noſter Iēſus
Eſt Chriſtus. 4 Mihi qui Deus *eſt* huic gratia habetur
A mê; *nempe* tui quoties ſum cunq; precatus,
Vſq; meis precibus memori qui mente recordor.
5 Quando tuum pręcharum & amorem, quando fidemq;.
Audieram, quâ ergà Dominum flagraris Iēſum,
Erga illos ſancti qui exiſtunt inſimul omnes;
6 Communis fidei quò participatio fiat
Illa tuæ manifeſta operantis, in agnitione
Cuiuſcunq; boni fuerit, quod conſtat ineſſe

In

In vobis per Iesum Christum. 7 Gaudium habemus
Multum quandoquidem, super & solamen amore
Hôcce tuô, refocillabantur viscera sanctis
Quòd per te (Frater.) 8 Quamvis (quapropter) haberem
Libertatem in Christo multam præcipiendi
Ipse tibi; velut officij te iure decebit:
9 Oro tamen magis immò charum propter amorem,
Existens talis, Paulus nempe ille senilis;
Nunc atqui verò Iesu Christi quoq; vinctus.
10 Obsecro te verò, pro istô mihi filiô, eôdem
Ipse meis vinc'lis quem vinctus (Onesimô) in ipsis
Progeneravi. 11 Qui tibi non erat vtilis olim;
Atqui nunc tibi, porrò mihiq; perutilis *Idem.*
12 *Ad te* quem rursus misi, tu suscipe verò
Illum, hoc est, mea viscera. 13 Quem retinere volebam
Mecum, quippe ministraturus qui mihi pro te
Esset, in his Evangelij *quæ perfero* vinclis.
* Absq; tuô sed consiliô nihil ipse volebam
Attentare, bonum nè tu quod feceris istud
Forte queat veluti reputarier esse necessum,
Sponte sed esse tuâ. 15 Nimirum forsitan ille
Ad modicum tempus semet subtraxit, vt ipsum
Tempore perpetuô remanentem, deindè receptes,
16 Non tanquam servum, nunc verùm conditione
Quàm servi magis excellenti, *scilicet, instar*
Fratris dilecti, mihi maximè, at immò tibiq;
Est in carne magis quantò, simul in Dominoq;.
17 Ergò, tibi socium si me reputaveris esse;
Illum suscipias, acsiq; perinde meipsum.
18 Quod si te quicquam læsit, debendo vel est quid,
Id mihi deputa. 19 Ego exaravi *scilicet, istud*
Ipse meâpte manû, Paulus me solvere, præsto:
Vt tibi nè dicam mihi te debere teipsum.
20 Certè, Frater, ego istum fructum consequar abs tê
In Dominô: abs tetê mea viscera sunto refecta
In Dominô. 21 Tibi confidens scripsi, fore temet
Auscultaturum; cognoscens vtpote qui sum,

** Absq; tua sententia ego nihil immò volebam*

Multô

Multò (ego quàm dico) facturum te amplius esse.
22 Insuper hospitium mihi procurabis habendum:
Namq; preces ego per vestras confido futurum,
Me dandum vobis. 23 Epaphras meus ille salutat
Te concaptivus *qui existit* Christô in Iesû.
24 Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, mihi *sunt* hi
Auxilium dantes. 25 Cum vestrô spiritû Iesu
Gratia *qua est* Christi Domini nostri *fiet*. Amen.

Illa fuit Romanâ scripta Philemoni ab vrbe,
Lata ab Onesimo, Epistola, servus qui fuit illi.

EPI-

EPISTOLA Pauli Apoſtoli ad *Hebræos.*

Cap. I.

Quàm superexcellit Chriſtus quæcunq; creata: Angeli obeditum cui præſtant, ſuntq; miniſtri.

DIverſis vicibus multiſq; modis Deus olim
Affatus Patres in *ſanctis* ille Prophetis;
Nos eſt affatus poſtremis hiſce diebus
Filio in *ipſius*, 2 Statuit quem fiat vt hæres
Cunctorum, per quem quoq; ſæcula condidit *orbis.*
3 Qui quùm gloriæ is effulgentia, ſitq; character
Perſonæ illius, quando omnia ſuſtineatq; — *Col.1.15.*
Virtutis ſermone ſuæ, per ſemet is ipſum
Purgatis noſtris peccatis, ſedit ad eius
Dextram majeſtatis in excelſiſſimi honoris
Sedibus: 4 Effectus tantò præſtantior ipſe
Angelicis *turmis* quantò excellentior illis
Eſt nomen ſortitus. 5 Nam cui dixerat vnquam
Angelicorum ſpirituum; Genitus meus es tu, — *Inf.5.5.*
Ipſe hodie tete genui? Tùm deniq; rurſum, — *Pſal.3.7.*
Illi ego ero Pater, is mihi Filius eſtq; futurus. — *2.Sa.7.14.*

6 At

At Primogenitum quùm inducit rursus in orbem
Terrarum, inquit; Eumq; Dei omnes Angeli adorent
7 De Angelicis equidem *turmis* ait; Angelicorum
Spirituum *turmas* ventos facit esse, ministros
Atq; suos ignis flammam. 8 Sed Filium ad ipsum
In sæc'lum sæc'li Thronus esto tuus Deus, *inquit*,
Virga tui regni, virga *est*, æquabilitatis.
9 Dilexisti Iustitiam, *Legiq; repugnans
Odisti, idcircò, Deus ille, Deus tuus, (vltra
Illos qui tibi sunt consortes,) lætitiæ vnxit
Tete oleô. 10 Fundasti tu fundamina terræ
Atq; in principiô, (Domine) existuntq; tuarum
Fabrica cœlestes orbes. 11 Sunt interituri
Ipsi: tu verò sed enim persistis, & omnes
Inveterascent, vestimentum ceu *vetus* esset:
12 Circumvolves insimul illos sicut amictum,
Et mutabuntur: tu verò es is ipsemet idem,
Atq; tuis inerit nullus defectus in annis.
13 Ad quem de Angelicis sed *turmis* dixerit vnquam;
Ad dextras accumbe meas, dum *funditus* hostes
Ipse quousq; tuis pedibus servire scabellum
Supponam? Sed nonne ministratoriæ habendæ
Omnes spirituum sunt *ordine queq;* cohortes?
Quippe ministerij causâ, sunt propter eosdem,
Missi qui hæredes fient quandoq; salutis.

Marginal notes: 1.Ch.22.10 — Psal. 97.7. — Psa.104 4. — Psal. 45.7. — *simul est quod iniquum — Psal. 102. 25. — Psa. 110. 1. — 1.Co.15.25 — Infr.10.12. 13.

Cap. II.

Ergo nova nos Legi eius subdemus oportet,
Infirma offendi nec ab eius conditione.

ACcuratiùs ergò attendere nosmet oportet, (mus.
His quæ audivimus, vt ne *aqua tanquam* diffluere-,
2 Namq; per Angelicos *genios* si sermo relatus
Firmus

Firmus erat factus, simul & transgressio quævis,
Quę fuit, atq; auditio refractaria *legi*,
Accepit justam mercedis redditionem;
3 Effugiemus quomodo nos; si quando salutem
Quę tanta *est* neglexerimus? Quę primitus orta
Vt declarari posset; (quum cœpit ab illis,
Ipsum per Dominum, qui illiùs ab ore docentis
Audiverę;) fuit nobis ea reddita firma.
4 Illis contestante Deô, signisq; stupendis,
Prodigijs etiam, varijs virtutibus atque,
Illis & donis quæ sparsim distribuebat
Sanctus Spiritus, est veluti sibi visa voluntas.
5 Angelicis etenim *turmis* non subdidit illum
De quô nos loquimur mundum, nunc, inde futurum.
6 Quodam porrò locô quidam testatur at aięns;
Est quid homo; memor vt sis ejus? Filius aut *quid*
Est hominis, quòd respiciens inviseris illum?
7 Ipsum fecisti paulo minùs inferiorem
Angelicis *turmis*, & eundem gloriâ *adornans*,
Circumcinxisti *caput eius* honore coronæ,
Constituisti opera hunc manuum supraq; tuarum.
8 Subjecisti ejus pedibus quęcunq; creasti.
Ex istô, quod ei subjecerit omnia namque,
Nil *is* omisit, quod subjectum non sit eidem.
Attamen haudquaquam nondum subjecta videmus
Omnia nunc illi. 9 Sed contemplamur Iesum,
Illum (quem Deus istâ gloriâ & honore coronat,)
Factus vt inferiore fuit sub conditione
Angelicis *turmis*, quia passus *tristia* mortis;
Gratiâ *id efficiente* Dei, quòd pro omnibus ille
Mortem gustaret. 10 *Sic* namq; decebat, vt ipse
Propter quem sunt isthæc omnia, & omnia per quem,
(Dum proles multas adducat gloriæ habendæ,
Illorum qui Princeps *debuit* esse salutis)
Ipsum per pressuras consecraret acerbas.
11 Nam qui sanctificat, simul & qui sanctificantur,
Sunt omnes ex vnô : Illos idcirco vocare

Mar.16,20

Psa.8.6.

Cor.15.27.

Phil.2.8.

Psal. 22.25 Fratres, erubuit minimè. 12 Dum Fratribus inquit
Ipse meis vulgando tuum narravero nomen,
In medio cœtûs cantabo sacri tibi laudes.
13 Rursus, eroq; ego fretus in ipsum. deniq; rursus;
Psa. 18.2. En ego, & hj pueri mihi quos Deus est largitus.
Esa. 8.18. 14 Ergo, quandoquidem sunt carnis, sanguinis atq;
Participes pueri; consors est is quoq; factus
In parili formâ similis consortibus eius;
Hose. 13. 14 Vt per mortem aboleret eum, qui mortis habebat
1. Cor. 15. 55. Imperium, qui accusans dæmon (scilicet) hic est.
15 Immunesq; metû mortis quò redderet illos
Quotquot erant, omnem per vitam, obnoxia quorum
Conditio statui servili facta fuisset.
16 Angelicam nec enim naturam sumpsit is vsquam;
Ast Abrahami assumpsit semen. 17 Debuit vnde
Fratribus ille suis conformis in omnibus esse;
Commiserans miseros vt sit, Summusq; Sacerdos,
Fidus in his quæcunq; fuerunt rebus agendis
Ante Deum, populi peccata remittere posse.
18 Ex illo siquidem quòd erat tentamina passus,
Inde potest alijs tentatis auxiliari.

Cap. III.

Cui mage quàm Mosi nos submisisse decebit:
Qui corda obdurant nec ij requiete fruentur.

HInc (Fratres Sancti) quos *nempe* vocatio reddit
Cœli participes, ipsum perpendite mente,
Qui nobis & Apostolus est, Summusq; Sacerdos,
In quo *consistit fidei* professio nostræ,
Christum Iesum. 2 Fidus qui existebat eidem,
Constituit qui ipsum. Sicut Mosesq; perinde
Illius in totâ pariter fuit æde fidelis.
Num. 12.7. 3 Gloria tantò etenim referenda est amplior isti,
Quàm tituló Moses est dignus habendus honoris,

Ist.

Isthic maiorem quantò sortitur honorem,
Ædificans ædem qui sit, quàm sit domus ipsa.
4 Abs aliquô siquidem domus est quæcunq; struente:
Ille sed *est* Deus hæc qui condidit omnia. 5 Inejus
Atq; equidem Moses totâ fuit æde fidelis,
Vt famulus; sed ad hæc quæ pòst dicenda fuerunt
Testificanda. 6 Domum sed Christus Filius istam
Ipse regendo, suæ domuï dominatur vt *heres*,
Ipsius cuius nos ipsi existimus ædes:
Si modò, nostra illi stabilis fiducia, spesq;,
De qua iactamus *verbis*, ea firmiter vsq;
Per nos ad finem sit conservata superstes.
7 Quapropter Sanctus velut inquit Spiritus ille,
Eius *vos* hodiè si vocem percipiatis
Auribus; 8 Haud fiant corda obdurata tumore
Vestra, fuere velut, dum me irritastis ad iram
In desertô, quâ die erat tentatio facta;
9 *Aust* vbi me fuerant vestri tentare parentes,
Meq; probaverunt, opera & mea quadraginta
Annis viderunt. 10 Quocircà infensus eidem
Progeniei factus eram, dixi quoqué; Semper
Errant corde; vias non agnovere measq;.
11 Ergo, meâ iurans sum protestatus in irâ;
Hi si quando meam poterint intrare quietem.
12 Fratres, Cor ne quando (videte) malum sit in vllô
Vestrum, quod fuerit non fidum, deficiendo
A vivente Deô. 13 Potiùs vero alter-vtrumq;
Quovis quisq; die simul exhortetur, in omnem
Vsq; diem, quoad vlla dies hodierna vocatur;
Ex vobis ne quis fraude induretur ab vllâ
Peccati. 14 Sumus effecti quia participantes
Christi, si modò principium teneamus adusq;
Finem, illud, quô sustentabimur, inviolatum.
15 Intereà, quôcunq; potest *hoc* tempore dici;
Eius vos hodiè si vocem percipiatis
Auribus, haud fiant corda obdurata tumore
Vestra; velut fuerant, dum me irritastis ad iram.

Infr.4.7.
Psal. 95.8.

16 Inter eos etenim quandò audivére; protervi
Irritaverunt aliqui; nec ij tamen omnes
Ex Ægyptô qui fuerant duce Mose profecti.
17 Sed quibus infensus *prædictis* extitit annis
Quadraginta? Numquid non *infensus* in illos,
Qui peccaverunt, quibus ipsa cadavera cæsa
Passim prostrata in deserto sunt? 18 Quibus autem
Num. 14. 27 Iuravit, non ingressuros esse quietem
Ille suam; nisi eis, qui ipsi non credere vellent?
Atq; videmus, eos idcirco intrare *quietem*,
Propter eorum non potuisse incredulitatem.

Cap. IIII.

Non valet absq; fide sermo. Quæ Sabbata Christi.
Pœna haud credentum. penetrans vis omnia verbi.

Quocircà, metuamus, nè si quando relictô
Promissô in requiem *nos* illius introeundi;
Ex vobis aliquis videatur fortè fuisse
Frustratus. 2 Nam Evangelium nobis, vt & illis,
Est declaratum, minimè sed profuit illis
Auditus sermo, fidei non vtpote juncta
Mixtio quòd fuerat, quandò audiretur ab illis.
3 Nam qui credidimus, *iam* nos sumus introeuntes
Illius in requiem, veluti fuit *ipse* profatus;
Psal. 95. 20 *Excandente* meâ juravi sicut in irâ,
In requiem si quando meam sint ingrediendo:
Quantumvis opera ipsa *Dei quæcunq; creavit*,
A fundamentis mundi *perfecta fuerunt:*
4 Illum namq; locô quòdam dixisse *refertur*
Sic; de septenâ *nimirum* luce dierum:
Et factis operûm requievit ab omnibus eius
Gen. 2. 2. Septenâ ipse die Deus. 5 Hic etiam quoq; rursum;
Deut. 5. 14. *Hi* si quandò meam poterint intrare quietem:
Ergò, quùm superest, intraturos fore quosdam

Vsq;

Vsq; in eam requiem;simul atq; illi quibus istud
Nuntium idem lætum priùs edebatur, ijdem
Ingressum fecerunt vllum non in eandem,
Obfirmatam incredulitatem propter eorum:
7 Rursus quando diem quendam finiverat antè,
Affirmans;Hodie;(lapso post tempore tantô,)
Per Davidem; sicut suprà dicitur illud:
Eius *vos* hodie si vocem percipiatis
Auribus; haud vestra obduretis corda tumore:
8 Si*Iesus siquidem requiem tribuisset eisdem;
Non esset de posteriore die inde loquútus.
9 Ergò,Dei populo sequitur, remanere quietis
Sabbatthismum. 10 Quandoquidem qui ingressus in eius
Est requiem,requievit & ipsemet omnibus eius
Abs operùm factis,sicut Deus ipse *quiescens*,
Cessat ab ipsiûs, 11 Simus nos ergo studentes,
Insimul vt requiem nos ingrediamur in illam:
Ne quis in eorum labens incredulitatem,
Æmulus in factis exemplô peccet eôdem.
12 Sermo Dei siquidem vivax,operansq; potenter,
Ancipiti quovis etiam penetrantior ense,
Pertingens & eò,quò anima,& quò spiritus ipse
Sunt divisa,sed & compages atq; medullas,
Dividat, & dijudicet hæc quæ cogitat ecquis
Consilia,& quæ in corde *latentia* concipit eius.
13 Nulla creatura est quæ nec manifesta patescit
Eius in aspectû, verùm sunt omnia nuda,
Et quævis oculis eius resupina videntur,
De quo *iam* nobis existit nostra loquela.
14 Quare,Pontificem magnum quum simus habentes,
Qui cœlos penetravit, Iesum,Filius *est qui*
Ipse Dei;à nobis confessio *firma* retenta
Hæc sit. 15. Pontificem siquidem *talem* nec habemus
Qui non compatiendo potest sed & ipse moveri
Infirmis nostris affectibus, omnibus ût qui
Is verè tentatus erat,nos atq; perinde,
Excepta tantùm peccati labe,remotâ.

Supr.3.7.

* *Iosûe*

16 Cum fiducia *adire* tronum *nos* gratiæ habendæ,
Ergò, accedamus, nobis sit vt ille misertus,
Gratiam ad auxilium opportunumq; inveniamus.

Cap. V.

Vmbra Sacerdotûm, collatio factaq; Christi;
Melchisedechq; Aaronq; ; ægrè quæ percipiuntur.

OMnis Pontificûm qui Princeps constituendus
Namq; est ex hominûm natis, assistit is idem
Pro natis hominûm, ceu rebus in hisce sequester
Quæ Dei habendæ sunt, donaria vt offerat, vtq;
Pro *perpetratis* peccatis sacra litaret:
2 Qui quantum satis est, his possit commiserari,
Causa quibus peccandi erat ignoratio & error;
Quandoquidem fuit ipse etiam circundatus illâ
Conditione infirmâ *nostra:* 3 Propter & illam
Sicut pro populô, sic debet proq; seipsô
Oblatum pro peccatorum offerre *remissa.*
4 Hunc etiam nemo sibijpsi sumit honorem (1.Ch.13.10 & 25.13.)
A Deo is est sed & ipse vocatus, sicut Aaron:
5 Hunc ita nec Christus sibimet tribuebat honorem
Vt fieri Supremus possiet esse Sacerdos;
Sed qui dixit ei; Meus es tu Filius; Ipse
Te te hodie genui. 6 Sicut *testatur* in altrô (Supr.1.5.)
Hic etiam *psalmiq; locô* dicendo; Sacerdos (Psal. .7.)
Tu te es in æternum, sed de ordine Melchisedechi. (Infr.7.17.)
7 Carnis in ipsius *dum vixerat* ille diebus, (Psa.110.4.)
Qui obtulit ipse preces, & supplice voce precatus
Est valido clamore, & cum lachrimis apud illum,
Ipsum qui poterat salvum de morte tueri,
Atq; exauditis percibus, formidine ab illâ,
Est consolatus. 8 *Qui* quamvis Filius esset
At tamen edidicit (rebus quas pertulit ex his

Hic

Hic vt obediret: 9 Qui consecratus & *idem*
Perfectè, est effectus nostræ causa salutis
Æternæ, cunctis se submittentibus ipsi.
10 Summus dictus ab appellante Deô ipse Sacerdos,
Vtpote qui factus fuit ordine Melchisedechi.
11 De quô multa quidem nobis dicenda supersunt,
Quæ quis vt exponat sunt valdè dura relatû,
Quandoquidem facti *tam* segnes auribus estis.
12 Quùm siquidem vos propter tempus oportuit esse
Doctores; opus est vos rursum elementa doceri,
Ipsa Dei *quæ sunt* exordij ea eloquiorum;
Estis & ij facti quibus est opus esse fovendos
Lacte, cibum solidum minimè quoq; ferre potestis.
13 Omnis enim qui lacte fovetur, Iustitiæ ille
Sermonis rudis est, existit quippe quòd infans.
14 Est sed adultorum solidus cibus aptior illis,
Qui ratione suæ nimirum praxis ab vsû,
Norunt discrimen sentire boniq; malique.

Cap. VI.

Hinc reprehendendo, exhortandoq;, pergere suadet,
Promisso firmè Domini iuramine mixto.

Ergò, relinquentes sermonem principiorum,
Qui nos inchoat in Christô, ad perfecta feramur,
Nequaquam iaciendo iterum fundamina iacta
De resipiscendo à factis quæ mortua *vilent*,
De fide in atq; Deum. 2 Spectent baptismata *sive*,
Seu spectent manuum doctrinas impositarum,
Deq; resurgendi ratione à morte; *futuri*
Iuditij æterniq; *modô*. 3 Faciemus id atq;,
Permissurus si modò *nobis* sit Deus *istud*.
4 Namq; impossibile est, vt ijdem qui semel essent
Illustrati, gustarint cœlesteq; donum, *Inf. 10.26.*
Effectiq; sui quos Sanctus Spiritus esse *Mat. 12.45*

2. *Pet.* 2. 20

Participes. 5 Verbum qui gustavere Deiq;
Eximium, sæcli virtutes atq; futuri;
Si prolabantur, renoventur rursus ut illos
Postmodò pœniteat, sibi ut ipsis qui crucifigunt
Rursus suntq; Dei Natum ludibrio habentes.
7 Nam tellus venientem quæ sæpe imbibit imbrem,
Convenientem quæq; sibi progerminat herbam,
A quibus excolitur quæ serviat usibus horum;
A donante Deo recipit, benedicat ut illi.
8 Quæ verò spinas, tribulos & germinat; illa
Reiectanea, & *est* maledicto proxima *diro*.
9 Atqui *Dilecti*, nobis persuasimus, istis
De vobis meliora, & cum conjuncta salute,
Quantumvis simus nos istô more loquentes.
10 Nam Deus iniustus non est, oblitus ut esset
Hic operis vestri, vel amoris, adusq; laborem,
Ipsiûs quem declarastis nominis ergò:
Quippe ministrastisq;, ministratis quoq; Sanctis.
11 Nos autem cupimus, quemcunq; ostendere vestrûm
Illud idem studium, sit ut hæc persuasio abundè
Plena spei, durans in finem constabilita.
12 Ut non segnes, quin imitantes sitis eorum
Qui credendo fide, patienti animoq; ferendo
Hæredum *tandem* promissô *iure* fruentur.
13 Promissum nam quando Abrahæ Deus ipse dedisset,
Quùm per maiorem quenquam iurare nequiret,
Propterea voluit semet iurare per ipsum.
14 Affirmans, benedicendo benedicere pergam,
Ipse tibi; te multiplicans, & multiplicabo.
15 Atq; ita quùm patienter is expectasset; idipsum
Est repromissum, quod ei prommisit, adeptus
16 Nam iurant homines per eum qui maior habetur,
Omnis & inter eosdem controversia finit;
Quum jusjurandum sit confirmatio causæ.
17 Clariùs in quô, quùm Deus hoc ostendere vellet;
Nempe sui promissi facti hæredibus, esse
Consilij ipsiûs firmam immutabilitatem

Gen 12. 2. & 17. 2. & 22. 17.

Inter-

Interjecto juramento roborat illam
18 Per duo (nimirum) quorum *mutabile neutrum,
In quibus hoc fieri nequit vt mendacia dicat
Vlla Deus; nobis validum solamen vt esset,
Scilicet, vt qui nos cursû contendimus illûc,
Vt spem porpositam pre'ndentes obtineamus (habemus
19 Quam spem (tanquam animæ foret anchora) nosmet
Tutam ac firmam, intra vsq; & in ipsamet ingredientem
Quæ velum fuerant. 20 Quó ingressus, factus Iêsus
Præcursor prò nobis est, qui *ex inde* Sacerdos
Summus in æternùm fuit, ordine Melchisedechi.

*immutabile vtrumque.

Cap. VII.

Ambo Sacerdotes, Christus cum Melchisedechô
Collati, & Christi, & Levi collatio facta.

ISthic Melchisedec rex Salem namq; Sacerdos
Quùm Supremus erat Supremi Numinis, ille
Abrahæ in occursum venit de cæde reverso
Illorum regum, simul & benedixit eidem.
2 Impertitus & est ipsi decimas Abrahamus
Omnibus ex * rebus: Primùm qui (interprete vocis
Vti) iustitiæ Rex *nomine* dicitur *esse*
Ille quidem; quin porrò etiam Rex deniq; Salem
Extitit, est in quô Rex Pacis significatum.
3 Absq; *recensito* Patre, & matre, & genere absq;,
Qui nec principium *nascens* habuisse dierum,
Nec vitæ finem *moriens habuisse refertur*,
Assimulatus at immo Dei acsi Filius esset,
Æternùm *remanens* perdurat adusq; Sacerdos.
4 Atqui iam verò quantus fuit iste, videte,
Cui decimas etiamq; Abraham Patriarcha ferebat
De spolijs. 5 Orti siquidem de semine Levi,

Gen. 14.18.

**spolijs*

Qui-

Nu. 18.21. Quiq; Sacerdotum fungentes munere præsunt,
Præceptô legis decimas retinere tenentur
A populô acceptas, hoc est, à fratribus ipsis
Illorum, egressi ex lumbis Abrahæ licèt essent.
6 Is verò cuius non est genus inter eosdem
Censitum, de Abrahâ decimas solvente recepit,
Et benedixit ei cui repromissa dabantur.
* caret. 7 Controversiâ at immo * vacat, quin, quod minus extat,
Hoc ab eô quod maius erit benedicitur ipsum.
8 Hic homines etenim qui commoriuntur, ijdem
Accipiunt decimas: Illic sed *percipit ipsas*
Existit de quô testatum, quòd modò vivat.
9 Atq; vt sic dicam decimarum acceptor is ipse
Levi, in patre Abraham decimas persolvit. 10 In eius
Quippe fuit lumbis ipsius progenitoris
Occurrente Abrahæ redeunti Melchisedecô.
11 Ergò, Sacerdotum si quæ perfectio posset
Officio tribui (siquidem populus sub eodem
Accepit legem;) quid opus fuit inde Sacerdos
Alter vt exoriatur ab ordine Melchisedeki,
Et potiùs non *hunc* Aaronis ab ordine dici?
12 Quippe, Sacerdotalis si mutatio fiat
Officij; mutatio tùm fienda necesse
Est etiam legis. 13 De quô sunt dicta quòd ista,
Est alij hic Tribui tribuendus, præstò erat ex quâ
Altari attendens nullus. 14 Siquidem patet *istud*,
Quòd Dominus noster de Iudæ gente tribulis
Est ortus, tribui cui Mosen nulla loquutum,
Esse Sacerdotis de munere, constat. 15 Et *istud*
Est magis apparens, quòd ad instar Melchisedeki,
Muneris alterius surrexerit *inde* Sacerdos,
16 Qui non est factus carnali ex Lege iubente,
Ex vi sed vitæ quam non dissolvere possis.
17 Quando modum testatur ad hunc; *Es* tute Sacerdos
Æternùm durans, *ex* ordine Melchisedeki.
Supr. 5.6. 18 Nam mandatum præcedens aboletur; ob istud,
Psal. 110.4 Viribus infirmis, quòd & esset, inutile: 19 Quippe,

Lex nihil omninò perfectum reddidit esse,
Sed superintroductio *facta* spei melioris,
Quâ *mediante* Deo procedimus esse propinqui.
20 Quatenus & sine iuramentô non fuit *haec spes*,
Quae melior superintroducta est. 21 Quippe quòd illi
Nempe Sacerdotes *Legis* sunt absq; creati
Iuramento: Cum iuramine sed *fuit* iste
Factus, *quod* per eum *fecit* qui dixit ad illum;
Iuravit Dominus, nec mens mutabitur eius,
Tute existis in æternùm mansure Sacerdos
Ordine Melchisedechi. 22 Tantò factus Iesus
Existit sponsor* potioris Fœderis *illi*.
23 Porrò Sacerdotes equidem pluresq; fuerunt
Facti, mors illos quia continuare vetabat.
24 Hic sed in æternùm quia semper permanet idem;
Perpetuò tenet ille Sacerdotale *sine vlla*
Officium *mutabilitate*. 25 Ideòq; potestas
Est illi prorsus, semper servare parata
Hos, adeundo Deum, veniunt quotcunq; per ipsum
Qui est semper vivens, interpellaret vt ille
Propter eos. 26 Decuit nam talis vt ipse Sacerdos
Supremus nobis esset, Sanctus sine noxâ,
Omni labe carens, à peccatoribus ipsis
Semotus, cœlis sublimior is quoq; factus.
27 Qui nec habet (ceu Pontifices) offerre necesse
Quoq; die, priùs hi propter peccata patrata
Propria quæ sua sunt, tum quæ patrata fuere
A populô demùm; quoniam fecit semel istud
Tempore quandò *scilicet* obtulit ipse seipsum.
28 Pontifices homines etiam Lex constituebat
Infirmis equidem pressos affectibus illos:
Iuris-iurandi sermo sed postmodò facti
Quàm Lex lata fuit, *dedit istum* Filium, eundem,
Perfectè æternum qui sanctificatur in ævum.

Psal. 110. 4

* *melioris*

Levi. 16. 11

Cap. VIII.

Et cessisse Sacerdotes Leviq; vetustos,
Fœdus itemq; vetus, dando probas inde futuro.

* Hæc est summa brevis

DE quibus at rebus sumus *huc nos vsq;* loquuti,
* *Hoc caput existit*, talem quòd *nosmet* habemus
Pontificem Summum, dext'ram qui assedit ad eius
Ipse throni in cœlis, in maiestatis honore.
2 Qui Sacrarij *is est* eius veriq; minister
Ipse Tabernacli, Dominus quod & haud homo fixit.
3 Namq; Sacerdotûm Summorum quisq; locatur,
Offerat vt donaria, & hæc quæ sacra litantur:
Vnde necesse fuit, quòd haberet vt offerat idem
Hic etiamq; aliquid. 4 Si in terrâ namq; vel esset;
Vllus non omninò equidem foret ille Sacerdos,
Quando Sacerdotes remanent qui dona secundùm
Legem offerre *solent*. 5 Vt qui intendendo ministrant
Exemplari, & rerum quæ sunt cœlitus, vmbræ:
Sicut responsum Mosi divinitùs extat.
Illud quandò Tabernc'lum finire parasset:
Nempe, vide *dixit* facturum singula tete, — Exo.25.40.
Eius ad exemplare tibi tum quando relatum — Acts 7.44.
Est in monte. 6 *Sacerdos noster* at obtinet iste
Ipse ministerium longè *excellentius illô, — * præstantius
Quô est intercessor melioris fœderis iste,
Quod melioribus est promissis constabilitum.
7 Illud namq; prius si *fœdus* tale fuisset,
Vt nihil omninò emendari posset in illô;
Fœdere prò *veniente* secundo non locus vllus
Esset quæsitus. 8 Dum namq; redarguit illos,
Infert; Ecce dies venient, (Dominus quoq; dicit)
Israëlitarum pangam quùm super æde, — Infr.10.16.
Testamentum porro novum super æde Iehudæ — Ier.31.31,
9 Tale nec illud *erit* tum quale parentibus horum — 32,33,34.

Ici,

Ici, quando manû ductos tellure prehendi
Ex Ægyptiacâ, quià, non in fœdere firmi
Illô permansere meô; *Quapropter* & ipsos
Despectos habui, dicit Dominus. 10 Quia Fœdus
Hoc est, quod domini disponens ipse paciscar
Israël; transactis illis inde diebus,
(*Sic* dicit Dominus,) Tribuendo meas *ego* leges
Ipsis infixas in eorum mentibus indam,
Inscribamq; suis ipsorum cordibus illas,
His & ero Deus, hj populus mihi suntq; futuri.
11 Et non quisq; docebit eum, qui est proximus ipsi,
Vnusquisq; etiam fratrem qui est insimul eius,
Dicentes *illi*; Dominum cognoscito; quippe
Omnes à parvò me noscent inter eosdem,
Vsq; ad eum qui existit in illis maior eorum.
12 Commiserebor eorum namq; iniustitiarum
Et peccatorum; nonq; amplius impietatûm
Illorum reminiscar. 13 In hôc quod nuncupat istud
Esse novum *fœdus*; prius antiquavit; id autem
Omne quod antiquatur, & est *quodcunq;* senescens;
Evanescat vt illud *oportet*, fine propinquô.

Num. 11. 27

Cap. IX.

Hinc probat & ritus, & legis sacrificata
Cessasse; & Christum plenè semel esse litatum.

Ergò quidem sacros Fœdus prius illud habebat
Ritus, qui de religione fuere statuti.
Mundanum & Sacrarium, *id atrium erat quoq; plebis*
2 Quandoquidem, *Post atrium idem terrestre popelli*,
Quando tabernac'lum factum est prius; intus habebat
Candelabrum, & mensam, panes propositosq;,
Iste *Tabernacli* locus est, quem Sancta vocabant
Nempe Sacerdotum fuit Atrium idemq; secundum.
3 *Tertiò erat* Post velamentum *nempe* secundum,
Porro Tabernac'lum fuit *atqui* nomine dictum

Sancta

Sancta hoc Sanctorum 4 Qui thuribulum aureum habe-
Lamine queq; obducta fuit totaliter auri (bat,
Vndiq; *ponebatur* ibidem Fœderis Arca:
Insuper atq; in ea fuit aureus vrceus in quô
Manna fuit, fuit illaq; virga Aaronis *ibidem*,
Num.17.10 Germina quæ dederat; tabulæ quoq; Fœderis illæ,
1.Reg. 8.9. 5 Hanc autem supra, Cherubim splendore corusci
2.Chr.5.10 Sedem velantes *quæ* conciliatio dicta est:
Exo.30.10 De quibus haud nunc est dicendum particulatim.
6 Istis compositis ita verò hoc ordine; primum
Levi.16.2. Vsq; Tabernaculum communiter introierunt
Quisq; Sacerdotum, qui munia semper obibant
Ritûs *sacrorum* 7 Sed soli *intrare* secundum
Pontifici Summo *licuit* semel *idq;* quotannis,
Non sine sanguine, quem pro semet, pro populiq;
Obtulit erratis. 8 Quô Spiritus intimat Almus,
Esse, Tabernaclô tùm consistente priore.
Quod fuit exemplar præsentis temporis eius,
Nondum in Sanctorum patefactum Sancta meatum
9 In quô dona & sacrificata oblata fuerunt,
Quę minime possent ita sanctificare colentem,
(Huic ut mens ab eis esset bene conscia recti,
Reddere perfectum cultorem. 10 Quandó steterunt
In vescendis escis tantùm, potibus atq;,
Et varijs loturis, & carnalibus vnis
Ritibus, *impositis* pro tempore, donec adusq;
Adventura foret correctio, *ut illa* reformet.
11 Adueniens Christus Supremus at immò Sacerdos,
Inde futurorum quæ sunt venienda bonorum,
Perq; Tabernaclum maius, perfectius idq;
Absq; manù factum, fabricæ non istius extans;
12 Neuve per hircorum, vitulorum neuve cruorem;
Immo suô propriô perfusô sanguine *tantùm*,
Est semel ingressus sacra in sacraria, per quem
Existit nobis æterna redemptio nacta.
Lev.16.14. 13 Taurorum nam si atq; hircorum, sanguis, & ullus
Num.19.4. Si cinis aspersus *super offendente* juvencæ,

Quatenus

Quatenus ad carnis (*pollutos*) purificatum
Sanctificat; 14 Sanguis Christi quantò magis *illud*
Spiritû in æternô, qui semet is obtulit ipsum
Ipse Deo; qui labe mali non commaculatus,
Mortiferis animi malesuadi auferre remorsum,
A factis operûm purgare valebit iniquis,
Vnde Deo authori vitæ servire queatis.
15 Est ideo factus causam mediator ob istam
Fœderis ille Novi, per mortem intervenientem,
Vt redimi possint sic à transgressibus illis
Quos perpetrarunt *homines* sub Fœdere primô,
Hæredûm vt possint æternô iure potiri
Ipsis promissô, quicunq; fuere vocati.
16 Nam testamentum *factum* est vbicunq;, necesse
Intercedere mortem testatoris oportet.
17 Quod Testamentum firmum est in morte solutis,
Nondum quippe valet, testator dummodò vivit.
18 Vnde dicatum illud non est sine sanguine Primum.
19 Nam Moses omni populo si quando citasset
Præceptum quodvis, legis præscripta secundùm,
Hic vitulorum, etiamq; hircorum sanguine sumptô,
Ipsum tam librum, populum quàm deniq; totum
Aspergebat aquâ, cum lanâ murice tinctâ,
Hyssôpô. 20 Dicens *ipsis*, Hic sanguis is ille
Est Testamenti, mandavit quod Deus ipse
Vobis. 21 Deinde Tabernaculum, sed & omnia vasa
Sacra ministerij, pariter cum sanguine sparsit.
22 Atq; ferè iuxta legem purgata cruore
Cuncta, nec absq; cruore remissio facta erat vlla
Effusô. 23 Ergo necesse erat exemplaria eorum
Quæ sunt in cœlis, his rebus purificari:
Quæ verò cœlestia sunt, vt purificentur
Oblatis rebus longè melioribus istis.
24 Ingressus non est etenim Sacraria Christus
Vllis humanis manibus quæ facta fuerunt,
(Quę nisi verarum sunt exemplaria rerum,
Respondebant ista quibus;) cœlum sed in ipsum,

1.Pet.1.19
1.Ioh.1.17
Apoc.1.5.
Luc.1.7.4.
Rom.5.6.
1.Pet.3.18
Gal.3.13.
Exod.24.8.

Ante

Ante Dei vultum, nunc vt compareat eius
In conspectû pro nobis. 25 Non attamen isthùc,
Sæpiùs vt vellet posthàc offerre seipsum;
Ingreditur veluti Supremus quisq; Sacerdos
In Sacra Sacrorum, cum alienô sanguine quôvis
Annô: 26 Quin aliàs, quòd passus, oporteat, esset,
Sæpiùs à primô iactô fundamine mundi.
Immo semel manifestè nunc apparuit harum
Fine sub ætatûm, peccatum tollere posse,
Hostia quùm factus se sacrificaverit ipsum.
27 Atq; homines sicut manet hoc generale statutum,
Vt semel (exactâ vitâ) moriantur, & indè,
Iuditium; 28 Sic Christus; item qui tollere noxas
Multorum, semel est oblatus; rursus ab illis,
Rom. 5.8. 1. Pet. 3. 18
Ipsum qui expectant, apparens conspicietur
Deinde secundò, (*sed* sine labe) adferre salutem.

Cap. X.

Lex vetus vmbra fuit; res, Christi corpus at ipsum:
Ergo Dei bonitas in eo amplectenda fideli.

NAmq; futurorum retinens Lex ipsa bonorum
Vmbram, non rerum veram sub imagine formam;
Istis hostiolis ipsis quas continuatis
Annis vsq; solent offerre quibuslibet, vnquam
Non potis existit venientes sanctificare.
2 Quùm desivissent alióqui sacra litari;
Propterea siquidem quod ij qui sacrificassent,
Si semel expurgatis sacra litantibus ipsis,
Mens de peccatis male conscia non foret vltrà:
3 Hostiolis sed in his est mentio facta quotannis,
Quæ peccatorum meminit (repetita) recordans.
4 Nec fieri poterit, taurorum sanguis vt *vllus*,

Sanguis & hircorum peccata remittere possint.
5 Ingrediens mundum quapropter dicit;*habere*
Nolebas tibi sacrificata,nec vlla volebas
Oblata,aptasti nihilominus at mihi corpus.
6 Non holocautomata,atq; etiam non hostiam habebas
(Quæ pro peccatis oblata fuere)probata.
7 Tunc dixi,En adsum; Capite in libri *quia* scriptum
De me,est quòd faciam,tua quæ sit cunq; voluntas,
O Deus. 8 Hic suprà quùm dicat,Sacrificatum,
Oblatumq;,holocautomata,atq; piacula nolis;
Insuper oblatis non delectatus es vllis,
Quæ offerri iuxtà legis præscripta iubentur:
9 Tunc ait,En adsum, tua sit quæcunq; voluntas,
(O Deus)vt *faciam*;*Quod erat positum* priùs aufert,
Vt *sic* posteriùs stabilitum reddere posset.
10 Vnde voluntatem per eandem sanctificamur,
Nempe per oblatum pro nobis corpus Iesû
Christi,quod *tantum* semel est oblatio *factum*
11 Statq; ministrandis in sacris quisq; Sacerdos
Quotidie,sed & hæc eadem sacra sæpe litando,
Tempore quæ nullo peccata auferre valebant.
12 Hic atqui verò facta est oblatio postquam,
Victima pro peccatis *omnibus* vnica tantùm, *Supr.* 1.13.
Dexteræ in æternum Divinæ consedet. 13 Exhinc
Expectans,donec qui existunt illius hostes,
Sint eius pedibus subiecti,more scabelli. *Psal.* 110.2
14 Consecratos namq; litatu reddidit vnô, 1.*Cor.*15.25
Hos in perpetuùm qui existunt sanctificati. *Sup.*1.13.
15 Spiritus at nobis Sanctus testatur & ipse:
Istud quandoquidem postquam prædixerat;Hoc est
Fœdus quod testans cum illis solenne paciscar:
16 Post hos deinde dies (dicit Dominus) dabo leges
Illis ipse meas,in eorum corde repostas, *Sup.*8.8.
Intus & inscribam leges in mentibus illis,
17 Et peccatorum,quæ patravere & iniquè *Ier.* 31.33.
Factorum,non vlteriùs reminiscar eorum. *Rom.*11.27
18 Horum quùm porrò sit facta remissio plena;

Vlteriùs pro peccatô est oblatio nulla.
19 Nunc igitur quoniam (Fratres) accedere tutò
Ad loca sacra licet nobis in sanguine Iesû;
20 Hâcce nova & vivente viâ quâ *nempe* præivit
Nobis, per velamen, carnem scilicet ejus:
21 Atq; Sacerdotem magnum quum simus habentes,
Illum *nempe* Dei domui qui prædominatur;
22 Accessum faciamus verò corde *propinqui*
In fidei assensû nos persuadente fideli,
Cordibus aspersi, mundi malè consciâ ab omni
Sorde animi. 23 Ablutô lymphâ quoq; corpore purâ,
Esto spei nostræ confessio firma retenta,
Absq; metu trepidô; promissor namq; fidelis..
24 Atq; observemus nos mutuò, vt alter-utrumq;
Incitet; vt redamet, opera vtq; operetur honesta.
25 Non rellinquentes consortia mutua nostrûm
Nonnullis veluti mos est; hortamina verò
Dent alijs alij, sed & hoc mage quando videtis
Illum instare diem. 26 Nam si peccabimus vltrò,
Iam postquam veræ doctrinæ cognitionem
Acceptaverimus; manet hinc non ampliùs vlla
Hostia pro peccatis. 27 Ast horrore tremenda
Iuditij expectatio quædam, fervor & ignis,
Qui sunt adversarij *eos* qui devoret hostes.
28 Legem qui Mosis frustratam fecerit, idem
Affectû quôquam sine commiserante necatur;
Sub *tamen aut* binis, tribus aut testantibus *illud:*
29 Quantô suppliciô dignus graviore (putatis)
Hic meritò censendus erit, qui sub pede pressum
Ipsum conculcare Dei, *qui est* Filius, audet;
Atq; prophanum qui reputaverit esse cruorem
Fœderis hunc in quô fuit idem sanctificatus
Spiritui probrum blasphemum gratiæ & offert?
30 Novimus hunc etenim qui dixit; Pertinet ad me
*Vlcisci; Ipse ego retribuam, dicente Iehovâ.
Et rursum; Dominus populum dijudicat ejus.
31 Res horrenda manus Dei in ipsas incidat vt quis

Supr. 6.4.
Deut. 19 15
Mat. 18.16
Ioh. 8.17.
2. Cor. 13.1.
Deu. 32.35.
Rom. 12.19.
**Vindicta*

Vivi.

Vivi. 32 Sed revocate dies qui præterierunt
In mentem vobis, *tunc* in quibus ante fuistis,
Postquam illustrati certamen sustinuistis
Quàm perfortiter in vestris conflictibus ingens.
Partim dum facti tanquam spectacula theatri
Et probris & pressuris; partimq; fuistis
His socij illorum facti, qui sic agitantur
Iactati. 34 Siqui idem doluistis vos quoq; mecum
Vinclis constrictô, congaudentesq; tulistis
Omnibus in spolijs vestrorum damna bonorum,
In cœlis, vt qui sciretis *vosmet* habere
Talem quæ simul est potior substantia rerum,
In vobis ipsis & eam simul esse manentem.
35 Ergò, basim fidei, (quæ est confidentia vestra,)
Quæ compensatur mercedis munere magnô,
Nequaquam abijciatis. 36 Opus tolerantiâ habetis
Namque; Dei vt postquam quod sit divina voluntas
Præstantes eritis, promissum percipiatis.
37 Namq; pusillum *tempus* adhuc, valdéq; pusillum,
Et veniet venturus, & haud remoram trahet vllam.
38 Iustus porrò fidê vivet: Si semet at ecquis
Subtrahet; haud animo tum deinde probabitûr vltrâ
Ille meo. 39 Sed nos (incurrere perditionem,)
Tales non sumus, vt nos ipsos subtraheremus.
Immo fide *tales sumus* vt credamus *in illum*,
Hâc animabus posse salutem acquirere nostris.

Habac. 2.4.
Rom. 1.17.
Gal. 3.11.

Cap. XI.

Vera fides qua sit, fideiq; exempla per omnes
Ætates; fides vis atque probatio constans.

Porrò fides sperandarum substantia rerum
Est ea demonstrans quæ nondum conspiciuntur.
2 Hâc sunt quippe bonum maiores nomen adepti.
3 Sæcula quòd sermone Dei constructa fuerunt,
Percepimus fidei intellectû; quæ ante videri
Dum quæ non poterant, oculis cœpere videnda.

Gen. 1. 1.
Iob. 1.10.

4 Per fidei medium precij maioris Abelis
Gen.4.4. Extitit hostia, quàm quæ à Caino erat vlla litata:
Mat.23.35. Testificatum quà est, (fuerat quòd iustus) adeptus,
Se Testem perhibente Deo, eius Dona *probante.*
Perq; fidem vel adhuc loquitur modò mortuus istam.
5 Enoch translatus fide erat, ne quandò videret
Gen.4.21. Is mortem, qui non inventus eratq; *superstes,*
Quando Deus liquidem *de humanis* transtulit illum:
Quandoquidem fuit hæc translatio facta, priusquam
Obtinuit (placuisse Deo se) testificatum.
6 Absq; fide potis est *illi* sed nemo placere.
Ad Deum enim quicunq; accedit, credere debet,
Quod *Deus* est, retributor & est quærentibus ipsum.
7 Noë quandò fide monitus Divinitùs esset,
Illis de rebus, quæ nondum visa fuerunt;
Gen 6.13. *Est* veritus, servare domùs propriæq; salutem,
Arcam composuit, per quam damnavit *&* orbem.
Iustitiæ (iuxtáq; fidem) factus fuit hæres.
8 *Porrò* fide *ipse* Abraham (*fuerat tum quandò* vocatus)
Gen.12.4. Promptus obedivit, demigraturus in illum
Vsq; locum, cuius pòst hæres deinde futurus
Esset, & exivit, verùm quò nescius iret.
9 Per fidem erat remoram faciens, velut incola terrâ
In promissa, habitans in papilionibus, egit,
Vnà cum simul Isaaco, cumq; Iacobo,
Promissi eiusdem qui extabat vterq; cohæres.
10 Verbum quandoquidem (cui fundamenta fuerunt
Firma) erat expectans, opifex cuius Deus atq;
Gen.17.19. Conditor est. 11 Sarrha ipsa fidemq; puerpera facta,
& 21.2. (Nacta facultatem de semine concipiendo)
Ætatis præter rationem, parturiebat;
Qui promisit eum dum credidit esse fidelem.
12 Propterea ex vnô natiq; emortuô eôq;
Posteri erant, quorum succrevit copia tanta,
Quanta est astrorum cœli, vel sicut arena
**existit ad* Innumerabilis illa maris quæ *inspergitur oræ.
oram. 13 Iuxta est vnusquisq; fidem demortuus horum,
Acceptis

Acceptis nondum promissis, eminùs autem
Illa videntes; quùm *ei audissent* credere seq;,
Atq; salutassent, peregrinos se esse professi,
Hospitio exceptosq; super tellure fuisse.
14 Hæc nam qui dicunt, patriam se quærere monstrant.
15 Illiùs quoq; si meminissent; tempus habebant
Exierant ex qua, redeundi, quando libebat.
16 Atqui nunc vero meliorem quærere tendunt,
(Hoc est) cœlestem: minimè confunditur ergò
Ipse Deus, Deus appellari nomine eorum: Gen.22.10.
Illis quandoquidem priùs ipse paraverat vrbem.
17 Isaacum (quandò Abraham tentatus *is* esset,) Gen.21.12.
Obtulit (in fide) eum, genitus qui filius vnus, Rom.9.7.
Obtulit hunc (in quò promissa acceperat) *inquam.*
18 Ad quem dictum erat; Isáác tibi filiô in illô, Gen.27.28
Appellandum semen erit. 19 Ratiócinio, (ergò,)
Posse Deum, conclusit, natum morte solutum,
In vitam rursus revocare à morte citatum.
20 *Porro* fide, Isáác rebus de exinde futuris,
Filio vtriq; Iacóbo, etiam benedixit & Esau.
21 Porrò fide, moriens benedixit vtriq; Iacobus Gen.41.15.
Natorum Ioseph, super & scipionis adorat Gen.47.31.
Fastigiô eius. 22 *Porro* fide moribundus Iöseph
Natorum Israél meminit, fore vt egrederentur, Gen.50.25.
De transportandis mandavit & ossibus eius.
23 *Porro* fide, prognatus erat quo tempore Moses,
Tres illum menses occultavere parentes,
Quòd contemplati puerum sunt esse venustum; Exo.2.2.
Regis & edicti non sunt formidine capti. Acto.7.20.
24 Moses *deinde* fide postquam iam grandior esset, Exo.1.16.
Se natum natæ renuit Pharaonis haberi: Exod.2.11.
25 Qui magis, elegit mala se tolerare pericla,
Cum populo cultore Dei, quàm tempore parvô
Oblectamentis peccati posse potiri.
26 Qui probrum Christi maiores esse putavit
Divitias, quàm gazas quas Ægyptus habebat;
Intuitus fuerat mercedem quippe fruendam:

27 Ægyptum fugiendo, fide, post terga reliquit,
Iram nec quicquam timuit commovere regis,
Namq; animô forti constans, ita mansit, vt illum
Intuitus fuerit, poterit quem nemo videre.
28 Pascha (fide) celebravit, fusum illumq; cruorem,
Exo.12.22. Vt partus primogenitorum quando necabat
Angelus interimens, nequaquam tangere posset.
Exo.14.22. 29 Transivere (fide) mare rubrum, pervia tanquam
Sicca foret, quod quum satagunt penetrare cohortes
Ægypti; mare reddit aquas, mersæq; peribant.
30 Ipsa (fide) Iericho ceciderunt mœnia, postquam
Jos.6.23. Hebdomade ambierant septenis orbibus vrbem.
31 Illa (fide) confisa Rahab meretricula, non est
Jos 2.1, His cum qui non crediderant deleta, quod illa
Hospita erat cum pace exploratoribus vsa. (tem
32 Et quid adhuc dicam? Quia tempus commemoran-
Deficiet siquidem me, de Gedeone, Barâchô,
Judg.6.21. Et Sampsone, & Iepthe, & Davide, & Samuele,
Judg.6.4. Atq; Prophetis. 33 Regna fide qui deijciebant,
Jud.13 14. Iustitiam qui operati sunt, promissa sequuti
Judg. 11.2. Obtinuerunt, occluserunt ora leonum;
& 12 7. 34 Vim restinxerunt ignis flammantis; ab ensis
Judg. 14.6. Mucrone effugerunt; firmi robore facti
Dan.3.50 Prævaluerunt, quando fuerunt viribus ægri;
1.Macb. 3. Effecti fuerant fortes ad bella gerenda,
&c. Externas acies inflicta clade fugarunt.
35 Viva receperunt matres sua pignora fatô
3.Reg.13. Functa, resurgendo vitæ revocata priori:
22. Sunt alij verò distenti, *nonq; volebant
4 Reg 4.35. Libertate frui, potiorem conditionem
2.Mach.6. Vt nanciscantur, vitæ quum restituentur,
20. 36 Sunt alij experti ludibria, itemq; flagella,
**reijcientes* Insuper & vinclis constricti, & carcere clausi,
37 Sunt lapidati, dissecti, tentamina passi,
Occubuerunt ense necati, circumeuntes
Sunt obducti in ovinis pellibus, inq; caprinis,
Abiecti, afflicti, tormentis deniq; pressi.

38 Vt

38 Vt quibus omninò indignus mundus fuit iste
Densa per-errarunt deserta, per & quoq; montes,
In speluncis, terræ & delituere cavernis.
39 Omnes hi fidei ratione etiamq; probati
Testificatû, promissum non obtinuerunt.
40 Quippe Deus quiddam melius providerat ipse
Prò nobis nè *perficerentur ij sine nobis.

* *consecrarentur*

Cap. XII.

Hinc spes, & patientia in adversisq; ferendis,
Mensq; erecta Dei in mercede statusq; melioris.

NOs igitur tantam quoq; nubem testium habentes
Impositam, (abiectô debemus pondere quôvis,
Et nos peccati circumcingente gravati
Mole premente,) in propositô certamine nobis
Currere per patientiam, 2 In eundem perspicientes
Qui fidei dux est, & consummator Iësus;
Propositô pro gaudio eidem, pertulit vt qui
Ipse crucem, contemptâ ignominiâ, simul inde
Ad sedisq; Dei dext'ram consederit idem.
3 Quis sit is idcircò, a quô contradictio talis
Sustentata fuit, contra se passus iniquos,
Vos vestris reputate animis; ne deficientes
Infirmæ vestræ mentes in agone fatiscant.
4 Vestrorum quisquam nondum fuit vsq; resistens,
Sanguinem ad effusum, peccatum adversus, vt illud
Expugnet. 5 Sed & immemores oblivio cœpit
Vos, eius vobis quæ est exhortatio facta,
Tanquam filiolis his declarata loquelis?
Fili mi, Dominus te quando corripit; eius
Admonitum ne *despicias; nec deficiendo
Abijcias animum, quùm castigaris ab illô.

Rom.6.4.
Col.3.8.
Ephe.4.24.
1.Pet. 2.1.

Prov.3.11.

* *negligito*

6 Nam Dominus castigat eum quem diligit, omnem
Natum quem recipit quemcunq; flagellat & ipsum.
7 Quod si vero disciplinam sustineatis;
Vobis (acsi nati essetis) se Deus offert:
Nam quis filius est, castigat nec pater illum?
8 Quod si immunes disciplinâ sitis ab omni,
(Cuius participes existunt insimul omnes)
Propterea spurij, nequaquam filij & estis:
9 Deinde patres fuimus si nostræ carnis habentes
Castigatores, veriti sumus hos & honore;
Non erimus multô magis ipsi subijciendi
Spirituûm Patri; potiemur deniq; vitâ?
10 Quippe, dies ad paucos hi (prout hisce placebat)
Nos castigabant, nostræ sed hic vtilitati,
Sanctus vt ipsemet est, sic nos vt sanctificemur.
11 Omnis at in præsenti castigatio non est
Læticiæ, sed tristiciæ magis esse videtur;
Iusticiæ at reddit tranquillum postmodò fructum,
His quibus eiusdem fuit experientia facta.
12 Propterea ergo, manus *expergiscite* remissas
Et *nervis firma* genua erigitote soluta.
13 Et pedibus vestris directô pergite gressu,
Ne quid aberrando claudum per devia flectet;
Quin-immò potiùs sanum reddatur vt illud
14 Pacem cum omnibus insectando estote colentes,
Rom.12.18 Cui conjungatur *pia* sanctificatio *vitæ*,
Quâ dempta, Dominum minimè quiscunq; videbit.
15 Prospicitote, Dei quisquam nè à gratiâ aberrans
Deficiat, superattendentes; ne vel amara
Radix obturbans gressus suppullulet vlla,
Et multi fiant qui conspurcentur ab illâ.
16 Ne quis scortator, vel sit persona profana,
Gen 25.33 Esaüs tanquam, qui vernum reddidit vnô
Gen.27 38. Pulmentô jus omne suum genitura quod eius
Prima fuit. 17 Nam scitis ùt is quum postmodo vellet
Vt progenie suô (velùt hæres) consequeretur,
Esset vti benedicendus; reprobatus abivit:

Pœnitu-

Pœnituisse locum siquidem non inveniebat,
Quamvis cum lachrymis fusis quæsiverat illud.
18 Hic etenim mons est non contrectabilis, ad quem
Accessistis, vbi *est* comburens ignis in atrô
Turbine fumanti caligine, cumq; procellâ:
19 Cum clangore tubæ, & verborum voce sonante,
Quam qui audiverunt, petierunt ampliùs vt non
Alloqueretur eos tali sermone *tremendo*.
20 Namq; quod edictum fuerat tolerare nequibant
Præceptumq; si quæ tetigisset bestia montem,
Vt lapidaretur, jaculô vel trajiceretur.
21 Et Moses, (visum fuit hoc adeo vsq; tremendum)
Expavefactus sum, dixit, valdeq; tremebam.
22 Ad montem Sion, sed convenistis, ad vrbem
Atq; Dei vivi Solymam, quæ cœlitùs extat,
Innumerabilium conventum spirituumq;
Angelicorum myriadas, 23 Primogenitorum
Insuper illorum, qui sunt generaliter vnà
Collecti, & qui sunt Ecclesia, nomina quorum
In cœlis sunt scripta; etiamq; ad iudicem eorum
Quorumcunq; Deum, perfectorumq; *cohortem*,
Spirituum verè iustorum *nempe virorum*:
24 Ad Iesumq; novi qui factus Conciliator
Fœderis existit, fusiq; ad sanguinis eius
Aspersum, quæ sunt longè meliora loquentis,
Olim quàm sanguis loqueretur fusus Abelis.
25 Perspicitote loquentem illum, nec despiciatis:
Nam si non poterant evadere despicientes
Illum, qui tantùm fuit in tellure loquutus,
Quum nos admonuit Divinô flamine motus;
Multò nos magis haud evadere possumus vnquam,
Si qui de cœlis est aversabimur ipsum:
26 Cuius vox terram *tremefactam* concutiebat:
Nunc autem dicens declarat; Adhuc semel ipse
Non solùm terram, sed concutiam quoq; cœlum
27 Insuper hoc autem quod dixit, (Adhuc semel,) istud
Declarat, facienda futura amotio quòd sit,

Exo.19.16.

Exo 20.19.

Exo.19.18.

Agge.2.7.

Con-

Concutiendarum rerum ceu factitiarum,
Res illas stabiles quae existunt posse manere.
28 Regnum sumentes ergo non concutiendum
Firmiter à nobis teneatur gratia, per quam
Sic servire Deo studeamus, vt esse placentes,
Cum reverentiae honore, & religiene queamus.
Deut.4.24. Quandoquidem noster consumens est Deus ignis.

Cap. XIII.

Hinc amor, hospitium, miseratio, vita iugalis,
Odium avaritiae, reliqua & bona queq; sequentur.

Rom.12.10 SIt fraternus amor perdurans. Hospitij este
Immemores minimè, ignari quùm namq; per illud
Hospitiô Angelicos *genios* aliqui excipiebant.
1.Pet. 3.9. 3 Vinctorum sitis memores, sitis velut vnà
Gen.18.3. Cum vinctis vincti; cum illis qui etiamq; premuntur,
& 19.3. Acsi pressuram vos-ipsi in corpore vestrô
Afflicti *rigidam* simul & ferretis eorum.
4 Inter *mortales* omnes existit honore
Dignum coniugium, non pollutumq; cubile:
Sed scortatores, & adultera corpora habentes,
Iudicium Deus illis proferet *excruciandis*.
5 Sint ab avaritiae studiô mores alieni,
Contenti *sitis* rebus presentibus: Ipse
Ps.1.5. Dixit enim: non te abijciam, non teq; relinquam:
6 Vt confidenti possimus dicere corde;
Psa.117.6. Adiutor meus *est* Dominus; minimèq, timebo,
Quid mihi quisquis homo potis est infligere *damni*.
7 Este recordantes vestrorum Praepositorum,
Sermonem sunt quippe Dei narrando loquuti
Vobis: Quorum imitando fidem *vos* este sequaces:
Hoc animis vestris siquidem perpenditis, in quem

Finem

Finem conversatio vitæ tendit eorum.
8 Heri,idemq; hodie,Iesusq; in sæcula Christus.
9 Circum vos ferri variantibus & peregrinis
Doctrinis nolite: bonum est quia cor stabilitum
Gratiâ vt existat, non escis, vtilitatem
Vnde nec exerpunt, qui conversantur in illis.
10 Altare est nobis,de quô est nil iuris edendi,
Hisce Tabernac'lo qui sunt servire *sueti*,
11 Quorumcunq; animalium enim peccaminis ergò
Infertur sanguis sacra in *loca*, corpora eorum
Pontificem per Summum comburenda solebant
Extrà castra dari flammis. 12 Quapropter Iësus
Vt populum propriô cum sanguine sanctificaret,
Est extra portam passus. 13 Nos ergo sequentes,
Extra castra foras ad eundem progrediamur,
Opprobrium portantes eius. 14 Namq; manentem
Hic vrbem nullam *quæ perdurabit* habemus,
Illam sed *nobis* inquirimus immò futuram.
15 Assiduè ergò Deo per eundem sacrificemus
Hostiam,id est, fructum labiorum laudis, honore
Horum, qui nomen sunt eius concelebrantes.
16 Munificentiæ at obliti nè sitis,& eius
Quæ est in communi largitio facta bonorum.
Hostiolis etenim Deus oblectatur in hisce.
17 Illis qui vobis præsunt,submittite vosmet,
Detis & obsequium;pro animabus quippe quòd illi
Invigilant vestris, tanquam qui reddere debent
Pro vobis ipsi rationem; reddere posse
Illam gaudentes,non cum gemitûq; doloris:
Quandoquidem pro vobis non conduceret illud.
18 Orantes sitis pro nobis: fidimus id quòd,
Nobis conscitam benè mentem simus habentes:
Vt qui versari in cunctis cupiamus honestè.
19 Hoc vt vos verò faciatis,id ampliùs oro,
Restitui vobis breviore vt tempore possim.
20 Porrò,Deus pacis,qui magnum Fœderis illum
Æterni Pastorem ovium,(per sanguinis eius

Lev.4.20. & 6.30. & 16.27.

Mic.2.10.

Hos.14.3.

Effusi precium,) reducem de morte *cievit, | *citavit
Hunc ipsum, Dominus qui est (inquam) noster Iēsus;
21 Omni opere in quôcunq; bonô vos perficiendô
Roboret, vt fiat fuerit quodcunq; voluntas
Eius, vt efficiens in vobis sit, quod in eius
Divinô acceptum conspectû sit, per Iēsum
Christum, sæc'lorum per sæcula gloria cui *sit.*
Amen. 22 Vos verò fratres ego comprecor, istum
Sermonem solaminis vt tolerare velitis;
Nam brevibus scripsi vobis. 23 Estote scientes,
Timotheum fratrem * *nostrum nunc esse* solutum, | *vestrum
Cum quô vos visam, citiùs si venerit ille.
24 Præpositos * vobis omnes salvere iubete, | *vestros
Sanctosq; omnes. Vos Italâ de gente salutant
*Qui sunt. 25 Gratia sit cum vobis omnibus. Amen. | *Fratres

Hebraea genti quae existit Epistola scripta,
Missa ex Italiâ per Timotheum fuit ista.

EPISTO-

EPISTOLA
Iacobi Apostoli
Catholica

CAP. I.

Nullius praui tentaminis est Deus author;
Quomodo sermo Dei cum fructu suscipiatur.

HIsce (Dei, Domini Iesu Christiq;, Iacobus
Servus (dispersi qui sunt, Tribubus duodenis,
Opto Salutem. 2 Quùm varia in tentamina quisquã
Inciderit vestrûm; (Fratres mei) id esse puteris
Lætitiæ vobis summæ: 3 Quia scilicet estis
Non ignari, quòd fidei exploratio vestræ, — Rom. 3. 5.
In vobis patientiam erit paritura *sequentem*.
4 Perfectumq; opus ipsa suum patientia habeto:
Vt tam perfecti sitis, tamq; integri ab omni
Parte, vt deficientes re non sitis in vllâ.
5 Si verò cuiqũam vestrûm sapientia desit,
Postulet à Deo eandem, contribuente *fluenter — *benignè
Omnibus, (vt qui non exprobrans obijcit vlli;)
Et tribuetur ei. 6 Confisus, postulet autem, — Pro. 17. 7.
Disceptando nihil. Nam qui disceptat, is instar — Mat. 7. 7.
Est maris ac fluctûs, ventorum turbine iactus — Mar. 11. 13

Et

Iob. 14.13. & 16.13.

Et circumlatus. 7 Nec enim reputaverit ille
Quisquis homo, à Dominô se quicquam posse referre.
8 Vt qui mente suâ duplici versatilis est vir,
Atq; vijs agit inconstanter in omnibus eius.
9 Frater at abiectæ fuerit qui conditionis;
Gaudeat, ac sublimiter exaltatus is esset.
10 Dives in hoc autem, si quando deijciatur.
Quandoquidem dives transibit- flos velut herbæ.
11 Nam cum ferventi sole exoriente calore,
Herba exaruit atq; simul flos decidit eius,
Insimul & perijt decor aspectabilis eius,
Marcescetq; vijs ita dives in omnibus eius.
12 Qui tolerans est tentamenta, vir ille beatus:
Quandoquidem, fuerit quùm *pertolerando* probatus;
Accepturus erit vitæ illius *inde* coronam,
Quam repromisit Dominus redamantibus ipsum.
13 Tentatus quando fuerit, ne dixerit vllus,
A tentante Deo tentor; siquidem Deus ipse
Nec tentari, nec tentare malis queat vllis
Quemquam. 14 Sed propriâ vnusquisq; cupidine dum sit
Abstractusq; & inescatus; tentatur ab illâ.
15 Isthæc deinde cupido suum quùm postmodo fotum
Demum concepit; peccatum parturit *actu:*
Peccatum verò fuerit tum quando peractum,
Mortem progenerat. 16 Dilecti vos mihi fratres,
Vllus nequaquam vosmet seduxerit error.
17 Omne bonum donum, sed & est donatio quævis
Perfecta, à superis descendens, à Patre manans
Luminûm, apud quem non est transmutatio, *non est*
Aut conversio commutabilitatis obumbrans.
18 Verbo doctrinæ veræ, (quia nempe volebat,)
Nosmet progenuit, quò essemus primitiarum
Instar quarundam, supra quæcunq; creavit.
19 Ergo, (mei fratres dilecti,) quisq; velocem
Auditû se præstet homo, tardumq; loquutû,
Adq; iram tardum. 20 Viri enim quum scilicet ira
Iustitiam minimè Divinam perficit illa.

Eccl. 14.18. Esa. 40.6. 1 Pet. 1.14. Iob. 5.17. Pro. 17.27.

21 Omnem sordiciem quapropter reijcientes
Atq; redundantem mentem fervore malignô,
Insertum vobis sermonem suscipientes,
Leni admittatis, cum mansuetudine, vestras
Qui potis est servare animas. 22 Præstate reipsâ
Sermonem verò, non & tantummodo sitis
Auditores, ipsos vosmet decipientes.
23 Audit si quis enim verbum, factis neq; præstat;
Ille viro est similis vultum qui nempe tuetur
Nativum in speculô. 24 Quia se considerat ipsum,
Atq; abijt, mox estq; oblitus qualis & esset.
25 Si sed enim verò perspexerit eoquis in illam
Perfectam legem *quæ est* libertatis; in ipsâ
Dummodò constanter quoq; manserit; hic quia talis
Perstitit auditor, quem non oblivio cepit,
Sedulus ast operam persistit in efficiendo;
Est opere in quôcunq; suô verè ille beatus.
26 Inter vos si quis videatur relligiosus,
Linguam non frænando suam; seduxerit immô
Ipse suum cor; vana existit relligio huius
Relligio pura, & quæ existit ea immaculata
Ante Deum, Patremq; hæc est, invisere pressos
Pupillos, viduasq; etiam, si quando graventur;
A mundo immaculatum dein servare seipsum.

Mat. 7.21.
Rom. 2. 13.

CAP. II.

Nullius pravi tentaminis est Deus author;
Quomodo sermo Dei cum fructu suscipiatur.

CVm personarum respectû ne (mihi fratres)
Este fidem domini nostri Iesu profitentes
Christi, *cui debetur* gloria. 2 Si ingrediatur
In cœtum nam quis vestrum, gestando vir auri
Annulum,

Levi. 19. 15
Deu. 1. 17.
& 16. 19.
Pro. 19. 6.
& 7.
Eccl. 41. 1.

Annulum, in ornatû vestis splendore nitentis;
Si cum sordenti vestitû pauper & intret;
3 Atq; ad eum respexeritis qui gestat amictum
Splendentem, dicetis eiq;, Hic tute sedeto
Pulchrè; dicetis tenui sed; tute ibi stato;
Isthic sive meum discumbito ponè scabellum:
4 Annon discrimen fecistis vos apud ipsos,
5 Iuditijq; dati censores estis iniqui?
Aures arrigitote, (mei quos diligo fratres;)
Illos nonne Deus qui constant paupere censu
Istius mundi, selegit; reddere dites
In fide, & hæredes illius eos fore regni
A quibus est dilectus, quod promisit eisdem?
6 Opprobriis verò vos affecistis egenum.
Annon vos isti pressere tyrannide dites?
Iudicij ad subsellia non sunt vosq; trahentes?
7 Annon blasphemant hi nomen & illud honore
dignum, insigniti quo vos agnomine sitis?
8 Regalem verò si Legem perficiatis,
(Iuxtà Scripturæ *exactè* dicentis amussim;
Qui tibi proximus est, hunc sicut tute teipsum
Diligito;) facitis benè. 9 Sin si respiciatis
Personam; peccatum perpetrabitis, & vos
Vt transgressores Lex ipsa redarguit esse.
Quisquis enim totam Legem servaverit; vt qui
Offensam nihil minus hic committat in vnô:
Omnibus in *reliquis* reus ille tenebitur esse.
Quandoquidem, qui dixit; Non mœchabere; dixit
Hic etiam; Non occides. Nunc propterea q;,
Quamvis mœchator non sis, occisor es autem;
Transgressor Legis *sequitur quod* factus es *inde*.
12 Sic estote loquentes, & sic sitis agentes,
Vt libertatis per Legem qui statuendi
Iuditio sitis. 13 Siquidem damnatio danda
Est huic, affectum sine quovis commiserandi,
Qui motus non est affectû commiserantis;
At miseranti commiseratio se superefert,

Lev.1[illegible]*.18.* *Mat.*[illegible]*2.37* *Mar.12.*[illegible] *Rom. 13.9.* *Gal.5.14.*

Levi.19.1[illegible] *Deut.1 7.* *& 16.19.* *Matt.5.20.*

Contrà

Contrà iuditium damnans iactando seipsam.
14 *Porro* (mei Fratres) quid in hôc est vtilitatis,
Tum si quando fidem quis dicat semet habere,
Expers hic operûm: numne hunc servare valebit
Ista fides? 15 Quod si vel frater vel soror vlla,
Nudi sint, opus illis sit victûq; diurnô;
16 Ast aliquis verò vestrûm si dixerit illis;
Ite in pace, calescite, & exsaturamini; at ipsis
Non largiti eritis quæ sunt resovendo necesse
Corporis ad fotum: num quicquam proderit istud?
17 Et sic ipsa fides, si non coniuncta & haberet
Facta operûm, sit prorsûs mortua sêmet in ipsâ.
18 Es sed habens tu porro fidem, (si dixerit ecquis;)
Insimul ipse opera atq; habeo, *qui sumq; fidelis*;
Tute tuam monstrato fidem mihi *vtipse viderem*,
Absq; tuis operûm factis: tibi & ipse meamq;
Rursus commonstrabo fidem, *monstrantibus* illam
Factis ostendendo meam. 19 Quod sit Deus vnus
Tu credis: recte facis: *illud* item quoq; credunt
Dæmonia ipsa, horrore & formidando tremiscunt.
20 Atqui, noscere vis (homo vane) fidem, sine factis
Esse operûm, vitâ cassam? 21 Pater ille Abrahámus
Noster, nonne operûm factis est iustificatus
Illo tempore quandò filium is obtulit eius
Isâac super altare? 22 *Vnde* fidem esse ministram
Adiunctamne vides operûm eius, per quoq; facta
Esse fidem perfectam? 23 Scripturamq; fuisse
Impletam, dicentem; Credidit ipsi Abrahamus
Porro Deo; fuit illi ad iustitiamq; putatum,
Extitit ille Dei sed & appellatus amicus.
Ex operum factis quapropter cernitis esse
Iustificatum hominem, non ex *credente* fideq;
Tantùm. 25 Sed meretrix parili ratione Rahába
Nonne est ex factis operatis iustificata?
Nuncia portantes illos quæ excepit in ædes,
Quando ipsos aliâq; viâ dimisit vt irent.

Luc. 3.11.
1. Ioh 3.17.
Gen. 22.10
Gen. 15.6.
Rom. 2.4.
Gal. 3.6.
Ios. 2.1.

26 Mortuum vt est etenim corpus, quùm spiritus absit;
Mortua sic est ista fides, operùm sine factis.

Cap. III.

Ambitus illicitus, mala quàm sunt plurima linguæ:
Quantùm à Divinâ differt sapientia mundi.

Eccl. 34. 12. & 13. Eccl. 19. 16. & 17. Eccl. 25. 11.

NOlitote (mei Fratres) multi esse magistri,
Iudicium maius quoniam quòd percipiemus,
Noscimus: 2 In multis siquidem delinquimus omnes.
In sermone suô si non offenderit ecquis;
Est vir perfectus; qui circumducere frænô
Hic totum corpus potis est. 3 Immittimus oris
(Ecce) caballorum nos fræna, domemus vt illos
Imperio nostro, totum quoq; corpus eorum
Circum agimus. 4 Sed &(en) naves, quùm tanta sit illis
Moles, & ventis sævis agitentur adactæ;
Clave gubernacli modicâ gyrantur in orbem,
Rectoris quôcunq; lubet deferre voluntas.
5 Est etiam membrum sic valdè lingua pusillum,
Et *nihilominus* hæc eadem prægrandia iactat.
Ecce perexiguus quàm magnam corripit ignis
Materiam incendens. 6 Lingua insimul ignis, & illa
Est iniustitiæ mundus: Sic lingua perindè,
Corporis in membris nostris est ipsa locata,
Vt quæ corpus commaculaverit vndiq; totum,
Inflammando rotam genituræ deniq; nostræ,
Quæ sed & inflammata exuritur igne Gehennæ.
7 Omnis quandoquidem natura, (etiamq; ferarum,
Tum volucrûm, tum serpentûm, quæ suntq; marinæ,)
A naturâ hominum positâ feritate domatur,
Et domita est: 8 Linguam potis est sed nemo domare

In

In genere humanô. malum vt immedicabile quod non
Emendare potes, læthali est plena venenô.
9 Isthâc quando Deum Patrem benedicimus ipsum,
Atq; homines maledictis execramur eâdem,
Quos simili Deus ipse suæ sub imagine formæ
Condidit 10 Ex ore *verum* procedit eôdem
Tum benedictio *tum* maledictio. *Sed* (Mihi Fratres)
Hæc ita quòd fiant, nequaquam prorsus oportet.
11 Num ne foramine quis fons est, qui fundit ab vnô,
Ipse simul lymphæ dulces latices, & amaros?
12 Anne potest oleas (mihi Fratres) edere ficus,
Vllane sive potest ficos *producere* vitis?
Sic neq; fons *&* *aquam* salsam dulcemq; refundet.
13 Inter vos sapiens, quis notitiâ estq; peritus?
Demonstret sua facta ex vitæ more decorô,
Cum sapientiæ *in eius* mansuetudine miti.
14 Invidiam vero si vos habeatis amaram,
Cordibus & vestris irritamenta maligna;
Gloria nè sit *in hôc*, mendaces sed neq; sitis
Adversus verum 15 Nequaquam nempe supernè
Est hæc descendens sapientia cœlitus; Immò
Terrena *est*, animalis, ab *ipsô* dæmone nata.
16 Invidus *est* vbi zelus, & irritatio namq;
Est ibi seditio, mali itemq; operis genus omne.
17 Sed sapientia quæ descenderit illa supernè;
Hæc equidem primò, est purè sapientia casta,
Deinde ferens pacem, moderata, affabilis illa,
Commiserandi plena affectû, plena bonisq;
Fructibus; est sine iudiciô damnante, colóre
Dissimulante carens. 18 Pacem facientibus autem
Fructus iustitiæ seritur, cum pace metendus.

Cap. IIII.

Causa mali in nobis, boni at est Deus; ille colendus,
Omnia dependent a quo: vita est illa vapor ista.

VNde *solent* bella inter vos litesq; *venire?*
Annon *scilicet* hinc, quia fert sua quemq; voluptas:
Quippe voluptates in membris *vndiq;* vestris
Bella gerunt. 2 Cupientes estis, non & habetis:
Invidiâ ardetis, zeloq; ambitis hianti,
Non adipisci quæ cupiatis at illa potestis,
Litigijs pugnatis, & estis bella gerentes,
Sic tamen vt non obtineatis, quippe quòd estis
Instantes precibus minimè. 3 Prece *porrò* rogatis
Et non accipitis; malè quando nempe petatis,
In res quas cupitis vanas consumere posse.
4 Numquid adulteri, adulteræ item, nescitis ut ista
Quæ sit amicitia huius mundi inimicitia illa
Est contra Numen Divinum? Quilibet ergò
Huius qui mundi desiderat vt sit amicus,
Efficit ille Deo se inimicum constituendum.
5 Scripturamne putatis inaniter esse loquutam?
Spiritus in nobis qui habitans est, illene fertur
Invidiæ ad zelum? 6 Maiorem gratiam at offert,
Quùm dicat; Deus est obsistens mente superbis:
Demissi verò qui sunt, dat gratiam eisdem.
Ergo, Deo vos subiicitote, resistite pravo
Dæmoni *adurgenti*, qui à vobis aufugietq;.
8 Approperate Deo, vobis simul approperabit,
Emundate manus peccati sorde repleti,
Duplicibus *vos* corda animis & purificate.
9 Affectû sitis permoti commiserandi,
Languentes sitis, lachrimas & fundite, risus
In luctum fiat vester conversus; *amæna*
In querulum *vertetur* & exultatio luctum.

Gen. 6. 15.
Prov. 3. 34.
1. Pet. 5. 5.
Eph. 4. 27.

Corám

10 Coràm conspectû Domini submittite vosmet,
Exaltaturus qui vos est,rursus in altum. *1.Pet.5.6.*
11 Alterutri(Fratres) nequaquam detrahat alter:
Quisquis enim famæ fratris detraxerit, & qui
Iuditiô fratrem condemnat; detrahit ille
Ipsi tum Legi, Legem condemnat & ipsam:
Quodsi condemnas Legem;non factor es eius,
Temet at *intrudis* potiùs pro iudice Legis.
12 Legis lator at vnicus est,is *scilicet ipse*,
Qui servare potest,potis est & perdere posse.
Tu quis es, at, qui iuditio damnaveris altrum? *Rom. 14.4.*
13 Nunc agedum,vos qui dicentes estis; In vrbem
Illam nos hodie pergentes ibimus, aut cras
Hinc in eam, nostris & ibi pro rebus agendis
Vnum degentes annum mercabimur,atq;
Lucro incumbemus. 14 Quùm sit quidcunq; datura
Crastina lux,vobis ignotum prorsus habetur.
Quandoquidem,vitæ quis vestræ terminus instet?
Est etenim nisi *vita* vapor, qui tempus adusq;
Exiguum durans apparet; & inde liquescit.
15 Pro quô,vos decuit (Dominô,dixisse,volente)
Et, si vivamus; sive hoc,sive illud agemus.
16 At nunc in vestris affectibus hisce superbis *Act.19.21*
Iactatis:mala quævis est iactantia talis. *1.Cor.4.19.*
Recte igitur faciendum quid qui noverit,& non
Fecerit;ille reus noxâ *graviore* tenetur.

Cap. V.

Dites deterret:patientes simus oportet.
Iuramenta cave;sani solentur & ægros.

NVnc agedum dites,flete,atq; vlulate gemendo,
De miseris superexistentibus *vndiq;* vobis
Quæ sunt aduentura malis. 2 Vestræ putrefactæ
Divitiæ,à tineis vestes vestræq; vorantur.

3 Aurum atq; argentum est ærugine devitiatum
Vestrum, quorum testis & est ærugo futura
Contrà vos, carnes & vestras exedet, instar
Rom. 2. 5. Ignis. Thesaurum vos congessistis, in illos
Vsq; dies qui sunt extremò in fine futuri.
4 En merces (quæ *iure rependi debet* eorum
Qui messes *vobis* vestrâ in regione metebant
Quæ per vos ab eis est vestrâ fraude retracta
Clamat, & illorum clamores *qui secuêre,
In Domini Sabbaoth aures introierunt.

**arva metentiûm,*

5 *Vos* in-delitijs vitam duxistis ovantes
Hac tellure super, lascivè luxuriati
Estis, itemq; epulis nutristis corda ea vestra,
Acsi *festa* dies mactandi instaret opima:
6 Condemnavistis sed & occidistis eundem
Qui iustus fuit, & non vobis restitit ille.
7 Quapropter (Fratres) patientes sitis adusq;
Adventum Domini. Solet expectare colonus
(En) fructum terræ preciosum, spemq; moratur
Expectans, matutina, & serotina, donec
Hanc pluvia irroret. 8 Patientes ergoq; sitis
Vos-corda & vobis stabilite, quòd instat adesse
Adventus Domini. 9 Fratres, ne murmura subsint
Vlla, gemiscendo frendentes alter in altrum;
Vt nequaquam condemnati sitis ab illô
Iudice: qui Iudex (en) Ianuæ ad ostia prostat.
10 Sumatis (mihi Fratres) exemplare, Prophetas;
Quomodò vexati sunt, & patiendo tulerunt;
In Domini qui nomine sunt *aliquandò* loquuti.
11 Ecce, beatos dicimus hos, qui sustinuerunt.
Audivistis qualis erat patientia Iobi:
Et finem Domini vidistis. Quippe misertus
Est valde Dominus (miseris) miserator & idem.
12 Omnibus at verò præ rebus, nè (mihi Fratres)
Iuretis, neq; vel per cœlum, per neq; terram,
Mat. 5. 34. Vel neq; per quodcunq; aliud iuramen: id autem,
Est, est, sit vobis; Non, non, *iuramen* & esto:

Iudi-

Iudicium damnans vt vestrùm nemo subiret.
13 Mæstitiâ inter vos nunquis-ne affligitur? oret:
Æquo animò est *quisquam, gaudens bilarescere?* psallat.
14 Estne quis inter vos ægrotus? Convocet ad se
Presbyteros Ecclesiæ, & orent hi super illum,
Hunc oleo vngentes, Domini *quod* nomine *fiat*;
15 Atq; laborantem fidei obsecratio *facta*
Conservabit eum, Dominus sed & eriget illum,
Et si quid peccarit, dimittetur id ipsi.
16 Ergà alios alij peccata fatemini, & oret
Quisq;, alij pro alijs, vt quisq; salute fruatur:
Est per-multum quippe valens oratio iusti.
17 Vir fuit Eliás ipsis obnoxius æquè,
Nos quibus atq; sumus naturæ affectibus ægris;
Ne plueret precibusq; instabat, nonq; pluebat
Inde super terram, volvente triéride totâ,
Præter sex menses. 18 Rursum fuit atq; precatus;
Protinus & cœlum pluviam demisit *ab alto*,
Et sui produxit vegetantia germina tellus.
19 Fratres, si quisquam fuerit vos inter aberrans
A verò, quiscunq; autem converterit illum;
20 Ille sciat, qui peccatorem avertere fecit,
Ex errore sui deflexi tramitis; illum
Esse animam conservaturum à morte *retractam*,
Et per eum quamplurima sunt peccata tegenda.

Mar. 6. 13.

3 Reg. 17. 1 & 18. 41. Luc. 4. 25.

Mat. 18. 15

EPISTOLA Petri Apostoli Catholica prior.

CAP. I.

Electi, & rursus geniti, miserantis abundâ
Gratiâ ab æternò; simus veluti modò nati.

IESû Christi Petrus Apostolus his Peregrinis,
Dispersi qui sunt per Pontica *regna*, colentes
Oras & Galatas, *regiones* Cappadocûmq;,
Illis qui peragrant Asiam, tractusq; Bithynos:
2 Hisce Dei patris electis, qui nempe secundùm
Noti sunt præcognitionem, sanctificandi
Vt sint afflatû quem *Sanctus* Spiritus afflat,
Quo per obeditûm atq; aspersûm sanguinis *essent*
Iesû Christi *sanctificati:* Gratia vobis, — 1. Cor. 1. 3.
Et pax multiplicata augescat. 3 Sit benedictus — Ephes. 1. 3.
Qui Deus *existit*, Domini Pater ipsemet ille
Nostri Iesû Christi, qui miserantis *amoris*
Copiâ ab ipsius generavit nosmet abundâ
Rursus in istam vivam spem, *quæ fit* per Iesum
Christum, quòd rursus fuit is de morte resurgens.
4 Hæredum sortem *per eum* quòd consequeremur,

Quæ

Quæ nec fine perire potest, nec commaculari,
Nec marcére; in cœlis vobis illa repo'sta
Quæ conservatur. 5 Qui sub virtute potenti
Defendente Dei, fidei munimine fulti,
Estis custoditi, posse salute potiri,
Tempore in vltimô vt hæc queat apparere parata.
6 In qua re exultantes estis, tempore parvô
Nunc modicâ (si opus est) affecti tristitiâ estis
Ex tentaminibus varijs. 7 Vt comperiatur
Ipsiûs vestræ fidei exploratio, multô
Quæ est exploratu longè preciosior auri
Quod perit, (id quantumlibet exploretur ab igne,)
Vobis laudi, & honori, & gloriæ, vt inveniatur,
Quùm patefiet Iesus Christus. 8 Quem licèt ipsum
Non oculis conspexeritis, nihilominus *illum*
Diligitis; nunc porro in eum (nec adusq; videntes)
Creditis, & lætantes exultatis *in ipsô*,
Gaudiô inenarrabili, & illô gloriâ adauctô.
9 Mercedem fidei vestræ quam percipietis,
Quando reportanda est *æterna* salus animarum.
10 Inquisiverunt de quâ *mercede* salutis,
Sollicitè scrutati sint etiamq; Prophetæ,
Quando prophetarunt de vestrâ gratiâ habendâ:
11 In quod scrutantes tempus, vel temporis in quem
Articulum, prænuncius ipsis significaret
Spiritus is Christi, qui testabatur in illis
Quæ sunt in Christum pressuræ devenienda,
Et quæ gloria sit post illas deinde sequenda.
12 Queis manifestatum fuit hoc, quòd non sibi, verùm
Immò ministraverunt nobis cuncta futura,
Quæ nunc sunt nobis ea declarata per illos,
Qui vobis promulgavere Evangelium esse
Cœlitus emissum per Sanctum Spiritum, in hæc quæ
Angeli (vt intueantur aperta) videre peroptant.
13 Quapropter lumbos mentis succingite vestræ, Luc.12.35.
Sitis sobrij, in illam spes sit vestra locata
Persectè, quæ oblata erit isthæc gratia vobis,

Tum

Tum quandò Iesu Christi patefactio fiet.
14 Filij vt obsequij, non conformabitis illis
Vos desiderijs, quæ tum viguere priore
In vitâ, quandò vos ignorantia vestra
Cæcos abripuit. 15 Verùm velut ille (vocavit
Qui vos,) est Sanctus; sic sitis vos quoq; sancti,
In conversandi ratione omni. 16 Quia scriptum
Hoc existit: Sancti sitis, quippe quòd ipse
Sum Sanctus 17 Patrem si compellatis & illum,
Qui sine respectû cuiusquam iudicat æquè,
Non ex personis, sed opus cuiusq; secundùm;
Hanc vitam peregrinam transigitote timore,
Hic quo tempore conversatio vestra moratur.
18 Vt qui nostis, rebus non vos nempé (caducis,)
Quæ corruptibiles existunt, esse redemptos,
Argentô aut aurô, vanis à moribus illis
Vestri convictûs, ex patrûm traditione.
19 Quin immò verò, precioso sanguine Christi
Ipsiûs *velut* agni prorsus labe carentis
Atq; omni maculâ, 20 Qui prædecretus & ante est,
Huius quàm mundi fundamina iacta *fuerunt*,
Temporibus verò postremis factus apertus
Est vestri causa. 21 Per quem vos *insimul* estis
Credentes fidendo Deo, qui morte peremptum
In vitam revocavit eum, qui gloriæ honorem
Et donavit ei, quò *confirmetur* in illô
Vestra fides, simul inq; Deo spes firma locetur.
22 *Ergo*, quandò animas vos vestras purificetis,
Veræ auscultantes doctrinæ, Spiritû amorem
Fraternum sine dissimulante colore fovete,
Vos alios alij sincerô corde colentes
Diligite impense. 23 Vos estis quando renati,
Non ex mortali; sed ab illô semine *tali*,
Quod manet immortale, Dei vivi atq; manentis,
Semper in æternum, sermone *videlicet eius*.
24 Quandoquidem caro quælibet est vt gramen, & omnis
Gloria quæ est eius, tanquam flos graminis; arens

Luc. 1.75. *Levit.* 11.4. & 19.2. & 29.7. *Deu.* 10.17 *Rom.* 2.11. *Gal.* 2.6. 1.*Cor.* 6.20. & 7.23. *Heb.* 9.14. 1.*Iohn.* 1.7. *Apoc.* 1.5. *Rom.* 16.25. *Ephe.* 3.9. *Col.* 1.26. 2.*Tim.* 1.10 *Tit.* 1.2. *Rom.* 12.10. *Eph.* 4.2. *Esa.* 46.2. *Iac.* 1.10.

Gra-

Gramen marcuit, insimul & flos excidit eius.
25 Sed verbum Domini semper manet omne per ævum:
Istud at est verbum de quô fit concio nostra.

Cap. II.

Depositis vitiys, Templum velut ædificemur:
Esse magistratus recolendos, atq; magistros.

OMni depositâ quapropter mente malignâ,
Et quôcunq; dolô, & simulatis fraudibus, atq;
Invidijs, atq; omnibus obtrectando susurris; — Rom. 6.4. Col. 3.8. Heb. 12.1.
2 *Effetis* velut infantes, *qui sunt* modo nati;
Illud sincerum lac verbi sitis aventes,
Vt per idem fiat, vos hinc adolescere posse:
3 Si gustavistis Dominus quam sit modò suavis. — Heb. 6.5.
4 Ad quem (vivus qui lapis est) vos advenientes,
(Hunc homines equidem *lapidem* sprevere *relictum*,
Ante Deum verò selectus & est preciosus)
5 Ipsiq; vt vivi lapides exædificati
Possitis fieri domus *est quæ* spiritualis,
Officium sanctumq; Sacerdotale, *paratum*
Hostiolas offerre Deo quæ spirituales
Acceptæ (Iesû Christô mediante) probantur. — Apoc. 1.6.
6 In Scripturâ idcircò etiam comprendìtur istud;
En pono in Sion lapidem, caput anguli habendum, — Esa. 28.16.
Electum, preciosumq;, & qui credit in ipsum, — Rom. 9.33.
Non confundetur. 7 Vobis quapropter honori
Est, qui creditis: illis non credentibus autem
Iste lapis quem reiecerunt ædificantes — Psa. 118.22
In caput est cunei factus. 8 Sed & est lapis in quem — Mat. 21.42
Illisum compingitur, *est* offendiculiq; — Acto. 4.11.
Petra: sed hoc illis qui impingunt (quandò repugnant — Esa. 8.14.
Verbo) immorigeris; ad quod positi ante fuerunt. — Rom. 9.33.

9 Quin-

9 Quin-immò-verò, vos electum genus estis,
[Exo. 19.6.] Officium regale Sacerdotûm, Sacra natio
Esa., plebs sibi quam Deus ipsi vendicat vni,
Vt declaretis virtutes illius, vt qui
Vos ex *obscuris* tenebris sermone vocavit
Ipse suam in lucem mirô splendore coruscam.
20 Qui non omninò populus quandoq; fuistis,
[Hose. 2.23.] Nunc populum *esse* Dei; quos non est antè misertus
[Rom. 9.25.] Tempore præteritô, nunc ipsos attamen esse
Illius amplexos tandem miserantis *amorem*.
11 Dilecti, precor vt (peregrini adventicijq;
[Rom. 13.14] Tanquam qui sitis,) carnalibus abstineatis
[Gal. 5.16.] A desiderijs, animam quæ adversus *oborta*
Militiam gestant. 12 Et conversatio vestra
Inter *eos qui* Gentes *sunt* habeatur honesta:
[Infr. 3.16.] Vt, quòd de vobis obtrectant, probra ferentes,
(Ceu malefactores essetis;) perspicientes
[Matt. 5.16.] Vos, bene perpensis ex factis; glorificarent
Inde Deum, die in illô quando visitat *ipsos*.
13 Ergo creaturæ humanæ cuicunq; subeste,
[Rom. 13.1.] (Prò Domini causâ,) Regi ceu *prædominanti
[*super-emi-net vt quis] 14 Præsidibusve suis, vt qui mittantur ab illô
Ad malefactorum vindictam *constituendam*;
In laudem verò facientûm recta bonorum.
14 Quandoquidem sic existit Divina voluntas,
Vt bene dum sitis satagendo, amentibus ora
Esse obstructa viris ignaris efficiatis.
19 Vt libertatem retinentes, non tamen illam
Perversæ tanquàm vitæ velamem habentes,
Immò Dei vt qui sunt se servos esse professi.
17 Omnibus exhibeatis honorem, diligitote
[Sup. 1.22.] Cœtum fraternum; Numen *cæleste* timete:
[Rom. 12.10] A vobis reverenti sit Rex cultus honore.
[*famuli] 18 Submissi Dominis *servi omni estote timore,
[*Tristitiam] Neuve bonis solummodò & æquis; sed quoq; pravis.
[Eph. 5.6.] 19 *Mœrorem siquidem quandò toleraverit ecquis,
[1. Cor. 7.10.] Iniustè, patiens, bene conscia quùm sibi mens sit,

E ratione Dei, tunc est prò gratiâ habendum.
20 Quæ laus est etenim, patienter quando feratis,
Quùm *colophizati sitis, pro crimine vestro?
Verùm si benè quùm faciatis, verbera passi,
Sustineatis; id est acceptum Numine coram.
21 Estis ad hoc etiam nimirum quando vocati.
Christus quandoquidem pro nobis est quoq; passus;
Vt qui pro nobis hoc exemplare reliquit,
Illius vt *vita* vestigia subsequeremur.
22 Qui non peccatum fecit, nec in ore repertus
Est dolus ipsius. 23 Maledictis quando petulcis
Proscissus fuerat, qui non maledicta vicissim
Vlla retorquebat; qui quùm pateretur iniqua,
Non minitabatur; sed committebat eidem
Iudicium, qui iuste iudicat. 24 Ipsemet vt qui
Nostra super lignô peccata in corpore passus
Pertulit ille suô; peccatis mortui vt exhinc
Iustitiæ addictam possemus degere vitam;
Facti sanati cuius vibicibus estis.
25 Quippe fuistis vos vt oves errore vagantes.
At conversi pastorem nunc estis ad illum
Qui simul est vestris animabus Episcopus ipse.

*casi colophis

Esa.53.9.
1.Ioh.3.17.

Esa.53.5.
Mat.8.17.

CAP. III.

Vxores parete viris, viri eas toleranto:
Vnanimes, mites, patientes esse vti Christus.

Col.3.18.
Eph.5.22.

VXores pariter proprijs hæ sunto maritis
Subiectæ, mulierum moribus vt sine verbô
Lucrati fiant, verbo qui credere nolunt.
2 Mores viuendi sinceros conspicientes,
Cum castô iunctos vestrô reverente timore.
Ornatus quarum sit non extrinsecus ille

1.Tim.2.9.

Crini-

Crinibus implicitis, auri & circundatione,
Vestimentorum vel qui consistit amictû:
4 Immo-verò, cordis homo qui absconditur intùs,
Qui consistit in incorruptâ conditione,
Is cui spiritus est placabilis, atq; quietus;
In conspectû est iste Dei preciosus *habendus*.
5 Olim sic etenim mulieres relligiosæ,
(Hæ quibus in Deo erat spes *firma* reposta) solebant
Sese ornare, suis se submittendo maritis.
6 Sarrha Abrahámo sicut obedijt, atq; vocavit
Hunc Dominum: cuius *factæ* estis filiæ *habendæ*,
Gen. 18. 12. Dummodo, si benè *quæ bona sunt ea* sitis agentes,
Terrorumq; minas non formidetis ob vllas.
7 Consimili ratione viri, cum vxoribus vnà
1. Cor. 7. 3. Sint conversantes: vt convenit esse scientes:
Fœminei sexus vasi tribuatis honorem,
Vt magis infirmo; hæredes quùm sitis & vnà
Vitæ *quæ fiet communis* gratiæ vtrisq;,
Vestris vt precibus foret interruptio nulla.
8 Vnanimes concorditer omnes (deniq;) *sitis*:
Affectû simili *quæ sunt adversa* ferentes:
Sitis amatores (vt fratres) mutui amoris,
Commiserantes, leni mansuetudine comes.
9 *Inflictô* sibi pro malô erit mala nemo rependens,
Pro. 17 13. Nec maledictum pro maledictô *retribuatur*:
& 20. 12. Sed contrà, benedicentes *estote*; scientes,
Matt. 5. 39. In finem vos istum (scilicet) esse vocatos,
Rom. 12. 14. Vt ius hæredum benedictum possideatis.
1. The 5. 15 10 Namq; adamare suam qui vitam, quiq; videre
Psal. 34. 13 Faustos *esse* dies desiderat; esto coercens
Ille suam linguam, mala nè si quando loquatur,
Comprimat atq; doli texendi fraude labella.
Esa. 1. 16. 11 Quod malum erit declinet ab illô, agat ipse bonumq;;
Inquirat pacem simul & sectetur eandem
12 Quandoquidem iusti *qui sunt*; Domini super illos
Sunt oculi *intenti*, *patula sunt* eius & aures
Exaudire preces illorum: Vultus at immò

E contrà oppositus Domini est adversus eosdem
Qui mala committunt. 13 Vobis nociturus & ecquis
Esset, si bonitatis quæritis esse sequaces?
14 Propter iustitiam patientes si modo sitis,
Pressuræ quicquam; fœlices estis ob istud. Mat.5.10.
Quin-immò, nemo formidine corripiatur
Terrore illorum, turbati sed neq; sitis.
15 Sanctificate Deum Dominum sed cordibus immò Esa.8.12. 13.
In vestris. Et semper respondere petenti
Cuilibet este, spei rationem reddere prompti,
Eius quæ in vobis est. 16 Cum moderamine miti,
Et reverente timore, Animus bene conscius esto:
Vt prò illô quod vobis obtrectare solebant,
Ac-si patrantes malefactá, essetis iniqui,
Versandi mores qui incessunt vsq; cavillis
Vestros; in Christô sinceros esse videntes;
Confundi poterint. 17 Siquidem præstantius hoc est,
Vt bene dum facitis, male quàm faciendo, (voluntas
Si velit ipsa Dei) mala sic vt sustineatis.
18 Nam pro peccatis Christus semel est quoq; passus; Rom.5.6. Heb.9 15.
Iustus pro iniustis, adducere nosmet ad ipsum
Posse Deum: Siquidem mortem qui in carne subivit;
Spiritû is attamen est *Divino* vivificatus
19 Per quem spiritibus qui *sunt* in carcere *clausi*,
His etiam veniens ab eo est & concio facta;
20 Olim immorigeris, patientia quum semel illos
Expectaverat ipsa Dei, tum quando diebus
Ipsiùs Noë, prius Arca erat illa parando.
In quâ paucæ animæ servatæ (scilicet) octo Gen.6.14. Mat.24.38 Luc.17.26.
Exciterant per aquam. 21 Cui nunc baptisma per-æquè
Est correspondens typus, istud nos quoq; servat:
Quô nequaquam carnis sordes abijciuntur,
Sed bene conscitæ sibimet stipulatio mentis
E ratione Dei, virtutem nempe per eius,
Quæ facta est de morte iterum surgentis Iesû
Christi; Divinæ qui dext'ræ est, vsq; profectus
In cœlum, subiecti cui sunt Angeli, eidem

Sunt-

Suntq; potestates, virtutes atq; subactæ:
Absorbenti mortem, nos vt & efficeremur
Hæredes vitæ durantis quæq; per æva.

Cap. IIII.

Cessando à vitijs, novitati incumbite vitæ;
Transacta pœnas vt non subeatis iniqua.

QVùm Christus passus prò nobis carne sit, ergò;
Vos etiam mentis studiòq; armemini eòdem:
Nempe, quod is qui in carne suâ sit passus ab *omni*
A modò peccatô *tum* destitit *vlteriore*.
2 Se desiderijs hominûm non ampliùs, immò
Quod vitæ spacium superest id temporis omne
Posse voluntati *Divinæ* in carne manendo
Ephes. 3. 22. Consecrare Dei. 3 Satis est nam vita peracta
Hactenus à nobis, vt Gentes antè solebant
Transegisse, velut sua quandò libido trahebat
Quemq; in luxurijs, desiderijsq; *protervis*,
Vini in profluvijs, epulis à *ventre* vorandis
Potibus immodicis exhaustis, inq; nephandis
Cultibus idolis factis *simulachra colentum*.
4 Hoc illis in quô peregrinum quandò videtur,
Vobis non in eundem concurrentibus vnà
Luxus excessum; convitia dira refundunt.
5 Reddere qui debent rationem rursus eidem,
Qui sunt viventes, qui sunt & morte soluti,
Judicet hic vt eos qui est *ipse vtrosq;* paratus.
6 Propter & hoc etiamq; est illis morte soluti
Qui *iam* sunt, Evangelij *tunc* concio facta,
Juxta homines *in* carne quidem, quòd iudiciô illi
Condemnarentur, qui spiritû at *interea* ipsi
Vivere *vivificante*, Deum iuxtà, potuissent

7 Fi-

7 Finalis rebus nunc terminus omnibus instat:
Prudentes ergò sitis, precibusq; vacatûm
Invigiletis. 8 At inprimis habeatis amorem
Continuò intensum vos inter, vt alterutrumq;
Diligat, offensæ multæ quòd amore teguntur.
9 Este alij erga alios iure hospitij excipiendô
Hospitibus grati, querulandi murmure demptô.
10 Donum largitum velut vnusquisq; recepit,
Hoc alijs alij sic dispensando ministrent,
Posse Dei variæ inde boni vos gratiæ haberi
Dispensatores. 11 Loquitur quisquamne? *Loquatur*
Eloquia, ac sint ipsa Dei. Si quisve ministrat,
Tanquam suppeditante Dei virtute ministret:
Omnibus in rebus Deus vt sit glorificandus,
Per Iesum Christum, cui gloria *tota* ferenda,
Imperium quoq;, per sæc'lorum sæc'la *sit*. Amen.
12 Ne peregrinantûm (Dilecti) sitis adinstar,
Ducentes rarum, velut explorata per ignem
Quòd sit vestra fides; quia cedet ad experimentum
Inter vos vestri. Ne percellamini ob istud,
*Hinc tanquam vobis peregrini obtingeret ecquid:
13 Immò sed illorum potiùs gaudete, quòd estis
Consortes, quæ passus erat simul ipse malorum
Christus; vt & quando sua gloria clara patebit,
Exultando simul læti gaudere queatis.
14 Si affecti probris sitis pro nomine Christi,
Fœlices *estis*: quoniam qui gloriæ is idem
Spiritus estq; Dei, requiescet vos super, ille
Qui blasphematur, quòd ad hosce quidem; tamen atqui
Ad vos quod spectat, sit glorificatus honóre.
15 Ne quis enim-verò vestrum pœna afficiatur
Acsi homicida, aut fur, malefactor sive, aliarum
Vel foret inspector (quæ intersunt non sua) rerum.
16 Quin, si vt Christicola est; illi non esto pudori:
Hac in parte Deum sed glorificare studebit.
17 Existit quia tempus, iudicium quòd ab ipsâ
Æde Dei incipiat. Si exordia sumpserit immò

Pro. 12.11.

Rom. 12.13
Heb. 13.2.
Phil. 2.14.

* *Accideret vobis quasi quicquam foret novelli*

Matt. 5.10.

A nobis primùm; poterit quis finis eorum
Esse, Dei qui Evangelio parêre recusant?
18 Et si vix iustus servabitur; impius, atq;
Peccator parebit vbi? 19 Dira ergò ferentes
Afflictâ sub sorte (Dei decreta voluntas — *Pro. 2. 13.*
Si sit) ei (tanquam qui est conditor ille fidelis)
Commendando suas animas bene agendo resignent.

Cap. V.

Et seniores, & iuniores instituuntur,
Hosti communi quò vtriq; resistere possint.

PResbyteros qui sunt inter vos, presbyter vnà
Obsecro, pressuris Christi affligentibus illum
Qui testis fui, & idem consors gloriæ eroq;
Quæ patefienda est. 2 Gregem eundem pascite vobis
Commissum, qui grex Dei is est, cui provideatis
Non curandò coactè, verùm sponte libentij;
Non affectantes lucrum subturpiter vllum:
Ast animô promptô. 3 Non tanquam prædominantes
Cleris: Immò gregis velut exemplaria sitis.
4 Quando apparebit Pastorum deniq; Princeps
* Incorruptibilem tum gloriæ honore coronam — **Immarcessibilem*
Accipietis. 5 Item Iuniores subijciatis
Vos senioribus: Omnes insimul atq; vicissim
Vos alijs alij subiecti sitis vtrinq; : — *Rom. 12. 10*
Intùs in ornatû redimiti estote modestô:
Nam Deus his qui sunt inflata mente resistit: — *Iac. 4. 6.*
Gratiam eis verò dat qui sunt mente *repressâ. — **subacta*
6 Divinâ ergò manû vosmet subdente potenti,
Reddite demissos vos ipsos, ût *Deus inde*
Vosmet in opportunô tempore tollat in altum. — *Iac. 4. 10.*
7 Omni in eum coniectâ sollicitudine vestrâ;

Est

Eſt illi quoniam de vobis ſollicitudo.
8 Sitis ſobrij : & invigiletis: namq; malignans
Dæmon qui vobis eſt adverſarius ille
Ceu leo *terribili* rugitu circuit, ſit qui
Vndiq; diſcurrens quærit ſi devoret ecquem.
9 Cui conſtante fide *pugnando* reſiſtite fortes:
Ipſas preſſuras à fratribus eſſe ſcientes
Veſtris impletas (quas vos toleratis) eaſdem,
In mundô ſimili qui conditione laborant.
10 Sed Deus ille omnis cui gratia *tota ferenda*
Eſt accepta, ſuo qui *motus amore* vocavit
Gloriam ad æternam, per Chriſtum voſmet Iëſum,
Afflictos modicum, perfectos reddat, is *inquam*
Vos ſtabiles faciat, confirmet, robore fundet.
11 Gloria & imperium ſæc'lorum in ſæ'cla ſit ipſi.
Amen. 12 Sylvanum fratrem per (vt æſtimo) fidum
Vobis *iſtâ* *ac* paucis ſcripſi, *voſmet* adhortans,
Et quoq; teſtificans, quòd (quâ vos ſtatis in iſtâ,)
Divina exiſtit *reverà* gratia vera.
13 Vos Eccleſia quæ manet in Babilone ſalutat
Vobiſcum electa, & Marcus mihi filius ille.
14 Vos alios alij ſalvere iubete: in amore
Oſcula charô detis *eis.* Pax omnibus *eſto*
Vobis in Chriſtô Ieſû qui exiſtitis. Amen.

Pſa.55.23.
Mat. 6.25.
Luc.12.22.
Luc.22.31.

Rom.16.16
1.Co.16.20.
2.Co.13.12.

EPISTOLA Petri Apostoli Catholica posterior.

CAP. I.

Virtutum numerata gradatio progrediatur:
Christum confirmat Divina voce sonante.

SImon *qui* Petrus *sum* servus, Apostolus atq;
Iesu Christi, qui estis (vobis omnibus) æquè
Nobiscum fidei preciosæ sorte fruentes,
Iustitiâ in Divini Numinis, in quoq; nostri
Servatoris Iesû Christi; 2 Gratia vobis,
Pax etiamq;, (Dei *concessa* per agnitionem,
Et Iesû Domini nostri,) sit multiplicata.
3 Ipsius sicut Divina potentia nobis
Omnia donavit, vitæ simul & pietati
Quæ conducunt, idq; per illius agnitionem,
Gloriam & eius qui ad virtutem nosq; vocavit.
4 Ex hôc, quòd nobis ea quæ sunt maxima dona
Et preciosa dedit, promissa *videlicet*, vt per
Isthæc, Divinæ consortes esse queatis
Facti naturæ, quæ in mundô est effugientes
Corruptelam, quæ est ratione cupidinis eius.

5 Præte-

5 Prætereà hoc ipsum summo fervore studentes,
Virtutem fidei simul & coniungite vestræ:
Cum virtute *fiet* tum porrò scientia *iuncta*:
6 Inq; scientia *erit* morum moderatio *nexa*:
Deinde modestia *sit* tolerandi adiecta labori:
Cum tolerantiâ *erit* pietasq;: 7 Atqui pietati
In fratres animus propensus, fratris at ista
Mens propensa simul charo iungatur amori.
8 Hæc adsint etenim si vobis; atq; supersint;
Non vacuos vos efficient, & non sine fructu,
In Domini nostri Iesû Christi agnitione.
9 Nam cui non isthæc adsunt, est Lumine captus,
Nec procul à longè potis est discernat vt ille,
Oblitus quòd ab antiquis purgatus is esset
Peccatis: 10 Quarè (fratres) satagendo studete,
Vestra vocatio, itemq; electio vt efficiantur
Confirmatæ: Isthæc nam si vos efficietis;
Offensam non vnquam compingetis in vllam.
11 Sic etenim vobis substratus fiet abundè
Introitus regno durando æterna per æva,
Quod Domini nostri *est* & Servatoris Iesû
Christi. 12 Vos ideo non negligam adusq; monere
Istis de rebus, quantumlibet illa sciatis,
Et confirmati præsenti sitis in istâ
Doctrinâ verâ. 13 Iustum tamen istud opinor
(Hocce tabernac'lô consisto tempore quantô)
Vt vos excierem dum commemorando monerem.
14 Quando brevi cognosco meum me depositurum
Hocce tabernac'lum, sicut mihi deniq; clarè
Significavit idem Dominus *qui est* noster Iesus
Christus. 15 Propterea sed & insuper ipse studebo
Post obitum vos posse meum reminiscier horum.
16 Compositas nec-enim fabellas arte sequuti,
Fecimus vt vobis sit facta potentia nota,
Ipsiûs Domini nostriq; adventus Iesû
Christi; sed nostris oculis aspeximus eius
Maiestatem. 17 Quippe quòd, accipiebat honorem,

Ioh. 21. 18.

1. *Cor.* 1. 17. & 2. 1.

* prægrandi gloria ab illa | Gloriam & à *dicente* Deo Patre, voce relatâ
Cælitus hinc tali *fulgore à magnificenti;
Hic est Filius ille meus dilectus is, in quô
Mat. 17.5. | Est mihi complacitum. 18 Vocemq; audivimus istam
Nos ipsi, (quandò delata ea cœlitus esset,)
Vnà quùm fueramus cum ipsô in monte sacrato.
19 Sermonemq; Prophetarum *certissimum habemus;
* firmissimum | Cui rectè facitis, quando attendatis eidem,
Splendenti locô in obscurô, velut atq; lucernæ,
Illucescat adusq; dies, & Lucifer *astrum*
Vestris cordibus irradiandis exoriatur.
20 Sic tamen, in primis istud si quando sciatis;
Scripturæ *sacra* quòd *scripta* Prophetia nulla
Instinctû ex proprio ipsius cuiuslibet extet.
2. Tim. 3. 16 | 21 Ex hominis libitû quùm nulla pophetia lata
Est olim, sed vt ipsos Sanctus Spiritus egit;
Illi sunt homines divini *sacra* loquuti.

Cap. II.

Falsos præmonet adventuros esse Prophetas;
Quos & describit, luituros deniq; pœnas.

IN populô tum porrò fuerunt pseudoprophetæ,
Doctores vt erunt inter vos deniq; falsi:
Quippe subintrò sunt ducturi perniciosas
Sectas hæreticas damnandas, quiq; negabunt
Hunc etiam Dominum mercatus qui fuit ipsos:
Et superinducent celerem sibi perditionem.
2 Precipites luxus multiq; sequentur eorum
Est via ab his veri maledictis afficienda.
3 Et per avaritiam fictis sermonibus *vsi*,
Quæstum de vobis facient: damnatio quorum
Iam pridem non tarda venit, quibus exitiumq;

Non dormitat. 4 Nam Deus illis angelicorum
Spirituum turmis si non adeòq; pepercit,
Qui peccaverunt, sed eos in tartara trusos
Iusto iuditiô damnans, caliginis illos
Tradidit inferni servandos esse cathenis:
5 Antiquo mundo pœnam non atq; remisit;
Noë sed octavum præconem iustitiæ illum
Conservavit, diluviô inductô super orbe
Illorum, qui homines pleni impietate fuerunt:
6 Vrbes quæ Sodomæq; fuerunt, atq; Gomorrhæ,
(In cinerûm quandò redigebat adusq; favillas;)
Condemnavit eas, venturis fecit easq;,
Impiè vt acturis, sint exemplaris adinstar:
Et Lotum iustum fessum mœrore, nephandis
Moribus ex hominûm flagrante libidine fœda
Pravis eripuit. 8 Quum namq; habitaret is inter
Illos Iustus, quandò facta videret eorum
Impia, & audiret; factis exlegibus horum,
Iustam animam *per quemq; diem vexavit is eius:
9 Ipse pios Dominus novit tentamine ab *omni*
Eripere, iniustos pœnas servare daturos
Iudicij inq; diem. 10 Præsertim sed tamen illos;
Qui quùm sint toto carnis stimulata sequentes,
Turpiter incedunt, dominatûm deniq; spernunt:
Audaces *vt sunt:* sibimet *sunt* atq; placentes:
Nec formidantes in maiestate locatas
Personas dignas blasphemè incessere probris.
11 Angeli vbi (licèt ipsi multùm robore præstent;
Excellantq; potestatis maioris honore;)
Iudicium dantes non sunt adversus habendum
Has, coram Dominô, *convitia sint vt in illô.
12 At verò, velut essent isti animantia bruta,
(Vt quæ sensibili motû impellente feruntur,
Facta in eum finem, possent vt capta perire,)
Hæc blasphemantes minimè quæ sunt sibi nota,
In corruptelâ quam accersivere peribunt.
13 Sunt percepturi mercedem iniustitiæq;

Iob. 4.18.
Iuda. 6.

Gen 7.1.

Gen. 19. 13. 24.

**Lotq; fatigatum Iustum*

**quôvisq; die*

**maledictiô vt esset in illô.*

Vt qui delitias decernunt tempus ad instans
Esse voluptati genio indulgere dicatos;
Labes & maculæ *qui sunt*, se fraudibus ipsos
Oblectando suis, vobiscum festa colentes.
14 Plenus adulterij quibus est *lascivus* ocellus,
Quiq; à peccandô non sunt cessare scientes,
Instabiles animas soliti captare dolosè,
Cor ad avaritiam quos assuetudo propellit,
Sunt execrandi *qui* diris, filij *habendi*.
15 A rectô qui tramite aberravere relictô,
Suntq; viam Balaam nati Bozore sequuti,
Nu 23.13. Mercedem qui iniustitiæ dilexit iniquam.
16 Illiûs correpta fuit transgressio verò,
Mutum quando animal *nimirùm illis* asella,
Voce loquens hominis prohibebat stulta Prophetæ
Proposita. 17 Isti fontes lymphæ humore carentes
Jud. 12. Existunt: nebulæ quæ turbinis exagitatæ
Impete volvuntur; quibus est caligo reposita,
Quæ manet æternùm tenebris servata *tremendis*.
18 Vaniloqui siquidem turgentia verba loquentes,
Turpibus illecebris lascivæ carnis inescant
Illos, qui verè procul effugêre ab eisdem;
Quorum conversatio vitæ errore repletur.
19 Dùm libertatem promissis polliceantur,
Dum corruptelæ sunt ipsi *nil nisi* servi.
Joh. 8.34. A quô quandoquidem quisquis superatur; is eius
Rom. 6.20. Acsi mancipium; submittit semet eidem,
Mat. 12.45 20 Quandoquidem mundi conspurcamenta relicta
Heb. 6.4. Quùm devitarant, *quod provenit* agnitione
Eius qui Dominus noster Servator Iesus
Est Christus; si rursus eis (quandò illaqueantur)
Exsuperati sint; est longè facta subinde
Ipsis conditio peior postrema priore.
21 Illis esset enim satius non cognitione
Iustitiæ novisse viam, quam cognita postquam
Ipsis extiterit, si retrocedere pergant.
22 Sed verè quod vulgò dicitur accidit illis;

Ad vomitum canis est eius, *quem eiecerat ante*,
Adq; volútabrum cœni, sus lota reversa. Pro. 26.11.

Cap. III.

Illusores adventuri, tempora quando
Finis erit mundi; Pauli corrumpere verba.

HÆc vobis est altera Epistola scripta secundò
A me (Dilecti,) quibus excito commonefactam
Mentem sinceram vestram. 2 Quò sitis eorum
Verborum memores quæ sunt prædicta Prophetis
A sanctis, doctrinæ & nostræ, existimus ipsi
Qui Domini, tum Servatoris Apostoli. 3 Idipsum
Primum noscatis, postremis esse diebus
Adventuros irrisores, nempe secundùm
Ipsorum proprios libitûs qui incedere pergent:
4 Dicentes & erunt; Vbi pollicitatio constat
Illius adventûs? Die ab illô quippe quòd ex quô
Decessere Patres, sunt ómnia continuata,
Vt primâ fuerant ab origine quæq; creata.
5 Istos sponte suâ *risores* nam latet istud,
Virtute esse Dei cœlos sermonis ab olim,
Distinctamq; ab aquâ, & per aquam consistere terram.
6 Quamobrem, mundus qui tùm prior extitit ille,
Disperijt demersus aquâ, quòd in-undatus esset.
7 Qui sedenim verò cœli, quæ terraq; nunc est,
Hec Sermone reposta *Dei* servantur eôdem,
Igni, iudicij vsq; diem, simul exitijq;
Illorum qui sunt homines pietate vacantes.
8 Dilecti verò, lateat non vosmet id vnum,
Vnum *nempe* diem velut annos circiter esse
Millenos, coràm Dominô: Sic atq; perinde

1. Tim. 4. 3.
2. Tim. 3. 5.
Iud. 18.

Psal. 94.

Annos

Annos esse diem millenos circiter vnum.
9 Quicquid promisit Dominus, non segniter implet;
(Ascribunt aliqui velut illud segniciei:)
Sed patiens erga nos est; nolendo perire
Vllum, quin immò magis omnes vt resipiscant.
10 Sed veluti *solet alta* fur sub nocte venire;
Ille dies Domini sic est venturus *in omnes*.
Illô quando die transibunt impete vastô
Ipsi cœli, cum stridore *ingente* soluti:
Atq; elementa calore nimis fervente liquescent:
Et terra, & quæ sunt opera exurentur in illâ.
11 Ergò quando hæc omnia dissolvenda peribunt;
Esse sacrosanctis tum quales sitis oportet
Moribus in vitæ, pietatis in officijsq;?
12 Expectantes, & properantes donec adusq;
Ille dies veniet Dei, in illô quandò per ignem
Conflagraturi cœli solventur, & ipsa
Mundi elementa ignis flammante ardore liquebunt.
13 Porrò novos cœlos, terramq; novam sumus *indè*
Nos expectantes, eius promissa secundùm,
Iustitia in quibus imposítura habitacula figet.
14 Propterea, quando expectantes talia sitis;
(Dilecti,) studijs alacres incumbite vestris,
Vt sine labe mali, sine crimine deniq;, puri,
Abs illô tandem reperiri in pace queatis.
15 Et Domini nostri quòd sit tolerantia longa,
Illud cessurum reputabitis esse saluti.
Sicut dilectus frater noster *quoq;* Paulus
(Iuxtà largitum donum sapientiæ eidem)
Conscripsit vobis. 16 Velut assolet omnibus eius
Ille in Epistolijs, de rebus ùt hisce loquatur:
In quibus existunt quædam quæ dura *quibusdam*
Sunt intellectû; quæ indocti non stabilesq;
Detorquent, ad proprium eorum pernitiale
Exitium, sicut reliquas torquere suêrunt
Scripturas itidem. 17 Dilecti, vos ideoq;
Quum sitis præcognoscentes ista; cavete,

Eze.18.32. & 33.11. 1.Tim.2.4. Mat.24.44. 1.The.5.2. Apoc.3.3. & 16.15. Esa.65.17. & 66.22. Apoc.21.1. Rom.2.4.

Abducti ne quandò errore nephanda patrantûm,
Propositô stabili propriô excideretis ab ipsô
18 Sed crescatis in illâ gratiâ, & agnitione,
Quæ nostri Domini *est* & Servatoris Iêsû
Christi; gloria cui sit soli accepta ferenda,
Et nunc, æva & in illa; æterni temporis. Amen.

EPIST.

EPISTOLA Iohannis Apostoli *prima.*

CAP. I.

Verbi æterni testificatio, fructus & usus:
Quisq; est peccator; purgamur sanguine Christi.

ILlud quod primô mundi existebat ab ortû;
Quod percepimus auditu; quod vidimus ipsis
His nostris oculis, id quod perspeximus; id quod
Nostræ palpantes contrectavere manusq;
De verbo vitæ: 2 (Vita & manifesta patebat,
Intuitiq; sumus, vobis quoq; testificamur,
Æternam vitam sed & enarramus, eandem,
Quæ existebat apud Patrem, nobisq; patebat:)
3 Id quod vidimus *inquam*, quodq; audivimus; illud
Declaramus idem vobis, ut habere queatis
Et vos communem sociorum participatum
Nobiscum: *foret* isthæc & sociatio nostra
Communis cum Patre simul, cum Filiô & eius
Iesû Christô. 4 Vobis scribimus insuper ista,
Gaudiô uti plenô perfusi sitis abunde.
5 Nuncium & existit (quod ab illô audivimus) istud,
(Pro-

(Promulgatores cuius sumus & quoq; vobis,)
Esse Deum Lucem, tenebras ipsi nec inesse.
6 Quod-si dicamus, nos illi consociatos,
Atq; incedimus in tenebris; mentimur, & acta
Non illud verè prestant, *quod dicimus ore.*
7 Quod si verò in Luce incedimus, est velut ipse
In Luce; inter nos communio mutua habetur;
Filij & ipsius nos purgat sanguis Iesu
Christi, à peccatô *quod perpetravimus* omni.
8 Quod si dicamus, peccatum non quòd habemus;
Nos seducimus, est in nobis tum neq; verum.
9 Quod-si, quæ nobis insint, peccata fatemur
Ille fidelis, Iustus & est, peccata remittat
Vt nobis, & ab omni noxa purget iniquâ.
10 Quod-si dicamus minimè peccata fuisse
Patrata à nobis; mendacem reddimus illum,
In nobis etiam consistet sermo nec eius.

Iob. 8. 12.
Heb. 9. 28.
1. Pet. 1. 19
Apoc. 1. 5.
1. Reg 8. 48
2. Paral. 6. 35.
Pro. 10. 9.
Eccl. 7. 21.

CAP. II.

Christus vt & vocat; & mandata requirit ab omni:
Antichristus quis: Constantia & vnctio vera.

FIlioli scribo ista mei; peccata patrantes
Vt non sitis: quod si quis peccarit; habemus
Qui defendet apud Patrem, placare Patronum,
Iesum Christum, Iustum. 2 Qui sed & insuper extat
Prò peccatis ipse reconciliatio nostris:
Nec modò pro nostris, sed prò totius & orbis.
3 Atq; per hoc scimus quoniam cognovimus ipsum;
Si custodimus quæ demandantur ab illô.
4 Ipsum qui dicit Novi, mandata nec eius
Servat; mendax est, verum non est & in ipso.
5 Eius qui verò sermonem servat; in illô

Est impleta Dei verè dilectio chara,
Ex hôc nos in eô verè cognoscimus esse.
6 Esse manentem qui profitetur semet in ipsô;
Incessit velut ille, incedere debet & iste.
7 Fratres, mandatum vobis non scribo novum, sed
Id quod habebatis vetus ipsô primitùs ortum
Principiô à primò. Mandatum quod vetus, est hoc;
A vobis auditus sermo ab origine primâ.
8 Deinde novum vobis mandatum scribo vicissim,
Id quod in illo, in vobis est etiam quoq; verum.
Quæ siquidem tenebræ fuerant, iam præterierunt:
Et nunc id verum splendescit lumen apertè.
9 In quô lumine si quis dixerit esse seipsum,
Oderit atq; suum fratrem; tenebris adopertus
Vsq; is adhuc in opacis est. 10 Qui diligit autem
Ipsius fratrem, manet hic in luce *serena*.
Atq; offendiculi non est occasio in illô.
11 In tenebris est autem, cuius frater habetur
Ipsi odio; sed & in tenebris ille ambulat, & quò
Vadit, nescius est, oculos cui namq; tenebræ
Obcæcaverunt *crassa caligine*. 12 Scribo
Vobis, Filioli, quoniam peccata remissa
Existunt vobis, ipsius nominis ergô.
13 Vobis scribo, Patres, quoniam novistis eundem,
Existens à principiô qui est *semper is idem*.
Scribo (Adolescentes) vobis, vicisse malignum,
Obtigit hoc quia vobis. 14 Vobis scribo, Puelli,
Quandoquidem vos *agnitionem Patris habetis.
Patres, scribebam vobis, siquidem quia nostis
Hunc qui à principiô est. Adolescentes, quia fortes
Estis, scribebam vobis, *quia* sermo Deiq;
In vobis habitat, vicistis eumq; malignum.
15 Amplexi mundum nè sitis amore, nec illa
Quæ sunt in mundô. Si mundum diligit ecquis;
Existit minimè dilectio Patris in illô.
16 Omne quod est in mundô etenim, (caro *nempe* cupis-
Atq; cupido oculorum, fastus deniq; vitæ,) (cens,

Inf. 3. 14.

*cognitionem.

Ex

Ex Patre nequaquam, sed mundô existit ab istô.
17 Transit mundus at iste, ipsius & ista cupido;
Sed per quem completa fiet Divina voluntas;
Isthic persistens æterna per æva manebit.
18 Vltima (Filioli) nunc instat temporis hora,
Et de Antichristô velut audivistis, ût ille
Esset venturus; cœperunt nunc etiamnùm
Esse Antichristi multi: cognoscimus vnde,
Quod nunc hora novissima demùm temporis instat.
19 E nobis egressi sunt, nihilominus illi,
Ex nobis nec erant: si ex nobis namq; fuissent;
Vnà nobiscum permansissent. *Sed ijdem*
Ex nobis egressi sunt, patefiat vt istud,
Scilicet ex nobis nequaquam quoslibet esse.
20 Vncturam quæ existit ab illô vos at habetis
Sanctô, cognovistis & omnia. 21 Non *ideòq;*
Vobis conscripsi velut ignorantibus ipsam
Doctrinam veri: Quoniam magis immò scientes
Eiusdem sitis, simul & mendacia nulla
Sunt ex doctrinâ veri. 22 Quis *deniq;* mendax
Est; nisi Iesum qui illum Christum denegat esse?
Ipsemet est ille Antichristus *habendus*, ût is qui
Patrem, Filium & inficiando denegat ipsum.
23 Filium erit quiscunq; negans, habet is neq; Patrem:
* A quô fassus Filius est, habet ille Patremq;.
24 Ergô, quod audivistis vos ab origine primâ;
In vobis maneat. Si in vobis manserit illud,
Quod vos à primô audivistis originis ortû;
Ipsô in Filiô, in ipso Patre eritisq; manentes.
25 Hæc etiam nobis est repromissio facta,
Est quam pollicitus; *nimirum*, vita perennis.
26 Scripsi hæc (de his) vobis, qui vos seducere tentant.
27 Vnctio quam verò vos accepistis ab illô,
Hæc manet in vobis, nec habetis porrò necesse,
Vt qui vos doceat; verùm docet vnctio sicut,
Vos eadem rebus de cunctis, est q; *ea* verax
Et minimè mendax; veluti nos atq; docebat;

*hæc posterior pars versus 23 nō est in græco. sed in vulgari traslatione

Vos

Vos etiam sic perfistentes sitis in illô.
28 Ergò, (Filioli) nunc persistatis in illô,
Vt patefactus quùm fuerit; fiduciam habentes
Simus, eo coram nec confundamur in eius
Adventû. 29 Nam si iustum cognoscitis esse
Illum; nostis *item*, quicunq; exerceat ipsam
Iustitiam factis, quòd is est *generatus ab illô.

* *prognatus*

Cap. III.

In nos vera Dei fuerit dilectio quanta:
Inter nos itidem dilectio quanta tenenda.

ASpectate, Pater qualem largitus amorem
Est nobis charum, *nimirum*, nomine dici
Natqs esse Dei; quos ergò mundus ob istud
Non novit, quia non agnovit mundus eundem.
2 Dilecti nunc pignora chara Dei sumus, atqui
Quid sumus id nondum patefit quandoq; futuri:
Scimus prætereà, quòd quùm patefiet is ipse;
Tunc illi similes erimus, quia conspiciemus
Ipsum sicut is est. 3 Quicunq; in eumq; habet hanc spem,
Purum se reddit, velut ipsemet est quoq; purus.
4 Quisquis peccatum committit, perpetrat idem,
Id quod transgreditur legem, quum nempè sit ipsum,
Est quod peccatum, quod *&* *est* transgressio legis.
5 Atq; illum manifestum factum noscitis esse,
Quæ sunt in nobis peccata vt tollere posset;
Et non esse in eô peccatum. 6 Quisquis in illô
Persistit, non peccat: Quisquis peccat, eundem
Nequaquam vidit, nequaquam novit & illum.
7 Filioli, nequaquam vos seduxerit ullus;
Iustitiam qui exercet factis; iustus vt ille,
Est iustus. 8 Peccatum qui commiserit, hic est

Esa. 53.6.
1.*Pet.*2.22
24.

Ex

Ex cacodæmone: Quòd cacodæmon quippe cavillans
Est à principio peccans. Apparuit isthùc
Filius ipse Dei, hæc opera vt dissolvere posset,
Dæmonis istius. 9 Quicunq; est natus ab ipsô
Patre Deô; minimè peccatum perpetrat; id quòd,
Eius *nempe Dei* remanens est semen in illô,
Nec potis est peccare, Dei est quia *semine* natus.
Hâc in re fiunt manifestè vtriq; patentes,
10 *Numinis hi qui, Dæmonis & qui Filij *habendi*.
Omnis iustitiam qui non exercet, is haud est
Ex Deo, & is minimè fratrem qui diligit eius.
11 Hoc est nuncium enim quod primô audistis ab ortû
Principij, redamemus nosmet vt alterutrumq;
12 Non sicut Cainus, de pravô qui fuit illô,
Atq; suum fratrem qui internecione peremit.
Et quâ de causa *stimulante*, peremit eundem?
Nempe opera ipsius quoniam scelerata fuerunt;
Atq; existebant, quæ fratris erant, ea iusta.
13 Nolitote, mei fratres, (si mundus iniquô
Vos animô toleret) mirari: 14 Novimus vt qui,
Quòd sumus ad vitam translati à morte, quòd horum
Qui nobis fratres existunt simus amantes.
Qui est eius frater quisquis non diligit illum;
Hic in morte manet. 15 Quicunq; ex-oderit illum
Fráter qui illius est, hic est homicidia patrans:
Et cognoscitis hoc; homicida quod vllus habere
Æternam vitam nequit *in se continuandam.
16 In re novimus hâcce, Dei est dilectio *quanta*,
Pro nobis animam quoniam non ille pepercit
Ponere: nos animas etiam pro fratribus ergò
Ponere debemus. 17 Si verò quisquis habebit
Vlla facultatum *terrena* viatica mundi
Istius, si fratrem viderit hisq; carere,
Et sua ab illô viscera commiserantia claudat:
Quomodo chara Dei dilectio constet in illô?
18 Filioli (ne quandò) mei, dilectio nostra
Solùm sit verbô, linguæ & sermone loquentûm;

Ioh.8.46.

Nempe Deo nati qui sunt & dæmone nati

Ioh.13.34. & 15.12.
Gen.4.8.

Sup.2.10.
Levi.19.17

in sese vsq; manentem
Ioh.15.13.
Ephe.5.2.

Luc.3.11.

Sed potiùs factis operûm, verèq; reipsâ.
19 Atq; per hoc, ex verâ nos cognoscimus esse
Doctrinâ, in conspectû ipsius cordaq; nostra
Pacificata *Deo* nos persuadebimus esse.
20 Nam si cor nostrum nos condemnaverit; extat
Corde Deus nostro maior, quiq; omnia novit.
21 Dilecti, minimè si condemnaverit autem
Nosmet cor nostrum; nobis fiducia tunc est
Conspectante Dei Divino Numine coram.
22 Accipiemus quicquid ab illô etiamq; petemus;
Infr.5.14. Servamus quoniam mandata ipsius; & illa
Mat 21.22. Nos coram præstamus eô, quæ grata placebunt.
Io.14.15 7. 23 Hoc est mandatumq; eius, quod Filij in eius
& 16.23. Nomine nos Iesû Christi credamus, & vnus
Ioh 6.23. Quisq; amet alterutrum, nobis mandavit vt ille.
& 17.3. 24 Eius enim si quis mandata observat; in illô
Ioh. 13.34. Est habitando manens, manet ille habitans in eôq;.
& 15.10. Hinc ipsum porrò in nobisq; manere sciemus,
Nempe illô nobis *tribuit quem Spiritû ab eius.

Cap. IIII.

Spirituum discretio: quis sit spiritus errans,
Spiritus atq; Dei. Dei amor quis, amorquoq; fratris.

Dilecti, ne spiritui confidite cuivis;
Spiritus à vobis verùm sit quisq; probatus,
Anne sit ex *mittente* Deô: Nam pseudoprophetæ
Multi venerunt in mundum. 2 Spiritus autem
Quis fiet ipse Dei, signô noscetis ab istô:
Spiritus omnis qui venisse in carne fatetur
Iesum Christum; ex ille Deô est. 3 Et spiritus omnis
Qui haud Iesum Christum venisse in carne fatetur
A Divinô Numine non est; est magis iste
Spiritûs Antichristi; de quô *aliquando* fuisse

Illum

Illum venturum, quod nunc simul est & in orbe,
Audivistis. 4 Filioli, vos à Deo *ae* estis;
Et de illis à vobis est victoria parta.
Qui namq; in vobis est, ille potentior est, quàm
Is qui est in mundo. 5 Sunt hi de mundò; ideòq;
Hi mundana loquuntur, eosdem mundus & audit.
6 Nos sumus ex Deo; is audit nos, notus Deus est cui:
Qui non ex Deo is est, nos est audire recusans.
Ex hoc est notum nobis, quis Spiritus extat
Doctrinæ veræ, atq; erroris spiritus ecquis.
7 Dilecti, chari ô nos amplexemur amore
Alterutrinq; alios alij: Dilectio chara
Est ex namq; Deô, simul & qui diligit omnis,
A Deo is est natus, Deus est & cognitus ipsi.
8 Qui non diligit, haud Deus extat cognitus illi.
Nam Deus est dilectio. 9 In hoc apparuit ista
Chara Dei in nobis dilectio, misit in orbem
Quòd Deus vnigenum sibi Filium, vt *indè* per illum
Vivere possemus. 10 Chara est dilectio in istô,
Non quod nos adamando Deum, præcessimus ipsi;
Immò quod ipse priùs nosmet dilexerit; & quòd
(Vt prò peccatis sit propitiatio nostris)
Ipse suum Natum mittebat. 11 Si Deus (ergò)
Nos ita dilexit; Dilecti, rursus oportet,
Nos alios alij redamemus vt alterutrinq;.
12 Ipsum nemo Deum conspexit *carnis ocellis*
Vnquam: Si simus redamantes alterutrumq;;
Est Deus in nobis habitans; dilectio & eius
In nobis impleta viget. 13 Cognoscimus exhinc,
Nos habitare in eô; in nobis simul insuper illum,
Est quia largitus nobis de Spiritû is eius.
14 Nos verò conspeximus, & quoq; testificamur,
In mundum Patrem Natum misisse, quòd esset
Servator mundi. 15 Fuerit quiscunq; professus,
Nempe, Dei Iesus quod Filius est, in eôdem
Est habitando manens Deus; insuper in Deô & ille
16 Nos etiam fuimus noscentes, credidimusq;,

Ioh. 8.47.

Ioh. 3.16.

Ioh. 1.18.
1. Tim. 6.16

Istum quô Deus est in nos affectus amorem.
Est Deus ipsus amor, manet hôc quiscunq; in amore,
Is manet inq; Deô, Deus insuper atq; in eôdem.
17 Ex hoc in nobis amor hic est vndiq; plenus,
Iudicij apparente die, fiducia vt assit:
Qualis namq; ille est, tales & nos sumus istô
In mundô. 18 Existit minimè metus hôc in amore:
Sed perfectus amor pellit prócul inde timorem:
Quandoquidem *metus isthic habetur cum cruciatû:
In charô verùm non est perfectus amore,
Qui metuit. 19 Redamantes nos existimus illum;
Hic nos quandoquidem priùs est amplexus amore.
20 Sit verò quiscunq;, Deum (si diligo) dicat;
In fratremq; suum stimulô livoris agatur;
Est mendax. Nam qui non amplexatur amore
Ipsius fratrem, quem vidit; quomodo fiet,
Ipsum posse Deum, minimè quem vidit, amare?
21 In mandatis insuper istud habemus ab ipsô,
Vt quiscunq; Deum fuerit complexus amore;
Insimul ipsius fratrem quòd diligat idem.

*timor

Ioh. 13.34 & 15.12.

Cap. V.

Quae fidei victoria; testificatio Christi:
Qui fidei fructus: quàm sunt idola cavenda.

QVisquis credit Iesus quod sit Christus; is ille
Existit Deo ab ipsô progeneratus; & omnis
Gignentem redamans; ab eô genitum redamatq;
2 Hinc natos adamare Dei nos scimus in istô,
Ipsum quando Deum recolentes simus amore,
Et quae praecepit simus mandata tenentes.
3 Haec Existit namq; Dei dilectio chara,
Vt servemus mandta illius: Illius atq;
Mandata hanquaquam gravia existunt. 4 Quia quicquid

Mat. 11.30

A *Genitore* Deo quod progeneratur; id istum
Mundum vincit: Et isthæc est victoria, nostra,
Nempe fides, mundum quæ vincens proterit istum.
5 Existit *sed* quis, potis est qui vincere mundum:
Ille Dei Iesum nisi qui considerit esse
Filium? 6 Is ille est, qui per aquam, qui perq; cruorem,
Advenit, Iesus Christus: Per aquam neq; solum;
Quin etiam per aquam, simul & cum sanguine *venit*.
Spiritus existit, qui testem se quoq; præbet,
Id verum, quod testificatur Spiritus, esse.
7 In cœlô siquidem sunt tres qui testificantur,
Ille Pater, Sermo ille, & Sanctus Spiritus ille;
Hi tres suntq; vnum. Tres sunt qui & testificantur,
Hâc in terrâ; Spiritus, atq; aquâ, deniq; sanguis:
Insuper isti tres consensum dant & in vnum.
9 Quod si verò hominum quæ constant testificata
Accipimus, maius Deus est quod testificatur.
10 Hæc est illa Dei nam testificatio lata,
Quam de Filio is ipse est eius testificatus.
11 Ille Dei siquidem Natum qui credit in istum;
Testificatum habet attestantem semet in ipsô.
Ille Deo credens qui non est, fecit eundem
Mendacem, quoniam non testificatui eidem,
(Quem Deus est de Nato ipsius testificatus)
Credidit. 12 Hæc est testificatio porrò, perennem
Vitam quòd nobis Deus est largitus: Et ista
Filiô in ipsius vita est. Qui Filium habet istum;
Hanc habet is vitam: Qui *verò* non habet istum
Ipse Dei Natum; vitam non obtinet istam.
13 Hæc scripsi vobis qui in nomen creditis huius,
Nempe Dei Geniti, quòd vosmet habere sciatis
Æternam vitam, fidentes sitis in huius
Atq; Dei Geniti nomen. 14 Fiducia porrò
Est apud ista Deum, quam certam nosmet habemus;
Si precibus quodcunq; petentes simus, & illud
Esto voluntatem iuxtà eius; nosmet is audit.
15 Et si scimus eum nos exaudire, precantes,

1.Cor.15.57

Ioh. 3.36.

Inf.3.22.

Omnibus in rebus quascunq; petamus; ab illô
Scimus nos habituros esse ea nostra petita.
16 Quod si quando suum fratrem conspexerit ullus
Mat 12.31 Peccatô peccare, ad mortem non *sit & illud*;
Mar. 3.25. Postulet, & vitam dabit huic: peccantibus *inquam*
Non ad mortem. Peccatum constat, quod adusq;
Est mortem: non dico pro illô oraret vt *vllus*.
17 Est peccatum, quicquid flectit ab æquô ad iniquum:
Atqui, est peccatum, quod mortem non sit adusq;.
18 Scimus, quòd quisquis Divinô est Numine natus,
Non *sic* peccat: sed conservat semet is ipsum
Quisq; Deo genitus, nec tangit eum Malus ille.
19 Ex ipsô nos esse Deô cognoscimus; esse
In pravô penitus totum mundumq; iacentem.
19 Atqui nos verò scimus, quòd venit in orbem
Luc. 24.45. Filius ille Dei; Mentem dedit ipseq; nobis,
Vt noscamus eum, qui verax *est*: Sumus atq;
In verace illô, *nimirum*, Filio in eius,
Scilicet, in Iesû Christô: *veraciter* vt qui
** verax, æternaq; vita* Hic est ipse Deus *verus, vita atq; perennis.
Vosmet ab idolis caveatis, Filioli. Amen.

EPISTOLA
Catholica Iohannis Apo-
ſtoli ſecunda.

CAP. I.

Hortatur quandam, prolesq; ſuas in amore
In fide, & obeditu haerere; cavere ſceleſtos.

PResbyter electæ Dominæ, cum prolibus eius,
Quos ego verè diligo, verùm non ego ſolus;
Omnes doctrinam ſed veri etiamq; ſcientes.
2 Propter eam veram doctrinam quæ manet vſq;
In nobis, & erit nobiſcum ſemper in æva.
3 Gratia, commiſeratio, pax à Patre Deo eſto
Vnà vobiſcum, à Dominò Ieſù, quoq; Chriſtò,
Patris Filiò, in ipſa veri cognitione,
Charo & amore. 4 Fui valdè gaviſus *in iſtò*,
Eſſe tuis aliquos ex natis progredientes
Quippe quòd inveni, ſincerè tramite recto
Doctrinâ in veri, velut atq; accepimus ipſi
A Patre mandatum. 5 Domina, & nunc obſecro tete,
Mandatum (non atq; perinde novum) tibi ſcribens;
Sed quod habebamus vel ab ipſò exordiò; vt alter
Alterutrum redamemus. 6 Et hæc dilectio chara eſt, *Ioh. 15. 12.*

 Illius

Illius incedamus vti mandata secundùm.
Hoc est mandatum illud,(vt audivistis ab ortu
Principij,)quod sic pergentes sitis in illô.
7 Multi impostores ingressi sunt quòd in orbem,
Qui Iesum Christum non advenisse fatentur
In carne. Est talis quiscunq; impostor habendus,
Antichristus & *est*. 8 Ipsis attendite vobis
Ne *deperdamus quæ à *nobis sunt operata,
Mercedem plenam sed *simus percipientes.
9 Quisquis transgreditur, non constans estq; manendo,
In doctrinâ illâ *quæ est* Christi,non habet ipsum
Ille Deus:Christi in doctrinâ qui manet illa;
Ipsum cùm Patrem, Natumq; habet insimul iste.
10 Si venit ad vos quis,doctrinam qui *tamen* adfert
Non istam,talem non accipiatis in ædem:
Nec dicatis ei vel,Aveto: 11 Nam vel(Aveto)
Quisquis dicit ei,communicat ille *scelestis
Ipsius factis. 12 Habeam quùm plurima vobis
Scribere,non eadem volui *committere* chartæ
Atq; atramento. venturum spero sed esse
Ad vos *memet*,præsentem præsentibus atq;
Esse loquuturum, quò demum nostra *resultans*
Lætitia *in nobis* esset completa futura.
13 Optant porrò tuæ tete salvere sororis
Electæ nati qui existunt illius. Amen.

*vobis
*sitis
Rom.16.17.
*malignis

EPI-

EPISTOLA Catholica Ioannis tertia.

Cap. I.

Pergere adhortatur Gaium, lætatur in illo: Deq; Diotrephe, de Demetrio, vterq; notantur.

GAio dilecto, quem diligo, Presbyter ipse,
Sincere in verâ doctrinâ 2 Comprecor optans,
(Dilecte) in primis vt prosperè agas, valeasq;
Ipsa anima vt tua prosperè agit. 3 Gavisus *ob istud*
Valdè quippe fui, quùm fratres advenientes
Accessissent, atq; illorum testificatû,
Laude tuam commendavissent integritatem,
Tu prout in verô sincerè incedere pergis.
4 *Istis lætitiam maiorem non habeo vllam
Audio quàm quùm filiolis incedere *calle
In verace meos. 5 Dilecte, fideliter, ergà
Fratres, & peregrinos, quod facis, efficis omne.
6 Qui tibi se testes perhibentes, testificantur,
In sacri cœtûs conspectû, *ardentis* amoris
Vsq; tui, quos si comitando prosequerêris,
(Est Deo vt hoc dignum) perbellè feceris *istud*.

**Istis lætitia maiori gaudeo nulla,*
**gressu*

Eius

7 Eius qui peregrè sunt nomine quippe profecti,
Dum fuerant de gentibus hi nihil accipientes.
A nobis ergò, sunt tales suscipiendi,
Auxilium veræ doctrinæ iungere nostrum.
8 Ad Cœtum sacrum scripsi, tamen inter eosdem
Diótrephes, (is qui primatûs ambit honorem,)
Non recipit nos. 10 Propterea, si venero, facta
Suggillabo eius quæ operatur, garrit ût ille
Verbis scurrilibus; necdum contentus in istis;
Ipse nec acceptat fratres; qui suntq; volentes
Acceptare illos, prohibet; de Ecclesia eosq;
Eijcit. 11 Haud (Dilecte) imitaberis id quod iniquum;
Immo bonum quod sit; quoniam bene qui facit, hic est
A Deô: At è contra: Quisquis malè qui facit autem,
Ille Deum non vidit. 12 Testificatio rursus
Reddita Demetrio est bona ab omnibus, est & ab ipsâ
Doctrinâ verâ: sed & ipsi testificamur;
Et quod verax est hæc testificatio nostra
Novistis. 13 Complura habui quæ scribere possem,
Ast atramentô & calamô tibi scribere nolo.
14 Sed fore spero brevi, temet me posse videre:
Tum simul os & ad os, nos coràm quandò loquemur.
15 Pax tibi *sit:* salvere peroptant temet amici:
Nomine quemq; suô salvere iubebis amicos.

EPISTO-

EPISTOLA
Catholica Iudæ.

CAP. I.

Hæreticos pingit venturos, hosq; cavendos
Admonet exemplis; consolaturq; fideles.

IVdas Iesû Christi servus, frater at *idem*
Iacobi; ipsis *nempè* vocatis, sanctificatis
Ipsô à Patre Deô, servatis atq; ab Iesû
Christô: 2 Commiseratio, Pax & multiplicetur,
Chara etiam dilectio vobis. 3 Quando adhibebam
Omne *meum* studium, vobis vt scribere possem;
(Dilecti,) communis de *ratione* salutis,
Scribendum vobis duxi mihi id esse necesse,
Ad vos hortandos: vt decertare velitis,
Pro fide eâ, semel existit quæ tradita Sanctis.
4 Quidam namq; homines reptando subintroierunt,
Ipsi qui describebantur iam priùs olim,
Hoc ad iudicium condemnans: impij, vt illi,
A quibus est inversa Dei omnis gratia nostri
In luxum lascivum, (solus qui est Herus) illum
Esse Deum, Dominum nostrum qui etiamq; negantes

2. Pet. 1.2.

Sunt

Sunt Iesum Christum. 5 Sed enim volo vosmet eorum
Reddere commonitos, semel vt qui noscitis istud,
Quòd Dominus (postquam populum servaverat) illos
E *terrâ ducens* Ægyptij rursus eosdem
Nu. 14.37. Qui non credebant, prorsus delevit. 6 Eosq;
Angelicos genios qui non ab origine eorum
2.Pet.2.4. *Vsq;* potestatem servarunt, æde relictâ
Propria at exciderant, magni eius adusq; dieï,
Hos in iudicium (subtus caligine clausos
Vinc'lis quæ æternùm sunt constrictura) reservat.
**finitimæ & vrbes* 7 Vt Sodoma, & Gomorrha, illis *vrbesq; propinquæ,
Quæ simili ratione atq; illæ scorta sequutæ,
Gen.19.24. Quæq; etiam carnem sectatæ sunt alienam,
Exemplaria propositæ *remanentibus* extant
Ignis eæ vindictam perpetiere perennis.
8 Attamen hi, simili sopiti etiamq; sopore,
Carnem equidem maculant, dominatum reijciuntq;,
Et Maiestates probris incessere pergunt.
9 Michaël verò quamvis Archangelus esset
Cum compingenti convitia dæmone, quando
Disceptans esset, certans de corpore Mosis,
Non est ausus ei maledicti impingere crimen,
Huic atqui verò, Dominus tete increpet, inquit.
10 Ast hi, quæ probris incessunt, non ea norunt,
**Consimiles brutis corrumpunt semet in illis* Verùm naturæ ductû quæcunq; scierunt,
Quæ ratione vacantia sunt animantia tanquam,
*Brutis sunt similes, dum corrumpantur iisdem.
11 Ipsis væ, Caini progressi in tramite nam sunt,
Genes. 4.8. Atq; in deceptû mercedis, qua Balaámus
Num.22.21 Deceptus fuit: effusi sunt, & perierunt
Num.16.1. *Absorpti*, in contradicendi *murmure* Córe.
12 Hi macularum sunt in vestris instar agápis,
2.Pet.2.17 Cum vobis epulis dum conviventur ijdem,
Semet pascentes omni formidine demptâ:
Quæ nubeculæ aquæ *existunt* humore carentes,
Impete ventorum quæ circumquàq; feruntur:
**Arboribus similes marcentibus, vt sine fructu,* *Arbusti autumnales, qui sine fructibus arent,

Bis

Bis *quæ sunt* emortuæ ex, radicitus illæ
Evulsæ: 13 *Sævi* furientes æquoris vndæ,
Dedecora ipsorum sua despumando vomentes, *spumantes*
Errantes stellæ, quibus est caligo profunda
Vsq; tenebrarum servata, futura perennis.
14 Porro prophetavit (post Adam) septimus Enoch,
De his, dicens: Venit En Dominus cum millibus eius *Apoc. 1. 7.*
Sanctis. 15 Iudicium ferat ille adversus vt omnes,
Et quicunq; in eis sunt impij, vt arguat ipsos,
De male commissis (quæ fecere) omnibus actis,
Omnibus atq; suis dictis quæ dura loquuti,
Sunt peccatores scelerati adversus eundem.
16 Murmura spargentes hi sunt, querulando molesti:
Inq; cupidinibus proprijs, incedere pergunt: *Psa. 17. 10.*
Os etiam quorum *loquitur turgentia verba; **profatur verba superba*
Caussâ admirantes personas vtilitatis.
17 Vos atqui-verò (Dilecti) sitis eorum
Verborum memores, qui prædixere futura,
Qui Domini sunt nostri ipsius Apostoli Iesu
Christi. 18 Quum vobis illi dixere, quòd essent
Tempore in extremô tales *veniente* futuri, *1. Tim. 4. 1.*
Qui deridentes contemnent quæq; cachinnis, *2. Tim. 3. 1.*
Semet in impietatibus *immergendo*, secundùm *2. Pet. 3. 3*
Quisq; suos libitus, dum quilibet ambulat *errans*.
19 Hi sunt qui à reliquâ secludunt sorte seipsos
Per sectas; animales, *vt* non Spiritum habentes.
20 Vos autem (Chari) sitis superædificantes
Vos ipsos fidei vestræ sanctissimæ, in Almô
Spiritu eô orantes. 21 Alijs alij auxiliantes,
Charô in amore Dei, vos conservabitis ipsos:
Expectantes commiserandi ipsius amorem,
Qui est Dominus noster Iesus Christus, det vt ipse
Æternam vitam. 22 Quosdam quoq; commiserantes
Este quidem; delectû sed discrimen habentes.
23 Quantumvis, alios etiam terrore *minantes*,
Servate, ex flammis rapiendo; sed & tunicella
Sit vobis odiô, quæ carnis commaculatur

Contactû.

Contactû. 24 Sed ei qui immunes reddere voſmet
Ipſô à peccato potis eſt, *vos & ſine culpâ
Siſtere Se coram; conſpectû gloriæ in eius
Præſentes, quôd in exultando ſitis ovantes:
Huic ſapienti *nempe* Deo tantummodò ſoli,
(Eſt Conſervator qui noſter,) gloria, eiq;
Magnificentia, robur & *eſto* ſimulq; poteſtas,
Et nunc atq; etiam per ſæcula quælibet. Amen.

* *vosq; immaculatos*

EPISTO-

APOCALYPSIS IOHANNIS THEOLOGI.

APOCALYP-
ſis Iohannis The-
ologi.

CAP. I.

Cauſa revelandi: Lector: ſcriptor. quibus: & cur
Officium Perſonaq; Chriſti, Eccleſia & eius.

REbus in arcanis Ieſû patefactio Chriſti,
Illa revelandis, citò quæ complenda fuerunt,
Quæ *Pater ipſe* Deus ſervis ipſius *operta*,
Filio (vt is poſſet proferre palam,) dedit *eius*;
Quæ *patefactio* ſervo ipſius porro Iohanni
Eius miſſa per Angelum erat, per ſigna relata:
2 Qui ipſe Dei ſermonem teſtificatus, Ieſû
Et de Chriſtô eſt teſtificatus, de omnibus iſtis
Atq; etiam rebus, vidit quaſcunq;. 3 Beatus
Qui legit, arrectant qui ad verba Prophetiæ & huius
Aures; qui ſervant ea quæ ſcribuntur in illâ,
Hi quoq; *fœlices*, inſtat ſiquidem propè tempus.
4 Cœtibus his ſacris, Aſiana Eccleſia ſeptem
Quæ exiſtunt, Iōhannes vobis gratia, Paxq;
Sint ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui eſt inde futurus
Vt veniat: ſimul à ſeptem illis Spiritibuſq;,

Qui

Qui *constipantes* conspectû sunt throni in eius;
5 Et simul à Iesû Christô, qui *est* ille fidelis
Testis, qui primo-genitus de morte solutis,
Ac Princeps Regum terræ *est*: complexus amore
Qui nos est, qui nos & in eius sanguine lavit
A nostris peccatis. 6 Qui nos deniq; fecit
Reges *esse*, Deoq; Sacerdotes, Patri & eius:
Gloria ei, & robur, sæc'lorum in sæ'cla *sit*. Amen.
7 Ecce venit cum nubibus: omnis ocellus & illum,
Illum quin etiam qui transfixere, videbunt:
Omnes porrò tribus terræ coràm quoq; plangent
Ipsô: etiam: Amen. 8 Alpha Ego & Omega; Principium
Et Finis: dicit Dominus, Qui est, quiq; erat, & qui (sum,
Est venturus, is omnipotens ille. 9 Ipse Iohannes,
(*Qui* & frater vester, pressurâ sum simul illâ
Quæ vos affligit, socius regno in simul eius,
Et patientiâ Iesu Christi;) eram in insula eâdem,
Qui dicta est Patmos, verbi è ratione *professi*
Divini; & Iesu Christi fuerim quia testis.
10 In die eâ, Domino quæ existit sacra dicata,
Spiritu eram correptus, itemq; à tergore vocem
Audivi magnam, velut esset buccina, dicens:
11 Alpha ego & Omega sum, primus simul vltimus ille:
Illud quodq; vides, in librô scribito, septem
Et sacris mittas Asianis Cœtibus illis:
Nempe Ephesi qui sunt, & Smyrnæ, & Pergami, eiq;
Qui est Thyatiræ, & Sardibus, & Philadelphiæ, eiq;
Laödicææ. 12 Convertebam meq; videre
Vocem, quæ mecum fuit *isthæc verba* loquuta:
Conversus verò, candelabra aurea septem
Conspexi. 13 Candelabrorum tum quoq; septem
In medio illorum, sum contemplatus *adesse*,
Nato hominis similem *quendam*; cui vestis amictus
Talâris fuit; & præcinctus adusq; mamillas
Aureâ *erat* zonâ: 14 Verùm caput atque capilli
Ejus candidi *erant*, sicut lana alba, nivisq;
Instar: & ocelli flammæ fuerant velut ignis.

15 Porrò

15 Porrò, pedes eius similes calcó-libanoq;
Ardentes velut in fornace: *erat* illius & vox,
Multarum *resonans* tanquam vox *esset* aquarum.
16 In dextrâ stellas septem simul eius habebat:
Et bis acutus ei gladius prodibat ab ore:
Insuper & facies illi sol qualis habetur
Lucens in virtute suâ. 17 Quum porro viderem
Hunc, ei aduiq; pedes cecidi, acsi mortuus *essem*.
Illius imposuit mihi dextram, tum simul aiens;
Ne metuas: Ego primus sum, sed & vltimus ille:
18 Et sum vivus, mortuus atq; fui, En quoq; vivo,
In sæc'lorum sæc'la. Amen. Claves habeoq;
Inferni & mortis. 19 Quæ conspexisti, ea scribe:
Et quæ sunt, quæ posthàc sunt etiamq; futura.
20 Septem stellarum quas tu mysterium *opertum*
Dexteræ inesse meæ vidisti; atq; aurea septem
Candelabra; ea sunt septem Angeli in hisce *ministri*,
Sacris cœtibus: Et quæ septem conspiciebas
Candelabra; ea septem sunt Ecclesiæ *habenda*.

Cap. II.

Scribere Iöhannes iussus tum Cœtibus his quæ
Septem Ecclesiæ erant Asiæ, vitanda, tenenda.

ANgelo ei scribas Ephesinæ Ecclesiæ, *is inquit*;
Hæc dicens, tenet is qui septem dexterâ in eius
Stellas, qui septem candélabra ambulat inter
Aurea: 2 Cognovi tua facta, tuumq; laborem,
Porro tuam tolerantiam item quòd ferre scelestos
Nequaquam possis; sed & exploraveris illos,
Qui dicunt, quòd Apostoli ij sunt, & *tamen* haud sunt,
Et *quòd* mendaces *existant* comperijsti.
3 Pressus itemq; fuisti onere, & quoq; sustinuisti;

Tùmq; meô pro nomine te sufferre laborem
Objecisti, & non es deficiendo fatiscens.
4 Ast habeo adversum te *aliquid*; quòd omiseris illum
Ardorem primum *fueras quò affectus* amoris.
5 Vnde (ergò) excideris, memor esto, & sis resipiscens;
Fac sis, vtq; priora opera efficias; alioquin,
Adversùm cito te veniam, simul-atq; movebo
E tibi sede suâ candelabrum, nisi mente
Sis resipiscenti. 6 Sed habes hoc, oderis vt-qui
Nicholaïtarum facta; hæc ego & ipsemet odi:
7 Audiat, (aurem quisquis habet,) quid Spiritus inquit,
Cœtibus his sacris: Victori largiar esûm,
Arbore de vitæ, sita quæ est mediô in Paradysi
Ipsa Dei. 8 Smyrnæorum scribe Angelo eiq;
Qui est Ecclesiæ; Is est qui primus & vltimus idem,
Qui vitâ functus fuit, est vivusq; sit ista:
9 Quæ tua sunt opera, illa à me *manifesta* sciuntur,
Atq; afflictio, *vt* & paupertas; (dives es immò;)
Illorum mihi nota simul blasphemia constat,
Qui dicunt sese Iudæos esse, sed illi
Non sunt omninò, Sathanæ sed *sunt* Synagoga.
10 Nil metuas illorum quæ passurus es; Ecce,
Est eventurum, qui scandala spargit vt ille
Carceris in *gyrum* dæmon, committat eorum
Qui sunt ex vobis aliquos, tentemini vt *inde*
Atq; futura decem spaciô toleranda dierum,
Est vobis afflictio. *Tu* sis vsque fidelis
Ad mortem; vitæ tibi largiar atque coronam.
11 Audiat, (aurem quisquis habet) quid Spiritus aiat;
Cœtibus his sacris; eccui victoria cedet,
Nequaquam lædendus is est a morte secundâ.
12 Angelo ei *qui* Ecclesiæ & *extat* Pergamiensi,
Scribas; Hæc dicit, Rhomphæam (parte ab vtrâque
Scindentem) qui habet ancipitem. 13 Tua opuscula novi,
Atque habitans es vbi, (Sathanæ thronus est vbi *nempe*)
Quòdq; meum nomen retinendo, fidemq; *professus*,
Ipsam *tute* meam, non *deficiendo* negasti,

Idq;

Idq; diebus in illis quandò occasio facta
Antipæ erat, mihi martyr qui fuit ille fidelis,
Inter vosmet, vbi Sathanas habitacula figit.
14 Ast habeo adversùm te paucula, quippe quòd isthìc,
Doctrinam Balaámi habeas qui sunt retinentes;
Qui offensam docuit Balaácum mittere coràm
Natis Israël, vt de his quæ oblata litantur
Idolis, ederent, & scortarentur: 15 Habesque
Nicholaïtarum sic qui sunt dogma tenentes:
Hoc odi. 16 Resipiscito, sin minùs, ociùs autem
Contrà te veniam; pugnabo cum simul illis,
Oris & ense mei. 17 Qui habet aures audiat idem,
Id quod Spiritus inquit eis, Ecclesia qui sunt:
Largiar huic qui victor erit, vescatur vt ipse
De Mannâ illô abscondito, ei dabo calculum & album,
Atque novum nomen scribetur calculô in illô,
Quod nemo novit nisi qui accipit. 18 Angelo & illi
(Qui Thyatirensi est Ecclesiæ *Episcopus ipse*,)
Filius ista Dei dicit, qui oculos habet ejus
Instar flammæ ignis, calcolybano simul ejus
Suntq; pedes similes. 19 Novi tua facta & amorem,
Atque ministerium, simul-atq; fidem, simul-atque
Quæ tua *sit* tolerantia, item tua opuscula *quæ sunt*.
Atq; etiam quòd plura prioribus vltima *consistent*.
20 Ast habeo adversus te paucula; quòd muliérem
Iezabeélem permittis, (quæ se esse Prophéten
Dicit,) vt illa docere queat; seducere posset
Vtq; meos servos; vt ij scortentur; edantq;
Ex his, Idolis quæ sacrificata fuerunt.
21 Tempus eiq; dedi resipiscere posset vt illa
A scortatû ejus; sed nondum pœnitet ipsam.
22 En ego *quapropter* sum projecturus eandem
In lectum, qui & sunt scortantes cum simul illâ,
Vt tribulatio eosdem maxima discruciaret,
De his quæ operati sunt, mutatâ sint nisi mente.
23 Et natos ejus delebo morte necando:
Istud scituræ noscent Ecclesiæ & omnes,

Scrutatorem renibus,& me cordibus esse;
Et cuicunq; dabo vestrûm sua tacta secundùm.
24 Vobis sed reliquis,dico,qui sunt Thyatiræ,
Istam doctrinam non sunt quicunq; tenentes,
Et Sathanæ quotquot se non novisse profundas
Nequitias(sicut mos hic est dicere)dicunt;
Non aliud vobis onus ipse imponere faxim.
25 Id retinete modò quod habetis, venero donec.
26 Et qui vicerit, & finem servarit adusq;,
Quæ statui facienda;potestatem dabo eidem
In Gentes; 27 Virgâ qui ferreâ item reget illas,
Fictiliumq; instar vasorum comminuentur.
28 Ipsemet atq; perinde meô de Patre recepi;
Huic matútinam pariter simul & dabo stellam.
29 Aures quisquis habet quibus audiat; audiat idem,
Spiritus ecquid eis(*qui sunt* Ecclesiæ,) dicat.

Cap. III.

Ad pastores Sardinienses & Philadelphos
Et Laodicenses ne in munere quandò tepescant.

ANgelo at huic qui Sardibus est,Ecclesiâ in illâ,
Scribas; hæc dicit,septemplex Spiritus eccui
Ille Dei est; habet hic etiam stellas quoq; septem:
Novi opera illa tua;vt qui vivere diceris,atqui
Mortuus es. 2 Vigilans esto,reliqua & moribunda
Confirmes: Siquidem tua opuscula plena nec esse
Inveni coram Divino Numine. 3 Quarè
Sis memor illorum quæ acceperis, audierisq;;
Quapropter serva, mutatæ mentis & esto.
Quod si propterea non invigilaveris; in te
Adveniam tanquam fur;nescius atq; eris horæ,
Adversus quâ te veniam. 4 Sed nomina pauca

Sardi-

Sardibus immò tenes *hominum* qui commacularunt
Haudquaquam sua vestimenta, hi proptereàq;
Incedent albati mecum, sunt quia digni.
5 His amicitus erit, qui vincet, vestibus albis,
Nequaquam vitæ de librô nomen & eius
Delebo: nomen coràm profitebor at eius
Patre meô, Angelicis *geniisq*, suis. 6 Qui habet aurem,
Audiat id, quod eis *qui sunt* Ecclesia, dicat
Spiritus. 7 Angelo at immò qui Philadelphiæ in illâ
Est Ecclesiâ, ei scribas; Hæc Sanctus is inquit,
Et verax, clavem Davidis qui tenet ille,
Qui reserat, claudit quoq; nemo: claudit & idem,
Et nemo reserat. 8 *Novi quæ facta patrasti:
(En *ego* proposui coram tete ostium apertum,
Et non est illud quisquam qui claudere possit:)
Virtutem quòd habes *modicam; quòd es atq; sequutus
Observando meum sermonem, nonq; negasti
Nomen *præ te ferre* meum. 9 Qui de Synagogâ
Existunt, Sathanæ *tradendus* En *ego* dedam.
Qui se Iudæos affirmant esse; sed illi
Non sunt *omninò*; verùm, mendacia dicunt:
En (*inquam*) faciam, quod ij veniant, & adorent
Procumbendo tuis pedibus, noscent quòd *egoq;
Te dilexi. 10 Sermonem servaveris ipsum
Quippe meæ patientiæ; ob hoc, servabo ego teq;
In tutô, quandò, tempus tentaminis *instat*;
Orbem terrarum venturum quod sit in omnem,
His explorandis, qui in terrâ sunt habitantes.
11 Ecce citò venio, quod habes retineto; coronam
Accipiat quò nemo tuam. 12 Si vicerit ecquis;
In Templi Dei vt ille mei siet *ade* columna
Præstabo. Atq; foras non ampliùs egredietur:
Exarabo Deiq; mei nomen super illum:
Exarabo Dei nomenq; mei illius vrbis,
(*Nempe*) novæ Solymitanorum, cœlitùs eius,
Quæ *mittente* Deô meô ab ipsô emissa supernè
Descendit:) meum id atq; novum nomen. 13 Qui habet (aurem,

Mihi cognita sunt tua facta
aliquam
& ipse

Audiat, his qui Ecclesia sunt, quid Spiritus inquit.
14 Angelo & est Laodicææ quæ Ecclesiâ in illâ,
Scribas; hæc dicit qui est Amen, ille fidelis
Et testis verax, Dei in omni re ille creatâ
Ipsum Principium: 15 Tua opuscula sunt mihi nota;
Quòd neq; frigidus es, neq; fervidus, opto quòd esses
Frigidus aut calidus: 16 Quùm sis idcircò tepescens;
Nec frigens nec fervens sis; est *ergò* futurum
Temet vt evomam ab ore meo. 17 Dicis quia, Dives
Sum, locupletatusq;, & sum nullius egenus:
Nescis & ærumnosus vt es, miserabilis atque,
Et pauper, cæcusq; ac nudus: 18 Consulo *verò*
Ipse tibi, de memet emens merceris vt aurum
Igne exploratum, fias vt divite censû:
Et vestimentis albis indutus vt esses,
Dedecus atque tuæ nequaquam nudiciei
Appareret: ocellos, & collyriô in-unctos
Vnge tuos, vt cernere possis. 19 Quos (ego) cunq;
Diligo, *eosdem* corripio, castigo & *eosdem*.
*Fervescens esto, resipiscito propterea que.
20 En, sto præ foribus ad limina, & *ostia* pulso,
Si quiscunque meam vocem audiet, & reserabit
Illius ostium; ero *mox* ingressurus ad illum;
Cum quô & cœnabo, mecum *cœnabit* & ille.
21 Qui vincet: dabo ei thronô in ipsô etiamq; sedere
Posse meô mecum; sicut simul atque ego vici;
Et *sicut* sedeo, cum Patre meo thronô in ejus.
22 Aures quisquis habet quibus audiat, audiat ille,
Quid sit, eis qui Ecclesia sunt, quod Spiritus inquit.

* *zelôtes*

Cap. IIII.

Visio prima hac est Divinæ gloriæ Imago,
A senioribus atque animalibus hu celebrata.

POst hæc vidi, atq; Ecce in cœlô erat ostium apertum,
Et vox (audivi quam primam) buccina tanquam
Est me affata, dicens; ascende hùc, & tibi posthàc
Quæ fieri debent ostendam. 2 Spiritû & *inde*
Illicò correptus fui; & in cœlô thronus (ecce)
Positus erat; throno eidem deinde insedit & *unus*.
3 Et qui sedit, Iaspidi erat lapidi (aspiciendus)
Sardio item similisq; *fuit, fuit* iris in ejus
Circuitûq; throni *viridante colore* smaragdi
Aspectû similis. 4 Throni in ejus circuitûq;,
Viginti sedilia quattuor atque fuére:
Deinde, superq; thronos viginti quattuor illos,
Contemplatus sum seniores *esse* sedentes,
Qui circùm fuerant amiciti vestibus albis,
Et capita illorum redimita fuére coronis
Ex aurô *factis*. 5 Prodibant & thronô ab illô,
Fulgura, itemq; tonitrua, voces atque *sonantes*,
Lampadibus cum septem ardentibus ante thronumq;:
Dona Dei quæ existunt spiritualia septem.
6 Ante thronum fuit insimul & mare vitreum ad instar
Chrystalli, in mediôq; throni hujus, circuitûq;
In cingente thronum, fuerant animalia, *nempe*
Quattuor, Antè oculis quæ plena fuere, retróq;.
7 Primum porrò animal simile extitit atque leoni;
Deinde secundum animal vitulo simile: effigiesq;
Terni animalis erat, facies hominis velut esset:
Quartum animal fuit assimilatum aquilæq; volanti.
8 Quattuor atq; animalia per se singula habebant
Sex alas in circuitû: plena intus erantque
Illa oculis, clamando diù, noctûque, quietis

Absq; intermissû, semper, dicentia; SANCTVS,
SANCTVS, SANCTVS: *es* Omnipotens Dominus, Deus
Is qui erat; is quiq; est, venturus qui simul estq;. (ille,
9 Insuper atq; animalia quandò gloriam, honorem
Atq; dabant, & gratiam habebant illa sedenti
In thronô eidem, qui sæc'lorum in sæcula vivit:
10 Viginti-&-quatuor Seniores procubuerunt
Ipsô coram, qui throni in eius *sede* sedebat,
Hunc & adorabant, qui sæc'la per omnia vivit.
Ante thronum simul abiecere suasq; coronas,
Dicentes; 11 Dignus (Domine) es, qui gloriæ, honoris
*Cultum*q; accipias, qui virtutemq;; creata
A te quandoquidem sunt omnia; quòdq; voluntas
Ipsa tua est; sunt omnia, & extant quæq; creata.

CAP. V.

Librum sigillis septem signatum aperire
Agnus erat dignus solus, laus omnis eidem.

IN thronô ad illiûs dextram vidiq; sedentis,
Intus & à tergo conscriptus quòd liber esset,
Septem signatus sigillis. 2 Tunc mihi visus
Angelus est fortis, qui magnâ voce *levatâ*
Prædicat: ecquis dignus is est, vt librum aperiret,
Et sigilla eius solvat? 3 Poterat neq; quisquam
In cœlô, nec in ipsâ terrâ, sed neq; subter
Terrâ, aperire librum, nec dum vel eumq; videre.
4 Tunc ego plorabam multùm, quod nemo repertus
Esset dignus, qui reseraret *qui* legeretq;
Librum, non etiam vel vt introspectet in illum.
Tunc vnus dixit mihi de Senioribus istis,
Ne ploraveris: Ecce tribûs vicit Leo Iudæ
David stirps, aperire librum, sigillaq; septem

Eius

Eius solvere. 6 Et aspexi, in medióq; throni, Ecce,
Quattuor atq; animalia, eosq; inter Seniores,
Agnus stans tanquám mactatus, cornua septem,
Atq; oculos isthic septem simul Agnus habebat:
Dona Dei qui *oculi* sunt spiritualia septem,
Hæc eadem terram quæ demittuntur in omnem.
7 Et venit, librumq; accepit dexterâ ab eius
Qui sedet in thronô eô. 8 Quô acceptô deniq; librô,
Quattuor illa animalia, viginti quatuorq;
Hi Seniores, in conspectu procubuerunt
Agni, qui citharas, phialas & singuli habebant
Ex aurô, plenæ quæ sunt suffitibus, vt quæ,
Nempe preces hæ sunt qui sanctificantur eorum.
9 Canticulum (dicentes) hi cecinére novumq;,
Scilicet; Accipias qui librum dignus es istum,
Insuper ipsius signacula qui reserares:
Nam mactatus es, atq; Deo nos esse redemptos
Effecisti, ex quâq; tribû, linguâ insimul, atq;
Ex populô, & regione, tuum *fundendo* cruorem.
10 Nosq; Deo nostro Reges qui feceris esse
Atq; Sacerdotes, regnabimus & super istam
Tellurem. 11 Conspexi tunc, atq; auribus hausi
Vocem spirituum numerosorum Angelicorum,
Atq; animalium, item Seniorum, deniq; eorum
Qui fuerant in circuitû throni; erat numerusq;
Millia myriadûm centena, & millia mille:
12 Dicentes, ingenti voce; Est dignus is ille
Agnus mactatus, virtus cui accepta ferenda;
Sint & opes, sapientia itemq; * & robur, honorq;, *potentia
Gloria item, benedictio itemq;. 13 Sed Insuper omnem
Porrò creaturam (quæ in cœlô, quæ est super atq;
Terram, quæ sunt inq; mari tellure sub *ima*,)
Audivi; atq; in eis quæ sunt dicentia, cuncta;
Sessori throni, & Agno *sit* benedictio, honorq;;
Gloria item, roburq; ævorum in sæcula, quæq;.
Dicebant animalia verò quattuor; Amen.
Et viginti quattuor illi tunc Seniores,

In

In facies cecidere suas, & adoraverunt
Illum; qui sæc'lorum sæc'la per omnia vivit.

Cap. VI.

Agnus sex libri reserat sigilla, sequuntur
Omnigenæ plagæ in terrâ, portentaq; cælo.

POst isthæc vidi quùm redderet agnus apertum
Vnum ex sigillis; audivi quattuor hisq;
Ex animalibus, vnum; dicens, (vox velut esset
Ipsius tonitru) Venias, simul-atq; videto.
2 Intuitusq; fui, sed & *adfuit* (En) equus albus,
Insuper isthic *equo* qui insedit habebat & arcum,
Est data eiq; corona, & vincens prodijt, vtq;
Vinceret. 3 At vero reserasset quando secundum
Sigillum; (dicens,) audivi animale secundum;
Accede, atq; vide: 4 Tunc prodijt atq; equus alter
Rufus, eiq; dabatur, vt is qui insedit eidem,
Auferret pacem de terrâ, alios alijq;
Vt mactent; magnus datus est simul ensis eidem.
5 Ternum sigilium reserasset quando sed illud,
Tunc avdivi animal ternum, quòd dixit; Adesto
Et videas: aspexi igitur; niger atq; equus (ecce;)
Quiq; insedit ei, lancem manû in eius habebat.
6 Quattuor inter & illa (audivi) animalia, vocem
Dicentem; denariolô esto bilibris habendus
Triticeus: denariolô tres atq; bilibres
Hordei: at haud vinum, seu oleum ne lædito quicquam.
7 Sigillum postquam reserasset deniq; quartum;
Audivi vocem dicentem quarti animalis;
Accedas & prospice: 8 Tunc perspexi, equus (Ecce)
Pallidus atq; *aderat*, sed & huic quæ insederat, eius
Nomen erat Mors: hanc infernus eratq; sequutus:

His-

Hisq; in quadrantem terræ est concessa potestas,
Vt gladiô, vtq; fame, morte vtq; , feris quoq; terræ,
Interimant. 9 Sigillum quintum quúmq; aperiret;
Vidi animas interfectorum, subter ût essent
Illæ altare, Dei pro verbô, quodq; fuerunt
Martyriô tuiti, doctrinam testificantes.
10 Qui clamaverunt (dicentes) voceq; magnâ;
Qui (Domine) & Sanctus, qui verax esq;, quousq;
Tu non iuditium sumes de sanguine nostrô,
Et vindictam de his qui in terrâ sunt habitantes?
11 Albæ tunc etiamq; stolæ vnicuiq; dabantur
Ipsorum, dictum quibus est etiamq;, quiescant
Temporis vt modicum, vel adhuc, quoadusq; futuri
Complendi fuerint qui sunt conservi & eorum,
Ipsorum fratres itidem, qui interficiendi,
Sicut & ipsi, sunt. 12 Aspexi tunc, vt apertum
Sigillum sextumq; fuit; Terræ tremor (ecce)
Magnus & est factus; sol factus & est niger, esset
Ceu saccus cilicinus; facta est lunaq; tota
Vt sanguis. 13 Stellæ de cœlô etiamq; cadebant
In terram, ficus ceu grossos abijcit eius,
Impete quum venti magni, concussa, tremiscit.
14 Cœlumq; abscessit, liber vt convolvitur; omnes
Et moti montes; evulsæ sedibus ipsis,
Insulæ itemq; suis, removentur. 15 Item quoq; Reges,
Et proceres, (terræ) & locupletes, atq; Tribuni,
Atq; potentes; servi etiam quicunq; fuere,
Qui sed & ingenui, sese abscondendo, latebant
In speluncis, montium item petreisq; cavernis.
16 Montibus, & petris etiam dixere; cadatis
Suprà nos, abscondite nos, conspectû & ab eius,
Qui sedet in Tronô eô, sed & Iracundiâ ab Agni.
17 Ingens ille dies quoniam ventura propinquat,
Illius Iræ: & quis potis est consistere coràm?

Cap. VII.

Vastantes prohibentur vt Angeli adusq; nocere,
Electi donec signentur; gaudia eorum.

ET post ista videbam quattuor Angeli ût essent
Terræ partibus insistentes quattuor illis,
Quæ anguli *habentur*, quattuor obsistendo tenebant
Qui ventos terræ, super vt tellure nequiret
Omninò ventus, super aut mare, flatilis esse,
Arbore sive super vel quâviscunq;. 2 Videbam
Angelum itemq; alium, qui ascendit solis ab ortû,
Sigillum *simul atq;* Dei viventis habebat:
Voce peringenti qui proclamavit ad illos
Angelicos genios, quibus est concessa potestas
Vt poterint terram, simul & mare lædere, dicens;
3 Nequaquam terram lædatis, nec mare, neuve
Vllis arboribus noceatis, nos quoad ipsos
Vsq; Dei nostri servos in frontibus horum
Obsignabimus. 4 Audivi numerum sed & esse
Illorum qui obsignabantur, millia centum
Quadraginta, & *millia* quattuor, Israëlis
Omnibus ex tribubus natorum. 5 De tribû Iüda
Extiterant obsignatorum millia bis sex:
Eq; tribû Ruben, signati millia bis sex:
Eq; tribû Gaddi, signati millia bis sex:
6 Aser deq; tribû, signati millia bis sex:
Nephtalis eq; tribû, signati millia bis sex:
*Eq; Manasse tribû, signati millia bis sex:
7 Eq; tribû Simeon, signati millia bis sex:
Eq; tribû Levi signati millia bis sex:
Isachar eq; tribû, signati millia bis sex:
8 *Eq; tribû Zabulon, signati millia bis sex:
Eq; tribû Ioseph, signati millia bis sex:
Beniamin eq; tribû, signati millia bis sex.

** Signati è tribu itemq; Manasse, millia bis sex:*

**Signati è tribu itemq; Zabulon, millia bis sex:*

9 Post-

9 Posthæc aspexi, simul (En) quàm plurima turba,
Quam potuit nemo numerare, ex omnibus illa -
Gentibus & tribubus, populisq; ex deniq; linguis,
Ante thronum stabant, conspectu & in illius Agni,
Veste stolis albis amiciti; etiamq; *fuerunt*
Ipsis, in manibus Palmæ. 10 Magnâ quoq; voce
Clamabant, dicendo, Salus nostro Deo, ab illô,
Qui super ipse thronum sedet, atq; *salus sit* ab Agnô.
11 Angeli & vndiq; circuitû throni in illius omnes,
Et Seniorum, animalium item quatuorq;, steterunt;
In præsente throni conspectû procubuerunt
In faciesq; suas, Deum adórandoq; colebant:
12 Dicentes, Amen. Benedictio, gloria & *esto*,
Et sapientia, & actio gratiæ, honorq;, potensq;
Virtus, robur *sit*q; Deo per sæcula nostro
Sæculorum. Amen. 13 Tum me compellavit & vnus
Ex Senioribus his, mihi dicens; Isti amiciti
Albis hisce stolis, qui sunt, atq; vnde profecti?
14 Et (Domine) huic dixi; Tu nosti. Tum mihi dixit;
Hi sunt qui magnis ex affligentibus ipsos
Pressuris venére, stolas lavére suasq;,
Hasce dealbavere stolas in sanguine & agni.
15 Sunt ideôq; Dei ante thronum, servire diûq;
Atq; illi noctû satagunt templi eius in æde,
Quiq; throno insidet, hic habitans erit inter eosdem.
16 Esurient non ampliùs, ampliùs haud sitientq;,
Et non sol in eos, non æstus & incidet vllus:
Agnus enim mediô throni in eius pascet eosdem,
Ad vivos fontes & eos deducet aquarum,
Abstergetq; omnem lachrimam Deus his, ab ocellis.

Cap. VIII.

Angeli item septem sigillo septimò aperto
Procedunt; quatuor clangentibus, hinc mala multa.

Sigillum porrò septenum quùm reserasset;
Conticuere omnes ingente silentiô (ad horæ
Dimidium) fermè facto, cœli in *regione*.
2 A me conspecti fuerant quando Angeli ijdem,
Ante Dei stantes conspectum, porrò dabantur
Hisce tubæ septem. 3 Veniens atq; Angelus alter
Accessit, stetit arâ & coràm, thuribulumq;
Aureum habebat: suffitus multiq; dabantur
Ipsi, cum precibus sanctorum (offerret vt illos)
Cunctorum, super altari aureô eô quod habetur
Ante thronum. 4 Conscendit de suffitibus autem
Fumus cum precibus sanctorum, de Angeli (ad ipsum
Conspectum vsq; Dei) *incendente* manû. 5 Angelus istud
Accepit quoq; thuribulum, replevit & illud
Ex igne altaris, terramq; abiecit in ipsam.
Atq; tonitrua facta, & voces, fulgura suntq;,
Et terræ-motus. 6 Septem quiq; Angeli habebant
Hasce tubas, sese antè pararunt clangere velle.
7 Angelus & primus clanxit; Tunc grandinis imber,
Ignis item factus cecidit, cum sanguine mistus,
Et proiecta fuere in terram; tertia parsq;
De arboribus combusta fuit, viridans quoq; fœnum
Ignibus exustum fuit omne. 8 Deinde secundus
Angelus is clanxit; tunc tanquam mons quoq; magnus
Igne fuit radicitus in mare iactus inardens;
Est simul-atq; maris sanguis pars tertia facta.
Atq; creturarum mortua tertia pars est,
In mari earum quæ existunt; animantia (*dico*;)
Deperierunt tertia pars & navigiorum.
10 Tertius Angelus & clangebat, stellaq;-magna

De

De cœlô cecidit(*faculæ quæ ardebat adinstar,)
In partem cecidit fluviorum deniq; ternam,
In fontes & aquarum. 11 Nomen dicitur autem
Stellæ, absynthium:& hinc facta est pars tertia aquarum,
Vsq; in amárorem conversa absynthij: & inde
His ab aquis homines multi(factæ quòd amaræ
Sunt,)moriebantur. 12 Tùm quartus & Angelus ille
Clanxit, quùm percussa fuit pars tertia solis,
Lunæ & tertia pars, stellarum tertia parsq;,
Sic vt tertia pars obscuraretur eorum;
Prębere lucem non tertia parsq; diei,
Et noctis paritèr. Tum vidi atq; auribus hausi;
Angelus in mediô cœli vnus itemq; volabat,
Dicens, væ, væ, væ (prægrandi voce sonando)
Indigenis terræ; reliquis à vocibus illis,
Quis resonare tubis remanentes porro futuri
Angeli ij clangent, tres pòst exinde sequentes

* *Quæ ardebat Lampadis instar*

Cap. IX.

Clangenti quinto vastarunt quæq; locustæ;
Sexto vastarunt equites clangente, hominesq;

ANgelus & quintus clanxit,(stellamq; videbam,
E cœlo cecidisse in terram;) cui data clavis
Est etiam putei, *nimirum* ipsius Abyssi.
2 Et puteum reseravit Abyssi, fumus ab illô
Et puteô ascendit, magnæ fornácis adinstar.
3 Ex fumô in terram sed & exivere locustæ:
Est data talis eis, qualis datur atq; potestas,
Scorpiolis qui in terrâ sunt. 4 Mandatur at illis,
Nè gramen terræ, quicquam viridans neq; lædant,
Arborem item non vllam:homines tantummodò verò
Hosce, Dei signum quibus haud in frontibus esset

Ipso-

Ipsorum. 5 Datur at non his, occidere posse
Illos, verùm quinq; vt mensibus excrucientur;
Sit cruciatus & his, cruciatus scorpij adinstar,
Quùm percusserit ipse hominem. 6 Quærent per eosdem
Atq; dies homines mortem, non invenientq;
Illam; deinde mori cupient, quùm mors & ab illis
Aufugiet. 7 Tum porrò Locustarumq; figuræ
Adsimilantur equis, ad prælia quandò parantur,
Impositæ velut atq; super capitella coronæ
Illarum, similes auro; facies & earum,
Vt facies hominum *fuerant:* 8 Crines & habebant,
Vt crines muliérum: dentes atq; leonûm
Illis erat instar. 9 Loricas demq; habebant,
Acsi loricas ferratas; queis sonitusq;
Alarum, tanquam sonitus de curribus *esset,*
Quum multis ab equis currentibus editur, actis
Ad bellum. 10 Caudas talesq; vt scorpij habebant,
Spicula & in caudis illarum: Deinde potestas
His erat humano generi quod quinq; nocerent
Mensibus. 11 Impositum sibi regem quin & habebant
Angelum Abyssi; Hebræô cui est idiomate Abaddon
Nomen. Græcè est illud, Apollúon; *sed & hoc est,*
Perdens. 12 Vnum væ transivit, & (ecce) sequuntur
Posteâ, adhuc duo væ. 13 Tunc Angelus *ordine* sextus
Clanxit, & audivi quatuor de cornibus aurei
Altaris, vocem quandam, quod Numine coram
Esset Divinô. 14 Sextoq; ait Angelo, habenti
Illa tubam; Faxis quatuor solvantur vt illi
Angeli, in Ingenti qui existunt flumine vincti
Euphráte. 15 Angeli ij sunt quattuor ergo soluti,
Ad *quamvis* horam, adq; diem, mensemq; & ad annum,
Antè parati; vt ab his hominûm pars tertia posset
Occidi. 16 Atq; exercitus est numeratus equestris
Millia bis centum millena, audivi & eorum
Hunc numerum. 17 Per visum contemplabar equosq;,
Sessoresq; horum, thoraces ignei & illis,
Atq; hyacinthini eisdem sulphureiq; fuerunt;

His

His at equis capita instar erant capitumq; leonum;
Ignis & ipsorum fuit eructatus ab ore,
Et fumus, simul & sulphur. 18 Tribus est & ab istis
Tertia pars occisa hominûm, de *scilicet* igne,
De fumoq; & ab eructatô sulphure, ab ore
Ipsorum. 16 Quòd in ore potestas omnis equorum
Et *vis* in caudis *omnis* consistit eorum:
Caudæ quandoquidem similes serpentibus extant,
Quæ capitella simul (per quæ noceatur) habebant.
20 Porrò homines reliqui, plagis non hisce perempti,
Non resipiscebant, manuûm *cessando* suarum
Abs operûm factis, vt dæmonia hi nec adorent,
Aurea item simulachra, argentea, & ærea, & hæc quæ
Saxea sunt, & lignea, quæ nec cernere visû,
Neuve audire queant, nec eundi est vlla potestas;
21 Nec resipiscentes (mutata mente) fuerunt,
Sive suis homines à cædibus esse peremptos;
Sive veneficiorum phyltris se incubuisse;
Seu quòd polluerant fœdè sua corpora scortis,
Eripuisse suis aliorum seu bona furtis.

Cap. X.

Angelus alter amictus nube tenendo libellum
Tradit Iohanni, qui iussus devorat ore.

ANgelum itemq; alium præstanti robore vidi,
Qui descendebat de cœlo *nube amicitus:
Cujus erat suprà caput iris: vultus & ejus
Vt sol: deinde pedes ignis velut atque columnæ.
2 *Iste* libellum porro habuit manû in ejus apertum,
Eius deinde pedem posuitq; super mare dext'rum,
Atque super terram lævam. 3 Clamavit & altâ
Voce, leo sicut rugit: Clamasset vt autem,
Voces *inde* suas sonuêre tonitrua septem.
4 Voces atque suas tum quandò loquuta fuissent

* *in nubis amictu.*

Illa tonitrua; ego scripturus eram: mihi verò
(Audivi vocem) dicentem cœlitùs illam:
Obsignato tonitrua, quæ sunt illa loquuta
Septem, quin immò veruntamen, haud ea scribas.
5 Angelus is stantem quem deinde super mare vidi,
Atq; super tellure; manum tunc sustulit eius
Ad cælum. 6 Per eum juravit, quiq; per æva
Ævorum vivit, cœlum qui *nempe* creavit,
Et quæ sunt in eo; & terram, quæ sunt & in illâ;
Et mare, & hæc quæ sunt in eô; minimè fore tempus
Ampliùs. 7 Angeli at in septem exinde diebus
Vocis, quando tubę demùm clangore sonabit,
Esse Dei mysterium idem tum perficiendum,
Vt servis eius narraverat ipse Prophetis.
8 Et vox (audieram quam de cœlo;) illa loquuta
Est rursus mecum; dicens; Abi, eúmq; libellum
Accipias adapertum, *gestat* quem manû in eius
Angelus ille super mare stans, super & quoq; terram.
9 Angelum ad hunc abijq;, & dixi; cedo, libellum
Hunc mihi des. Mihi dixit & isthic, accipe, eumq;
Devora: amáricie & ventrem tibi reddet amaram,
Dulcis in ore tuô sed erit tibi, mellis ad instar.
10 E manû & Angeli eundem accepi deinde libellum,
Deglutivi & eum, fuit vt mel in ore meôq;
Dulcis; at hunc quùm deglutissem, ventris amáror
Cœpit inesse mihi. 11 Mihi tum dicebat; oportet
Esse prophetantem populos te rursus, & ante
Gentes, & linguas, & reges denique multos.

CAP.

CAP. XI.

Templum metitur; redivivi sunt duo testes;
Septena clangente tubâ caro quaeq; resurgit.

ET calamus virgæ similis datus est mihi, porrò
Angelus astitit, aiens, surge; Dei quoq; Templum
Metire, atque Altare, & adorantes in eodem.
2 Atrium at est extrà quod Templum exclude, nec illud,
Dimetire, quòd est largitum Gentibus; vrbem
Sanctam calcabunt quadragintaq; duobus
Mensibus 3 Et tribuam binis mihi testibus *illam*,
Mille prophetabunt ducentis hiq; diebus,
Et sexaginta, vestiti corpora saccis.
4 *Hi sunt illæ oleæ binæ; & candelabra bina,
Quæ Domini terræ sunt existentia coram
Conspectû posita 5 Illis quod-si porrò nocere
Ecquiscunque velit; tunc ignis prodit ab ore
Ipsorum, qui illos inimicos devoret horum.
Ipsis quandoquidem cupiat quiscunque nocere,
Ille modô tali quod erit perimendus oportet.
6 His concessa potestas est occludere cœlum,
Ne pluat *hisce* diebus *quando* Prophetiæ eorum
Sunt declarandæ: Sed & his concessa potestas
Est in aquas, in sanguinem eas convertere posse,
Atq; omni plagâ tellurem percutiendi
His quoties libitum fuerit. 7 Quum testificatum
Finierintq; suum; conscendet tunc ab Abysso
Bestia quæ bellum geret illa adversus eosdem,
Vincet & illos, occisura est insuper ipsos.
8 Vrbis & in plateis occisa cadavera magnæ
Illorum *projecta* jacebunt: quæ ipsamet *vrbs* est
Spiritualiter hæc Sodoma, Ægyptusq; vocata,
Noster vbi Dominus fuit & crucifixus ibidem.
Ex populis *homines* etiam, tribubusq; videbunt,

* *Isti bina olea sunt, candelabráque bina*

Atque ex linguis, Gentibus atque, cadavera eorum
Per tres vsq; dies, & dimidium; neque poni
In monumenta cadavera eorum sunt sinituri.
10 Incolæ item terræ super illis gaudia ducent,
Atque exultabunt, inter se munera mittent
Atque alijs alij, bini isti namque Prophetæ
Illos in tellure habitantes excruciarunt.
11 Verùm (post tres inde dies mediumq; sequentem,)
A *donante* Deo qui *est processurus*; in illos
Vitæ spiritus ingredietur; denique stabunt
Erectis pedibusq; suis super, & timor ingens
Tum super illos incidet, hos quicunque videbant.
12 Audiverunt magnam vocem deinde loquentem
Ipsis de Cœlô *vos* huc ascendite, tumq;
In cœlum per nubem conscendêre supernè;
Hostes ipsorum contemplabantur eosq;.
13 Motus factus & est horâ telluris in illâ
Ingens, vrbis & est quæ pars decumana cadebat:
In terræ-motûs occisa etiamq; tremore
Nomina tunc hominum sunt septem millia, suntq;
Perculsi reliqui terrore, dedere Deoq;
Cœli gloriam. 14 Abivit væ *tum deinde* secundum.
Tertium & ecce citò veniet Væ. 15 Septimus ille
Angelus atq; tubâ clanxit, factæq; fuerunt
Voces (dicentes) permagnæ, cœlitus ortæ:
Regna orbis Domino sunt nostro *subdita* facta,
Ejus item Christo, sæc'lorum in sæcula; Regnans
Qui imperitabit eis. 16 Viginti quattuor illi
Tunc Seniores, qui ante Deum sedilibus illis
Insedere suis, proni facies in eorum
Procubuerunt, denique adoravere Deumque:
17 Qui Domine (aiebant) Deus Omnipotens, tibi grates
Reddimus; vt qui sis, & eras, venturus erisq;:
Quippe potestatem magnam virtute tuâpte
Propria eam quòd adeptus sis, Regnumq; inijsti.
18 Et sunt iratæ Gentes, tua *venit & ira,
Et defunctorum tempus, tum quando subibunt

** & advenit ira.*

Judicium,

Iudicium, servisq; tuis tum quando rependes
Mercedem, simul atq; Prophetis, & quoq; Sanctis:
Nomen itemque tuum reverentibus, hisce pusillis
Et magnis; illos & perdas, perdere terram
Qui studuêre. 19 Dei templum in cælo est & apertum,
In Templô ipsius visa est & fœderis Arca
Illius, & sunt fulgura facta, fuereq; voces,
Et tonitrus, terræq; tremores, grandoq; *magna.

* grandis

Cap. XII.

Parturiens mulier, draco rufus ei insidiatur.
Deycit hanc Michael, sed bella redintegrat vsq;.

INsuper in cœlô signum comparuit ingens:
Fœmina Sole fuit vestita, sub illius atque
Luna fuit pedibus, de stellis atque corona
In capite ejus erat duodenis. 2 Et gravida illa
Parturiens clamabat, & vt pareret cruciata est.
3 Est etiam signum quoq; visum cœlitùs alt'rum,
Enq; draco magnus rufus, septem capita eccui,
Cornua erantq; decem, capita & diademata septem
Insigniverunt ejus; 4 Cui cauda trahebat
Ternam stellarum cœli partem, sed & illas
In terram stravit: draco perstitit iste sed ante
Hanc mulierem *iam* parituram; quùm peperisset
Illius vt prolem, glut[illegible] devoret ipsam.
5 *Illa* marem sed-enim-verô est enixa puellum,
Ferreâ erit virgâ gentes recturus is omnes:
Insuper est etiamq; hic raptus Filius ejus
Ad Deum, ad ipsiusq; thronum. 6 Sed fœmina fugit
In desertum, vbi habet præstructum Numine ab ipsô
Ante locum *tutum*, possent vt (mille diebus,
Ducentis, sexaginta) ipsi alimenta parare.

7 Prælium & in cœlô factum fuit; ipse Michaël,
Angeli & eius, cô cum pugnavere dracone:
Cum quibus ille draco, pugnarunt angeli & eius.
8 Sed non obtinuerunt: ampliùs & nec eorum
In cœlô locus est inventus. 9 Draco deniq; magnus
Ille ejectus erat, serpens antiquus is, ille
Impingens dæmon convitia, quique vocatus
Est Sathanas; seductor is est qui totius orbis
Terrarum, terram (dico) est ejectus in istam,
Angeli & eius erant projecti cum simul ipsô.
10 In cœlô vocem dicentem denique magnam
Audivi; Nunc facta salus est, & quoq; virtus,
Atq; Dei nostri regnum, Christiq; potestas
Illius, quando accusator *qui fuit* ille
Fratrum nostrorum, (dic eos, qui nocte simulq;,
Ante Dei vultum nostri accusaverat vsque)
Est nunc dejectus. 11 Quem devicére sed ipsi
Propter *virtutem nimirum* sanguinis Agni
Propter sermonem simul ipsi testificantem:
* Prodigi erant animæq; suæ mortem vel adusq;.
12 Propterea cœli lætati sitis ovantes,
Atq; habitatores quicunq; manetis in illis.
Væ vobis habitantibus in tellure, mariq;;
Ad vos descendit quoniam convitia spargens
Dæmon, habens iram magnam, quia tempus habere
Se modicum noscit. 13 Draco quando idcirco videbat
Esse in terram se projectum; tunc mulierem
Insectabatur (quæ enixa marem fuit) illam.
14 Atq; duæ datæ erant aquilæ magnæ mulieri
Alæ, (à serpentis conspectu) posse volare
In desertum, in suum locum, vbi provisio facta
(Vnde aleretur) erat, per tempus, tempora perq;,
Temporis & per dimidium. 15 Serpens & ab ore
Post mulierem misit aquam, (ceu fluminis instar,)
Vt rapi eam faceret per flumen. 16 Terra erat autem
Huic adjumento mulieri, aperiebat & illa
Os suum, & absorbebat flumen, quod draco misit

* *Dilexere suamq; animam mortem nec adusque.*

Eius

Eius ab ore. 17 Draco mulierem denique contra
Irâ inflammatus, discessit bella movere
Cum reliquis ex eius semine, qui recolentes
Sunt mandata Dei, qui & habentes testificatum
Sunt Iesû Christi. 11 Stetit atq; maris supra arénam.

Cap. XIII.

Bestia multarum capitum seducit vt orbem
Ascendente (ea confirmatur) bestia ab altera.

BEstiam & aspexi ascendentem de mari, habebat
Quæ septem capita, atq; decem *qua* cornua *habebat*,
Cornibus imposita atq; decem diademata, nomen
Impositum capita ista super blasphemiæ eratq;.
2 Et similis fuit hæc quam vidi bestia pardo,
Porrò pedes pedibus similes ipsius & vrsi
Os *erat* ipsius velut os *est* atque leonis:
Virtutemq; suam draco contribuebat eidem,
Atque tronum, *tum deinde* potestatem quoq; magnam.
3 Et caput ex reliquis vidi insuper illius vnum,
Vulnere quòd cæsum tanquam læthaliter esset;
Plaga sed eius erat læthalis, reddita sana:
Bestiam & admirans, est omnis terra sequuta.
4 Atq; draconem sunt venerati, qui dedit isti
Bestiæ habere potestatem, proniq; colebant
Bestiam, & aiebant; Similis quis bestiæ *habendus*?
Quis cum illa pugnare potest? 6 Os atq; dabatur
Illi magna loquens, blasphemaq; verba; potestas
Mensibus est illi quadragintâq; duobus
Concessa, hæc vt agat. 6 Tunc os aperibat & eius
Ad blasphemandum contra Deum, ad afficiendum
Opprobrijs eius probrosis nomen, & eius
Blasphemando Tabernaclum probro afficiendum,

Insimul atque illos, qui in cœlô sunt habitantes
7 In Sanctos illiq; datum est, vt belligeraret,
Et debellet eos, data ei fuit atque potestas
In quamcunq; tribum, linguam simul, & quoque gentem.
8 Ergo colent illam terræ quotcunque coloni,
Existunt quorum nequaquam nomina scripta
In librô vitæ (mactatus qui fuit) agni,
A fundamentis projectis primitus orbis.
9 Audiat, aurem si quis habet. 10 Quòd si quis abactos
Captivos faciet; *simul* is captivus abactus
Ductus erit; gladiô si verò occiderit ecquis,
Ille *etiam* gladiô *simul* occidatur oportet.
Isthìc est patientia, & *est* fiducia Sanctis.
11 Bestiam itemq; aliam de terrâ ascendere vidi,
Cornua cui fuerant duo, sicut habebat *&* Agnus,
Vt draco at immò loquuta fuit. 12 Sed & omnia fecit,
Bestia quæ facere illa prior potis esset in eius
Conspectû, sed & efficiebat, terra vt & eius
Indigenæ primam venerantes bestiam adorent
Illam, lætalis fuerat cui reddita sana
Plaga. 13 Et signa edebat magna, adeo vsq; quòd ignem
De cœlô in terram descendere redderet, ante
Conspectus hominûm. 14 Seduxit terrigenasq;,
Propter signa isthæc, quæ edendi tanta facultas
Huic permissa fuit, conspectû bestiæ in eius:
Indigenis terræ dicens, vt bestiæ Imago
Formaretur ab his eius quæ vulnus habebat
Inflictum gladiô, & vixit. 15 Datur insuper illi
Vitam bestiæ imagini vt inderet ipsa animalem,
Bestiæ vt hæc etiam simul & loqueretur imago,
Et faciat quod qui non bestiæ imaginem adorant
Occidantur. 16 Fecit & omnes tumq; pusilli,
Tum quoque magni; tum locupletes, deinde & egeni;
Liberi, item servi; manû ab his acceptus vt esset
In dextrâ, aut in frontibus *ipse*, character eorum.
17 Et ne quis vel emat, vel quicquam vendere posset,
Ipse charactere sit nisi præsignatus; haberet

Be-

Bestiæ is aut nomen; numerum vel nominis eius:
18 Isthìc est sapientia: quòd si intelligit ecquis;
Est hominis numerus; numeri quoque computus huius,
Sexcenta, sexaginta, sex iste *futurus*.

Cap. XIIII.

Monte super stante Agno, Evangelium sonat unus,
Angelus alter, ternus, quartus, quintus & alter.

TVnc vidi, super & montem stetit (ecce) Sionis
Agnus. cumq; illô *fuerant* qui nomen habebant
Ipsius Patris conscriptum in frontibus horum,
Millia centum quadraginta quattuor. 2 Atque
Audivi vocem de cœlô, sicut aquarum
Multarum sonitum, tonitrûs sonitum quoque magni:
Audivi cytharœdorum vocemq; *sonantem*,
Qui cytharis pulsando suis modulamen habebant:
3 Canticulum qui cantavere, novum velut esset,
Insimul ante thronum, simul & quoq; quattuor ante
Illa animalia, denique & ante illos Seniores:
Illud canticulum potuit neque discere quisquam,
Præter centum quadraginta quattuor illa
Millia, qui sunt è tellure *videlicet* empti.
4 Hi sunt, qui polluti cum mulieribus haud sunt,
Sunt in virginitate quòd hi: sectantur ijdem
Agnum, iërit quocunq; : Ijdem ex hominum *genere* empti,
Isti primitiæ Deo & Agno etiamq; fuére.
5 Et dolus illorum non est inventus in ore,
Quippe Dei ante thronum sunt hi sine crimine culpæ.
6 Angelum itemq; alium conspexi *deinde* volantem
Per mediam cœli partem, qui perpetis ævi
Hic Evangelium tenuit, quò nuncia læta
Indigenis terræ narret, genti simul omni,

Et tribui, & linguæ, & populô; 7 Cum voce sonora
His dicendo; Timete Deum, tribuatis honorem
Gloriæ eiq;, quòd hora advénit judicij eius:
Hunc & adorantes sitis qui condidit ipsum
Cœlum, terram etiam, mare item, fontes & aquarum.
8 Angelus est aliusq; sequutus, qui simul inquit;
Vrbs cecidit, cecidit Babylon, magna ipsamet illa,
Quippe quòd irascens *Deus* excandescuit irâ)
Vinum quandoquidem scortandi præbuit illa,
Gentibus omnibus epotare, *vt inebriet ipsas.*
9 Tertius Angelus illos est etiamq; sequutus,
Magnâ voce aiens; Si quisquam bestiam adorat;
Eius si vel imaginem adorat, & accipit idem
Sive characterem vel fronte, manû vel in eius.
10 Vindicis iste Dei de vinô combibet iræ,
Ex etiamq; mero in poc'lo mixto illius iræ:
Atq; etiam cruciabitur igne & sulphure, coram
Angelicis *genijs* sanctis spectantibus *illum*,
Et coram conspectû Agni 11 Tunc fumus eorum
Tormentorum, ævorum est ascensurus in æva;
Atq; diù nullam requiem, noctû vel habebunt:
Hi qui bestiam, & ipsius *vel* imaginem adorant,
Si characterem accipiat *vel* nominis eius.
12 Hic patientia Sanctorum est, mandata, fidemq;
Hic Dei, & *hic* Iesû, qui custodire studebunt,
13 Cœlitus audivi tunc vocem quæ mihi dixit,
Scribe, Beati *sunt* hi tempore mortui ab istô,
Qui in Dominô moriuntur. Sic est, Spiritus inquit,
Omnibus inde laboribus vt requiete fruentur
Abs illorum; quos opera atque sequuntur eorum.
14 *Et vidi, simul ecce, *micabat* candida nubes,
Deinde super nubem quidam similisq; sedebat
Nato hominis, capiti suo habebat & ille coronam
Ex aurô impositam, & falcem manû in eius acutam
Prodijt è templô tunc Angelus insuper alter,
Qui magnâ clamavit ad illum voce, sedentem
Supra nubem; Mitte tuam falcem, metitoq;:

Insuper aspexi, simul en et candida nubes.

Hora

Hora tibi quoniam devenit, quando metatur:
Messis enim terræ maturè exaruit. 16 Ergò,
Qui nubi insedit, falcem mittebat is eius
In terram, terra & messa est. 17 Tunc Angelus alter
Prodijt è Templô, cœli in regione *locatô*,
Falcem *nimirùm simul* hic & habebat acutam.
18 Angelus atq; etiam de Altari prodijt alter,
Cui super igne etiamq; fuit concessa potestas:
Qui magnâ cum voce simul clamavit ad illum,
Qui falcem retinebat eam manû in eius acutam,
Atq; tuam falcem mittas (dicebat) acutam,
Et botros qui sunt vineti demete terræ,
Quandoquidem maturæ existunt illius uvæ.
19 Angelus idcircò eius falcem misit acutam
In terram, simul atque fuit vindemia facta
Vineti terræ, quam proijciebat in illum
Ingentemq; lacum Divini Numinis iræ.
20 Calcatus lacus est quæ extrà vrbem per stadia atq;
Mille & sexcenta lacû ab illô sanguis equorum
Emanans ipsos ad frænos vsq; fluebat.

Cap. XV.

Angeli item septem plagæ quibus vltimæ inessent,
Dantur eis septem phialæ Dominiq; furoris.

TVnc *ego* permagnum, sed & admirabile signum,
In cœlô *esse* aliud, Septem illos *nempe* videbam
Angelicos *Genios* Septem plagas qui habuerunt
Postremas, per eas expleta Dei ira quòd esset:
2 Et mixtum velut igne foret, vitreum mare vidi,
Atq; ipsos qui bestiâ ab illâ, & imagine ab eius,
Atq; charactére eius, sunt victoriam adepti,
(Ex numerô qui est nominis ejus) apud mare stantes
Vitreum

Vitreum; habentes atq; Dei cytharas. 3 Cecinerunt
Canticulum Mosis serviq; Dei sed & Agni
Canticulum aientes; opera existunt tua magna,
Atq; (Deus Domine omnipotens) mirabilia illa,
Iustæ sunt veræq; viæ tibi, Rex Sanctorum:)
4 Quis te non timeat (Domine) & non glorificabit
Nomen honore tuum? Nam solus Sanctus es; Omnes
Gentes & venient, vt coram temet adorent;
Iudicia idcircò quoniam tua sint patefacta.
5 Posthæc aspexi, Templum quòd & esset apertum
In cœlô (ecce) Tabernacli de Testificatû:
6 E Templo exibant sed & insuper Angeli ijdem
Septem, qui septem plagas habuere *sequendas*,
Qui linô purô fuerant & candidô amicti,
Præcincti ex aurô circà quoq; pectora zonis.
7 Atq; dedit (de quattuor his animalibus) vnum,
Angelicis *genijs* phialas, aurô fabrefactas,
His septem, repletas *scilicet* hasce Dei irâ
Ipsius, qui per sæc'lorum sæcula vivit.
8 Et templum fumô est à Majestate repletum
Procedente Dei, virtute ejusq; potenti;
In Templum nullus potuit intrare, quöusque
Explerentur septem plagæ, de quibus esset
Angelicis septem *genijs* concessa potestas.

Cap. XVI.

Angeli ij effundunt phialas, Dei easq; furoris,
Tunc oriuntur plagæ in mundo, magna & in vrbe.

AVdivi è Templo vocem magnamq; loquentem
Angelicis *genijs* septem, quæ dixit, abite,
In terram phialas septemq; effundite, *quæ sunt*,
De irascente furore Dei. 2 Tunc *Angelus ergo*,

Primus

Primus prodijt, in terram phialam sed & eius
Effudit; factumq; malum vulnus fuit, illud,
Contra homines sævumq; fuit, quibus huius inesset
Ille character bestiæ, & imaginem adoraverunt
Illius. 3 Tunc insuper Angelus ille secundus,
Ipsius phialam profundens in mare misit;
Illud & est factum, defuncti ceu cruor esset:
In mari item quodcunque animal vivebat, idipsum
Mortuum erat. 4 Phialamq; suam tunc tertius ille
Angelus in fluvios fontesq; effudit aquarum,
Factæ suntq; cruor. 5 Tunc audivi Angelum aquarum,
Dicentem, Iustus (Domine) es; qui existis, erasq;
Sanctus item, quia judicio decreveris ista.
6 Illi quandoquidem Sanctorum sanguine fusô,
Seq; Prophetarum *fœdarunt*; ergo cruorem
Vt biberent illis tribuisti, sunt quia digni.
7 Audiviq; alium Sanctâ de sede loquentem,
Eia etiam, Domine Omnipotens Deus; Omnia vera,
Iustaq; sunt tua judicia isthæc. 8 Angelus atq;
In solem quartus phialam diffudit, eidem
Affligendi homines æstûq; dabatur in igne.
9 Et flagraverunt homines ingente calore,
Atq; Dei blasphemaverunt nomen, vt eius
Cui super his plagis esset *suprema* potestas:
Nec resipiscebant, dent illi vt gloriæ honorem.
10 Angelus inde suam phialam quintusq; profudit,
Bestiæ in ipsius sedem, Regnum sed & eius
Est tenebris plenum factum, cruciante dolore
Ipsorum proprias mandebant denique linguas.
11 Inq; Deum cœli blasphemavére doloris
Præ cruciatibus, ipsorum præ vulneribusq;,
Non resipiscebant de factis hisce suisq;.
12 Angelus ipsius phialam sextusq; profudit,
Euphraten magnum *nimirum* flumen in illud;
Est aqua & ejusdem siccata, parata vt ab ortû
Solis, eis via pervia fiat regibus, illâc
Qui sunt venturi. 13 Vidiq; ex ore draconis

Bestiæ

Bestiæ ab ore etiam, simul & quoq; pseudoprophetæ
Spirituum quòd *nempe* trium *progressus* ab ore
Impurorum *factus erat*, ranæ velut essent.
14 Spiritibus quandò fiunt edentibus ista
Dæmoniorum signa equidem; pergentibus illis
Ad Reges terræ, totius & orbis, vt ipsos
Colligere ad bellandum possent omnipotentis
In Dei eam pugnam, magni quæ erit ipsa diei
Illius. 15 En, venio sicut fur. Ille beatus
Qui vigilat, custodit item sua vestimenta,
Ambulet vt non nudus, eiq; pudenda viderent.
Inq; locum collexit eos, Hebraica cui vox
Est Armágeddon. 17 Tunc septimus Angelus ille
Inde suam phialam profudit in aëra; magna
Et vox è Templô cœli est à sede profecta,
Quæ dixit; Factum est. 18 Facti tonitrusq; fuerunt
Fulgura, itemq; tonitrua, terræ magnaq; facta
Est trepidatio, qualis erat non hactenus vnquam,
Ex quo tempore terram sunt homines super ipsam
Indigenæ facti, tanta est concussio terræ.
19 In tres partes vrbis & est diremptio facta
Illius magnæ; cecidereq; Gentibus vrbes;
Inq; memoriam item Babylon vrbs magna, Dei ante
Conspectum venit, calicem præberet vt illi
Vini indignabunde ipsius bilis in irâ.
20 Insula diffugit sed & omnis; nonq; reperti
Sunt montes. 21 Grandis descendit grando, talenti
Instar item pondo, de cœlô homines super ipsos:
Tunc homines diris blasphemavere Deumq;
Grandinis hanc propter plagam; quia grandinis hujus
Plaga fuit vehemens, graviter quâ afflixerat illos.

Cap. XVII.

Descripta est meretrix, quæ bestia portat & illam,
Et mysteria, & exitus, hinc victoria & Agni.

ANgelicis genijs ex septem vénit & vnus,
Qui septem phialas habuerunt; atq; loquutus
Est isthic mecum, mihi qui dicebat; adesdum;
Ostensurus sum tibi quæ damnatio fiet
Illius magnæ meretricis, sessio cujus
Est in aquas multas. 2 Cum quâ scortatio facta
Regibus est terræ, scortatûs cujus erantq;
Vinô ebrij facti, qui in terrâ sunt habitantes.
3 Tunc in spiritû & in desertum me abstulit illinc;
Et vidi mulierem, insedit Bestiæ & illa,
Ornatû cocci (fulgente) coloris amicta,
Nominibus quæ plena fuit blasphemiæ, habebat
Quæ septem capita; atq; decem quæ cornua. 4 Eratq;
Isthæc purpureâ mulier circumdata veste,
Et cocco; aurô & inaurata est, nituitq; lapillis
Hæc preciosis, & (quas dant conchilia) baccis,
Ex aurô cyathum manû in illiusq; tenebat,
Execrabilibus diris ad summa repletum,
Atq; immunditiâ (scortando) libidinis eius.
5 Deinde, in fronte suâ descriptum nomen eidem
Est, Mysteriûm; *id est*, Babylon, magna ipsamet illa,
Quæ mater scortatuum, & est immundiciarum
Detestabilium terræ. 6 Vidi & mulierem
Ebriam eam sanctorum sanguine, sanguine demum
Martyrum Iêsu: sum miratus quumq; viderem
Illam, demirans equidem vehemente stupore.
7 Angelus & mihi ait; Cur demirando stupescis?
Quod mulieris in-est mysterium, ego tibi dicam,
Bestiæ item quæ portat eam, cui sunt capita illa
Septem, cuiq; decem sunt cornua. 8 Bestia quam tu
Vidisti; fuit, & non est; atque est ab abyssô

Ascensura,

Ascensura, & in exitium simul est abitura.
Incolæ item terræ (quibus haud sunt nomina scripta
In librô vitæ, mundi à fundamine jactô,)
Bestiam eam demirabuntur, quando videbunt
Illam quæ fuit, & non est, etiam tamen extat.
9 Cui sapientia inest, Isthic est mens: Capita illa
Septem, sunt septem montes, mulier super ecquos
Ista sedet. 10 Reges & septem sunt: Ceciderunt
Quinque; vnus consistens est; Nondum quoq; venit
Alter. Qui tum quandò venerit, hunc & oportet
Perdurare brevi pro tempore. 11 Bestia vero
Quæ fuit, & non est, est octônarius ille:
Ex septemq; his est: abit isthic in exitiumq;.
12 Illa decem quæ conspexisti cornua, Reges
Suntq; decem; regni sed nondum jure potiti,
Immò potestatem perquirent, hi velut essent
Reges, vnâ horâ cum bestiâ. 13 Habent simul vnum
Consilium: tradent & vires bestiæ eidem,
Ipsorumq; potestatem. 14 Qui belligerabunt
Contra Agnum tamen Agnus erit victurus eosdem,
Est quoniam Dominus dominorum, Rex quoq; Regum,
Partibus ex eius qui sunt etiamq; vocati,
Electi simul atq; existunt, atq; fideles.
15 Deinde, mihi dicebat; Aquæ quas conspiciebas,
Illa sedet meretrix vbi; sunt populi, simul atq;
Sunt turbæ, & gentes, & linguæ. 16 Cornua verò
Illa decem quæ conspexisti in bestiâ; ijdem
Insectabuntur meretricem mente malignâ:
Quam quoq; desertam, nudam reddent & eandem;
Et carnes eius comedent, quamq; igne cremabunt.
17 His in corda Deus siquidem tribuebat eorum,
Vt quod ei placitum foret, exequerentur idipsum:
Et præstent vnum consensum; bestiæ eorum
Regnum contribuant, hæc donec perficiantur
Verba Dei. 18 Mulier quoq; quam vidisti, ea magna est
Vrbs supra Reges terræ regnô illa potita.

Cap.

Cap. XVIII.

Horrendum excidium Babylonis, luctus obortus,
Terrigenis, cœlestibus exultatio ovantum.

VIsus item posthæc à me fuit Angelus alter,
Qui descendebat de cœlô, magna potestas
Cui *largita* fuit, tanta, vt quoq; gloria ab eius
Terra coruscaret. 2 Clamavit voceq; valdè
Ingenti, dicens; Cecidit, Cecidit Babylonis
Vrbs ea magna, habitatio factaq; dæmoniorum
Omnium itemq; ea spirituûm custodia *facta*
Est impurorum, volucris custodia & omnis
Immundæ, atq; exosæ. 3 Excandescentiæ ab eius
Scortatûs vinô, omnes gentes namq; biberunt:
Et Reges terræ scortati cum simul illâ
Sunt; mercatores locupletes denique facti
Sunt, opibus, de delicijs scaturiginis ejus.
4 Audivi vocemq; aliam, quæ cœlitus inquit,
Mi popule, exite ex illâ, nè participantes
Peccatis de eius sitis, de eius quoq; plagis
Accipientes. 5 Peccata illius accumulata
Namq; ad cœlum pertingebant, est Deus ipse
Atq; recordatus scelerum eius, 6 Reddite eidem,
Reddidit illa velut vobis, detis quoq; dupla
Rursus ei pro duplô, ipsius facta secundùm,
Illo ipso in poc'lô quô vobis miscuit; illi
Duplum commiscete. 7 Et quantum se extulit, estq;
Luxuriata; illi cruciatûs reddite tantum
Et luctûs; in corde ipsius quippe quod inquit;
Regina insideo, vidua & non sum, neq; luctum
Aspiciam. 8 Plagæ venient ergò die in vnâ,
Mors, luctusq;, famesq;, atq; exuretur ab igne.
Fortis enim Dominus, condemnaturus eandem
Est Deus. 9 Hanc flebuntq;, etiam plangent super illam

Reges terræ, qui scortati & luxuriati
Cum fuerint illâ; fumum tum quandò videbunt,
Eius quem dabit inflammatio. 10 Qui procul indè
Stantes, ob terrorem de cruciatibus eius,
Sunt dicturi; Vah, vah, magna illa vrbs Babylonis,
Illa vrbs fortis: Iudicium tibi venit in vnâ
Horâ. 11 Mercatores terræ denique flebunt
Edent & super illâ luctum, nemo quòd horum
Exhinc empturus sit merces ampliùs. 12 Auri,
Argenti & merces, preciosi etiamq; lapilli,
Baccarum quoq; margaritarum, tum quoq; byssi,
Tum quoq; purpureæ, tum sericeæ quoq; *vestis*,
Et quæ tinguntur coccô, lignum sed & omne
Quod thymum, vas omne & eburneum, & omne quod est
Ex lignô summi pretij, vel ab ære liquatum, (vas
Ex ferro, vel marmore *factum*. 13 Tum cinamómum,
Suffitusq;; vnguentumq;, & thus, & quoq; vinum
Atq; oleum, similamq; & triticum, item jumenta,
Deinde & oves, & equos, rhedasq;, & corpora capta,
Atq; animas hominum: 14 Desiderij quoq; fructus,
Quos anima expeteret tua; discessére remoti
A te, pinguia & omnia, præclara atq; abierunt
A te, quæ non inventurus es ampliùs exhinc.
15 Harum rerum mercatores, (facti opulenti
Abs illâ) stabant procul, è ratione timoris
Ob tormenta eius, flentes, luctuq; gementes.
16 Dicentes etiam, vah, vah, *fuit* vrbs ea magna
Quæ bysso, & quæ purpura erat, vestitaq; coccô,
Quæq; deaurata extitit aurô, *ornata* lapillis
Et preciosis, & (quas dant conchilia) baccis;
Tantæ divitiæ quia devastantur in vna
Horâ. 17 Omnesq; gubernatores, omnis itemq;
Turba ea conversans in navibus, & quoq; nautæ,
Ex mari & hi quotquot questum faciunt, procul illi
Stabunt. 18 Et clamabunt, fumum quandò videbunt
Eius qui de incendio erit, tum denique dicent;
Isti prægrandi quænam similis *fuit* vrbi?

Et

19 Et (super-injectô capiti horum pulvere:) flentes,
Et luctû querulô clamabunt, vociferantes,
Dicentes & erunt; Vah, vah, *fuit* vrbs quia magna,
Naves sulcantes in quâ omnes in mari habentes,
Sunt facti dites preciosâ opulentiâ ab eius;
Funditùs vnâ hora desolata est. 20 Super illâ
Exulta cœlum, sint Sancti & Apostoli *ovantes*,
Atq; Prophetæ; * de hâc quoniam vestræ Deus ergô
* Vindictæ, pœnas sumpsit. 21 Tunc sustulit vnus
Angelus egregiè strenuus lapidem, qui erat instar
Ille molaris, eum projecit & in mare, dicens,
Impete cum tali Babilon sic proijcietur,
Vrbs ea magna, nec est hinc ampliùs invenienda.
22 Et cytharædorum nec vox, neq; musicus vllus
Tybicenq;, tubâq; canens non amplius vllus,
In te auditus erit: neq; qui profitebitur artes,
(Sint quæcunque artes) in te ampliùs invenietur:
Non auditus erit sonitusq, molæ ampliùs in te.
23 Lucebitq; lucernæ lux non ampliùs in te,
Et vox sponsi, sponsæ etiam vox ampliùs in te
Auditu non excipietur. Quippe quòd illi
Qui mercatores tui erant, fuerant & ijdem
Terræ magnates. Gentes sed & illius omnes
Quando veneficijs seductæ errore fuerunt.
24 Insuper atq; Prophetarum profusus in illâ
Vrbe *fuit* sanguis, Sanctorum porrò repertus
Cunctorumq; qui sunt in terrâ etiamq; necáti.

** Iudiciô est siquidem Deus vltus*
** Iudicium vestrum de illâ*

Cap. XIX.

Laudant cœlestes & ad agni festa vocantur.
Apparet sponsus deiecta est Bestia in ignem.

In simul hæc etiam postquam transacta fuissent,
Audivi vocem magnam, quam plurima turba
In cœlô faciebat, dicens, Halleluia;
Esto salus, & gloria, honor quoque, deniq; virtus

Huic, Dominus Deus *est qui* noster. 2 Quippe quod eius
Iudicia existunt veracia, *sunt* quoq; justa;
Et *quoniam* magnam meretricem *scilicet* illam
(Terram quæ corrumpit, cum scortatibus ejus)
Damnavit; qui & vindex est de sanguine *fuso*,
Asserto ex eius manibus. 3 Sursumq; secundò,
Halleluïa, dixerunt: Ascendit & ejus
In sæc'lorum sæcula fumus. 4 Tunc Seniores
Procubuêre simul viginti quattuor illi,
Quattuor atq; animalia; adoravêre Deumq;
Qui sedet in thronô; & aiunt, Amen, Halleluïa.
5 Atq; thronô tum vox ex istô prodijt, aiens;
Ferte Deo nostro laudem, servi illius omnes,
Quiq; ipsum parvi, qui magni etiamq; timetis.
6 Audivi tanquam sonitum turbæ quoq; multæ,
Insuper & sonitum multarum sicut aquarum,
Et tanquam sonitum, collisa tonitrua magna
Quùm reboant; illis dicentibus; Halleluïa;
Omnipotens quoniam Dominus noster Deus ille
Regnavit. 7 Lætemur & exultemus ovantes,
Gloriam item tribuamus ei; venêre quod Agni
Nuptiæ, & ipsius sese vxor quando paravit.
Byssinô item purô datur illi quod sit operta
Et splendenti: Byssinum enim sunt Iustificati-
Ones sanctorum. 9 Et dixit mihi, Scribe; Beati,
Qui sunt invitati ad cœnam vbi nuptiæ aguntur
Agni. Ait & mihi; verba Dei veracia sunt hæc.
10 Procidi & ante pedes ipsius, eum quòd adorem:
Sed mihi dicebat; Vide-sis, ne feceris; *ipse*
Sum tibi conservus, fratrûm *simul atq;* tuorum,
Officium quorum de Iesû est testificari.
Sed Deum adorato. Nam testificatio Iesû,
Spiritus ipse Prophetiæ ea extat. 11 Tunc & apertum
Cœlum vidi; equus albus & ecce, Incessor & ipsi,
Ille fidelis erat, verax, simul atq; vocatus;
Et per justitiam dijudicat, & quoq; pugnat.
12 Ast oculi fuerant ejus flammantis vt ignis,

In

In capite atq; ejus diademata multa fuerunt;
Inscriptum quoq; nomen habebat, quod (nisi is ipse)
Nemo novit. 13 Amictus erat quoque sanguine tinctâ
Veste; appellatur de nomine, Sermo Deiq;.
14 Copiæ eum de militibus cœlestibus autem
Sectabantur, equis albis, qui byssinô amicti
Albô & purô. 15 Et ab ore ejus prodibat acutus
Ensis, vt hôc posset Gentes etiamq; ferire:
16 Et reget hic ipsas in virgâ ferreâ: & hic est
Ille, lacum qui vini excandescentiæ & iræ
Ipse Dei omnipotentis proculcabit. 16 Habebat
Et vestimento, suô itemq; in femore nomen
Scriptum, Rex Regum, Dominus simul & Dominantûm.
17 Angelum item quendam, stantemq; in sole videbam,
Ingenti clamans strenuè qui voce sonavit,
Omnibus alitibus (dicens) regione volabant
Qui cœli in mediâ, veniatis, & este gregatim
Ad cœnam properando Dei magni 18 Quòd edatis
Carnes Regum, carnes his qui suntq; Tribuni,
Carnes atque potentûm *hominum*, carnes & equorum,
Atq; sedentûm in eos, carnes atq; ingenuorum
Omnium, & illorum servili conditione
Qui sunt, seu magni *fuerint*, seu deniq; parvi.
19 Deinde videbam, bestia vt hæc, Reges quoq; terræ,
Atq; exercituum collectæ copiæ eorum
Vt præstò fuerant gesturi bella parati
Ipso cum, qui insedit equo, cum exercitû & ejus.
20 Et compr'ensa est bestia, cum quâ pseudopropheta
Captus & est, qui fecerat isthic signa stupenda,
In conspectû ejus, quibus is seduxerat illos,
Nempe charactêris signum qui bestiæ habebant
Acceptum, quiq; eius Imaginem adoráverunt.
Ignis & in stagnum conjecti sunt simul ambo
Vivi, quod fuit ardens sulphure. 21 Sunt reliquiq;
Illius occisi gladiô processit ab ore
Qui ex ipsius, equô qui insedit: aves simul omnes
Carnibus exesis saturatæ sunt & eorum.

Cap. XX.

Angelus astringit Sathanam, reparatq; solutus
Prælia, vincitur, omnes iudiciiq; resurgent.

ANgelum & è cœlô vidi descendere, Abyssi
Qui clavem tenuit manû in eius, itemq; cathenam
Magnam, 2 Compr'ensum tenuit sed & ille draco-
Serpentem antiquum (qui est *scilicet* ille cavillans (nem,
Crimine dæmon, & *adversarius ille* Sathânas:)
Atq; ligavit eum, *stringendum* mille per annos.
3 Quem simul inq; profundum conijciebat Abyssi,
Occlusitq;, atq; obsignavit quam super ipsum,
Ampliùs vt gentes minimè seducere posset,
Terminus annorum donec sit mille repletus:
Posteà ad exiguum quoq; solvi tempus oportet.
4 Vidi deinde, Thronos, sederunt & super illos,
Iudiciumq; dabatur eis; animas & eorum,
Qui decollati fuerant pro testificatû
Iesu, & pro sermone Dei, qui Bestiam eamq;
Non venerati sunt *forma* nec imaginis eius;
Frontibus ipsorum non charactêris & eius
Signô consignati sunt, manibus vel eorum,
Qui sunt & vitâ fruituri mille per annos,
Vnà cum Christô debent regnôq; potiri.
5 Non reliqui redivivi at erunt ex morte solutis,
Expleti donec sint anni hi mille quousque.
Est istæc rursum surrectio prima. 6 Beatus,
Et Sanctus, qui rursus in hâc (surrectio prima
Quæ est) habeat partem: *siquidem* quòd in hosce secunda
Illa potestatem nequaquam mors habet *vllam*:
Immo Sacerdotes Dei erunt, Christiq; futuri,
Vnà cumq; ipsô regnabunt mille per annos.
7 Mille tamen fuerint expleti quando sed anni;
Carcere tum demum Sathanas solvetur ab eius:

Atq;

Atq; exibit, gentes vt seducere posset,
Extremis quatuor quæ sunt in partibus orbis,
Gog & Magog, ipse & eos in prælia coget,
Quorum censendus numerus maris est vt arena.
9 Atq; superficiem super ascendére vagantes
Terrarum, Sanctorum castraq; circuierunt,
Dilectamq; vrbem: Descendens cœlitùs ignis
A-q; Deô venit, qui deglutivit eosdem.
10 Dæmon is accusator, qui seduxerat illos,
Ignis & est in stagnum missus sulphuris atque,
Illa vbi bestia *erat, fuit* illeq; pseudopropheta:
Et cruciabuntur sæc'lorum in sæc'la, diûq;
Hi noctûq;. 11 Thronum magnum tum deinde videbam
Candidum; item quendam super illum porrò sedentem,
Cujus ab aspectû tellus cœlumq; refugit,
Nec locus illis ampliùs est alicundè repertus.
12 Defunctos parvos & magnos tum quoq; vidi,
Stantes ante Dei conspectum, libri & aperti
Sunt; alius liber est & apertus, qui *liber* est is
Vitæ; judicium defuncti tumq; subibant;
Ex his; (in libris illis quæ scripta fuerunt)
Facta ea juxtà quæ patrarunt. 13 Reddidit illos
Et mare quos habuit, quos mors & habebat eosdem,
Atq; infernus eos defunctos quotquot habebat:
Iudicium subiêre suum tum quisq;, secundùm
Quæ sua facta patrarunt. 14 Morsq; infernus & ipse,
In stagnum projecti (*qui est ex igne*) fuerunt:
Mors est ista secunda. 15 In librô qui neq; scriptus
Est vitæ inventur, lacum in ignis conjicietur.

Cap.

Cap. XXI.

Finito orbe priore novus, Solyma nova sponsa
Agni: descripta sunt urbs, Templum, Deus Agnus.

DEinde novum cœlum vidi, terramq; recentem,
Abscessit primum quia cœlum, primaq; terra,
Amplius & nec erat pelagus. 2 Tum deinde novamq;
Vrbem Sacratam Solymam vidi ipse Iohannes
Quæ Deo ab ipso descendebat cœlitùs illa.
De cœlô audivi vocem magnamq; loquentem;
3 Ecce tabernaclum divini Numinis *isthic*
Cum genere humanô, quibus unà cumq; habitabit;
Ipsius sunt illi etiam populiq; futuri,
Cum quibus ipse Deus, Deus estq; futurus eorum.
4 Qui lachrimam sed & abstersurus erit Deus omnem
Abs oculis horum, nec prorsus mors erit vltrà,
Nec luctus, clamorve, laborve nec ampliùs vllus
Extabit, quoniam quæ prima fuere, abierunt.
5 Ille thronô qui insedit itemq; ait, En nova quæq;
Efficio. Mihi deniq; dixit; Scribito, namq;
Existunt isthæc vera atq; fidelia verba.
6 Et mihi dicebat, *quæ præcessère*, fuerunt.
Ipsemet Alpha ego sum, sed & Omega: Principiumq;,
Sum quoque Finis. Ego sitienti ex fonte liquoris
Vivi donabo gratis 7 Qui vicerit ille
Omnia possessurus erit; simul atque futurus
Sum Deus huic, mihi eritq; futurus filius iste.
8 At verò timidis & non credentibus, atq;
His execrati qui existunt, atq; homicidæ;&
Mœchis, atq; vtentibus arte veneficiorum,
Atq; idola colentibus & mendacibus ipsis
Omnibus, existit pars *assignata* quibusvis,
Illo in stagnô, ardenti *ex* igne & sulphure. Mors est
Ista secunda. 9 Ad me tunc venit & Angelus vnus,

Ex

Ex his ſeptem, qui ſeptem phialas habuerunt
Plagis poſtremis hi quas habuere repletas:
Qui mecum ſimul atq; loquutus, dixit; Adeſdum,
Oſtendam tibi ſponſam quæ Agno eſt vxor *habenda.*
10 Atq; in Spiritû, in ingentem montemq; præaltum
Me ſuſtollebat, magnam monſtravit eamq;
Ille mihi Sanctam Solymorum *ſcilicet* vrbem,
Deſcendentem de Deo, ab ipſo *vertice* cœli.
11 Gloriâ in *effulgente* Dei quæ clara nitebat,
Lumen cujus erat pretij ſummiq; lapillo
Adſimilandum, ceu lapidis *vel* Iaſpidis inſtar,
Splendentis tanquam Chryſtalli. 12 Prætereaq;
Murum prægrandem, ſublimem deniq; habebat
Quæ portas habuit duodenas; Angeli *erant*q;
In portis duodeni, inſcriptaq; nomina, quæ ſunt
Natorum duodenorum tribuûm Iſraëlis.
13 Tres portæ ex oriente *fuerunt*; ex aquilone
Tres portæ; ex auſtrô tres portæ; ex ſole cadente
Tres portæ. 14 Fundamina porrò murus habebat
Vrbis item duodena, quibus *fuerant* in ijſdem
Nomina item duodena horum *qui &* Apoſtoli *ijdem*
Extiterant Agni. 15 Qui eſt mecum porrò loquútus,
Aureum arundineum calamum menſurus habebat
Hic vrbem, portaſq; illius, nomina & ejus.
16 Vrbis item poſitura fuit quadrangula, quæq;
Porrecta in longum tanta eſt, quanta eſt ea lata,
Menſus & eſt vrbem calamô illô, quæ ad ſtadiorum
Bis ſex mille erat; & longa & lata, & *fuit* alta
Partibus æquatis 17 Murum dimenſus & ejus
Centum quadraginta quattuor eſt cubitorum,
Menſurâ humanâ, quæ eſt Angeli. 18 Et ædificata
Eſt muri ſtructura ex jaſpide, porrò ſed ipſa
Vrbs, aurum purum, vitro ſimilis quoq; puro.
19 Et lapide ex precioſô vrbis fundamina muri
Exornabantur: primum fundamen Iaſpis:
Sapphiruſq;, ſecundum: Chalcêdonia *gemma,*
Tertium erat: quartum *fundamen, gemma* Smaragdus:

Quin-

*Sardonychus

20 Quintum *Sardónyx: *est* sextum Sardia *gemma*
Septimum *erat* quoq; Chrysolithus: Beryllus *eratq;*
Octavum: nonumq; Topazius: & decumanus
Chrysoprasus: *fuit* vndecimum, *lapis atque* Hyacinthus:
Atque Amethystus erat duodenum. 21 Deniq; portæ
Quæ fuerant duodenæ, ex baccis hæ duodenis
Margaridum fuerant: Portæ & quæcunq; seorsim,
Vnio erant generis preciosæ è margare conchæ:
Atq; platea vrbis purum (vitrum velut) aurum
Pellucens. 22 In ea nec Templum conspiciebam;
Omnipotens etenim Dominus Deus ipsemet eius,
Agnus & est Templum. 23 Nec sole aut lunâ eget vrbs (hæc,
Vt quæ lucerent in eâdem: gloria splendens
Namq; Dei collustrat eam, cuiusq; lucerna
Est Agnus 24 Gentes quæ & seruabuntur in eius
Lumine *progressuræ sunt: Reges quoq; terræ
Gloriam eorum, sunt simul adducturi & honorem
Illi ad eam. 25 Non perq; diem claudentur eidem
Portæ; quûm siquidem nequaquam nox erit illic.
26 Gloria item quæ est Gētium, honorq; feretur ad ipsam,
Quicquid & inquinat haud omninò intrabit in illam,
Aut (quod abhorrēdum sit) quicquam quod patrat iniqui,
Falsa vel is concinnat qui mendacia; verùm
Hi librô vitæ qui conscribuntur in Agni.

*Perrectura

Cap. XXII.

Rivus aquæ vivæ, vita arbor, & omnia vera:
Adjice nil, minuas nil, Alpha atq; Omega Christus.

ET mihi aquæ vivæ fluvium (qui splenduit instar
Chrystalli) ostendit, procedentem Dei & Agni
De thronô. 2 At in medio Plateæ eius, parte & vtraq;
Fluminis est arbor vitæ, fructus duodenos
Ipsa ferens, fructumq; suum per quoslibet edens

Men-

Menses, & sanis folia eius & efficiendis
Gentibus, 3 Et non est adversus anáthema quemquam
Ampliùs inde futurum · at erit sedes Dei & Agni
Vrbe in eâ : servi *qui exiſtunt* eius, eiq;
Servitium reddent. 4 Eius faciemq; videbunt,
Frontibus *inſcribetur* nomen & eius in ipsis.
5 Et nox illic non erit vltrà, namq; lucernâ
Non opus est illis quicquam, nec lumine solis;
Quandoquidem Dominus Deus ipse illuminat illos;
Perpetuabunt & sæclorum in sæcula regnum.
6 Tum mihi dixit; fida hæc & veracia verba
Sunt, Dominus Deus ipse Prophetarumq; sacrorum,
Angelum is eius misit, vt indicet his sibi servi
Qui sunt, illa brevi fieri quæ tempore oportet.
7 En, venio velociter : Est quiscunq; beatus,
Verba Prophetiæ in hôc librô observaverit ecquis.
8 Isq; ego sum, qui audivi isthæc, vidiq; Iohannes.
Quùmq; audivissem, quùm vidissemq;, vt adorem
Procubui ante pedes (mihi qui hæc ostenderat) eius
Angeli: 9 At ille mihi (vide-sis ne feceris) inquit
Quando tuus conservus sum, fratrumq; tuorum
Nempe Prophetarum, sed & horum verba libri huius
Qui observant: Deum adora. 10 Deindè etiam mihi di-
Quæ sunt verba Prophétiæ, ea haud signaveris, huius (xit;
Libris : quùm siquidem nunc instat tempus adesse.
11 Qui nocet, isthic adhuc noceat, qui sordidus estq;
Is sordescat adhuc : qui existit justus & ille,
Iustificetur adhuc : qui existit sanctus & ille,
Sanctificetur adhuc. 12 Atq; En, venio cito, merces
Et mea mecum est, vt reddam cuicunq; secundùm
Atque opus eius erit. 13 Sumq; Alpha ego, & Omega,
Principium & finis; primus sed & vltimus ille, (sum-);
14 Qui sunt servantes eius mandata, beati:
In lignum vitæ sit vt illis facta potestas;
Vtq; etiam per portas ingrediantur in vrbem.
15 Porrò canes extràq; venefici, & eijciendi
Scortatores atq; homicidæ, Idoloq; latræ,

Quis-

Quisquis amans mendacij & est, mentitur & idem.
16 Angelum Iesus ipse meum (quò testificetur
Hæc vobis in Sacris cœtibus) hunc ego misi:
Stirps ea, progenies ego sum Davidis & illa,
Splendida stella illa, & quæ matutina relucet.
17 Spiritus ipse etiam; sponsa ipsa, aiuntq;, venito:
Qui simul audit, dicat & ille; veni: Sitit ecquis,
Et veniat: quisquis desiderat, accipiatq;
Gratis aquam vitæ. 18 Contestor namq; cuiq;,
Verba Prophetiæ qui est auditurus is hujus
Libri, si quis ad hæc apponit; erit Deus illi
Plagas hôc in librô scriptas appositurus.
19 Siq; Prophetiæ minuens erit ecquid ab hujus
Libri verbis; huic partem Deus auferet ejus
E librô vitæ, simul atq; ex vrbe sacratâ,
Atq; ex his in librô hôc quæ sunt scripta. 20 Profatur
Qui testatur is hæc: Etiam venio citus. Amen.
Sic Domine advenias Iesu. 21 Domini estoq; nostri
Gratia cum vobis Iesu Christi omnibus, Amen.

FINIS.

Qui cœpisse dedit, qui cœpta sequendo peregit,
huic omnis detur gloria, lausq; Deo.

Admonitio Lectori de varijs Lectionibus.

Si qua diuersis variabit lectio verbis
vtere Iuditio (Lector amice) tuo.

Admonitorium alterum de eisdem & pluribus alijs dodecastichon.

Distichon id tantum de parte priore notaui,
lectio si verbis sit variata, monens.
Nunc iterum moneo formà variante legendi;
ut sit inoffensum: nil nocet, immo iuvat.
Impressas præter quas tunc impressor omisit,
hic formas varias has reliquasq; noto.
Quum varient exempla latina vetustaq; græca,
clarior hinc multis lux sit aperta locis.
Durior asperitas aliquando carminis urget,
verba quòd explanes vel peregrina petunt:
Idem dum sensus manet integer. Hæc noto (Lector)
ne sunt offensa. Videris illa legens.

Lectiones variæ.

In Euangelio secundum Matth.

——————— *Progenerauit* — Cap. I. v. 4.
Aminadab sed Aram ———————
Me modò omitte, decens sic est implere quòd omnem — Cap. 3. v. 15
Nosmet iustitiam ———————
——————— *supra quoque pinnas* — cap. 4. v. 5.
Templi stitit eum, simul est affatus & illum:
Fælices lugentes, quòd solamen habebunt. — ca. 5. v. 4. 17.
Ne venisse putetis me dissoluere legem,
——————— *Dum verò cogitat an quis* — cap. 6. v. 17.
Vestrum sollicitè, potis est augére staturam

cap.7.v.15. *Quando lupi existunt intrinsecus immo rapaces*
ver.29. ———————*Cui erat etu namque potestas*
Quando docebat eos, non ut Scribæque docebat.
cap.9.10. ————————————*simul eius*
cap.11.25. *Confiteor (Pater) ipse tibi* ———— ————
cap.18.3. ————————————*introituri, vel* * *ingressuri*
cap.19.5. *In carnem vnam* ————————
cap.24.39. ————————*non cognouere, priusquam*
cap.25.21. ————————————*sis introiturus*
ver.24. *Qui metis haud vbi seuisti, & qui colligis inde*
Non vbi sparsisti

In Euang. secundum Marcum.

cap.1.44. ————————————*Dicebat & ipsi*
Ne dicas quicquam cuicunque, videto; sed immò
Vade, Sacerdoti, ut te illi ostendere possis
cap.3.35. ————————————*effecerit; hic est*
cap.5.9. *Et respondit, dicens; est mihi Legio nomen*
35. *A Synagogæ Principis æde*
cap.6.17. *Ceperat, atque in carcere vinxerat, e ratione*
Nempe Herodiadis ———— ————
cap.10.19. ————————*Mandatane nosti?*
cap.11.22. *Este Deo fidentes* ———— ———— ————
cap.14.16. *Atque parauerunt Pascha 17. Atqui vespere factô*
36. *Non ego quid volo, sed quid tu vis*
65. *Velare atque eius faciem*

In Euangelio secundum Lucam.

cap.2.2. *Præsedit Syriæ Proconsul quando Cyrinus*
4. *Et Gentilitiô* ———— ———— ————
cap.4.10. ————————*mandauit, ut illi*
cap.9.23. *Post me vult sese abdicet ipsum, deinde quotidie.*

Licet sequutus sum Martialem in quantitatibus verbi quotidie, *vbi (contra vulgarem neotericorum morem)* quo *vt à quo, to corripitur*, ti *in tidie, (atsi esset idem dies) produceretur (quod sufficere*

sufficere potest ad eum versum quem adhibui instificandum) tamen vt vulgo morem gererem, aliter etiam suppleui versum, variâ hac lectione.

——— ——— ——— deinde crucemque	cap.9.23.
Quottidie ille suam sustollat, meque sequatur.	
——— ——— ——— quid proficit ulli,	ver.25.
Ite, En vos ceu agnos ego mitto lupos velut inter.	cap.10.3.
——— ——— immisero stercus.	cap.13.8.
——— ——— quòd ab officiô istô	cap.16.4.

In Euangelium secundum Iohannem.

Nomen Iôhannes cui erat ——— ———	cap.1.6.
——— ——— ——— ——— senescit	cap.3. 4.
——— ——— ——— ——— donauerit eius	ver.16.
vnigenam ——— ——— ———	
Ad festum veruntamen istud ———	cap.7.8.
Vos ascendentes sitis; licet ipsemet ante.	
——— ——— ——— tentare volentes	cap.85.
Isthic num vobis ——— ——— ———	cap.9.19.
——— ——— conscendêrent adorent	cap.12.20.
De meô eum dixi accepturum; rursus & illum	cap.16.15.
——— ——— tibi Natum glorificato	cap.17.1.
——— ——— temet glorificare	
——— ——— ——— protende manumque	cap.21.27.

In Actis Apostolorum.

Sed repulere, auersi sunt & cordibus illi	cap.7.39.
De Samaritanis, de Eunuchô deque Philippo	ca.8.distic.
——— ——— Sed genus eius	ver.33.
——— ——— etiamque Sarona.	cap.9.35.
——— ——— ——— Quique	cap.17.26.
vno etiam genus omne hominum de sanguine fecit	ver.26.
——— ——— incedere ritus. Vel pergere ritus.	cap.21.21.
Semet. Et aiebat; ——— ———	cap.22.3.
Vix illam praterque legentes ——— ———	cap.27.8.

 quin-

ver.10. ———————— *quin-immò aniamrum*
ver.13. ———————— *spiramina flasset ab austro*
cap.28.13. *Proximâ ab-indè die Puteolos venimus ipsi.*

In Epistolâ ad Romanos.

cap.1.v.32.
cap.2.v.10. *Iustitiam qui quando Dei novere, quòd illi*
cap.2.v.21. ———————— *operanti*
cap.7.4. *Committis furtum?* ————
ver.24. ———————— *possimus ut esse feraces*
———————— *Miser ipsius homo; quis ab istè.*

Distichon in Capitis 8. versu posteriore.

cap.8.15. *Hinc Spes electos patiens confirmat amore*
21. *Abba (quod est) Pater.* 16. *Attestatur Spiritus ipse*
cap.8.25. *Sub spe* ————————
Per patientiam ————————

Distichon Capitis 9.

Abrahides duplicis generis: Divina voluntas.
Vas figuli: Reprobatio & est electio causa.

Distichon Capitis 11.

Iudæi haud penitus reiecti: Insertio oliva
cap.11.6. *Visus iudicijs Divinis rectus in istis*
cap.12.12. ———————— *si per gratiam erit;* ————
cap.14.21. ———————— *Spe lata professi [vel] Spe gaudiò ovantes*
Quicquam nec patrare ————————

In Epistola priore ad Corinth.

cap.2.5. *Quæ est hominûm sapientia* ————————
7. ———————— *nostra cessurum gloria idipsum.*
cap.3.12. *Quis fundamentò, (ceu) aurum* ————

Distichon Capiris 11.

Ordo Prophetantûm; vestitus, mosq; precantûm:
Ad sacram cænam sit quomodo conveniendum.
cap.11.17. *Istud sed minimè vobis denuncio laudi*
Emolumenti non cum fructû quippe quod ullò
Cum detrimento potius sed conveniatis.
cap.13.4. ———————— *Patiens dilectio suffert*

Sed

——— *Sed volo linguis*	cap.14.5.
——— *in ictu oculi* ———	cap.15.

In Epistola posteriore ad Corinth.

	cap.1.3.
Nostri Christi qui Pater ipsemet est miserati onum; qui Deus est solaminis omnis & author.	ver.23.
In meam at ipse animam Diuinum prouoco Numen.	cap.3.7.
Testem ——— ——— ———	cap.5.10.
Micuit quia gloria tanta ——— ———	cap.8.20.
——— ——— *sua facta secundum*	cap.11.28.
——— ——— *ne nos vituperet ullus,*	
In me quottidie ——— ——— ———	

In Epistola ad Galatas.

	cap.2.11. 12.
Quum sed enim vero deuenerat Antiocheiam.	cap.4.21.
——— ——— *comedebat: At isti*	cap.4.22.
——— *legi* ——— ——— ———	
——— ——— *ancillula ab illa*	cap.5.22.
vnum; deinde vnum prognatum libera ab illa	
Mansuetudo ——— ——— ———	

In Epistola ad Philippenses.

	cap.1.3.
Mente recordando memori vos. 4. ———	

In 1. Epistola ad Timotheum.

In postremis porro diserte Spiritus inquit	cap.4.1.
Temporibus ——— ——— ———	

In Epistola ad Hæbreos.

——— ——— ——— ——— *tergora liquit*	cap.11.27.
Ira nequaquam regis formidine captus	
Nos quoque quum nubes circundet tanta, proinde	cap.12.1.
Testantum; ——— ———	

 —*Diuino*

25. ——————— *Diuinò nomine fatus ;*

In Epistola Iacobi.

cap.1.15. ——————————————— *femen*
cap.4.8. *Este propinquantes Deo, erit vobisque propinquans*
9. *Afflicti sitis, lachrimas & fundite, risus*

In Epistola Iohannis 1.

cap.2.21. ———————————— *quòd non mendacium & vllum*
Pars posterior huius versus non est in græco sed in translatione vulgari.
23. *est in doctrinâ veri* ———————————
cap.3.12. *Quæ vero fratris fuerant, ea iusta fuerunt*
cap.5.1. ——————————— *genitum quoque diligit eius*

In Epistola Iohannis 2.

12. *Lætitia in vobis* ———————————

In Apocalypsis Iohannis Theologi.

cap.1.15. *Deinde pedes auricalcho similes & eidem*
cap.5.13. ——————————— *dicebant, omniaque sunt*
cap.12.16. ——————————— *Tunc adapertò*
Ore suo, flumenque absorpsit quod draco misit
cap.14.20. *Calcatusque lacus stadia extra urbem fuit ille*
Mille per & sexcenta ; lacû de hôc sanguis equorum
cap.16.8. ——————————————— *eique*
Estû homines affligere posse dabatur in igne.
cap.20.2. ——————————————— *ille cauillans*
Dæmon, qui & Sathanas est aduersarius ille.

Lectori

Lectori de Erratis in priore parte quatuor *Euangeliorum Tetrastichon.*

Lector amice locos quos emendare monebo
En tibi præcipuos, corrige quæso prius.
Et curam nostram nos emendabimus, vnde
prodeat altera pars enucleata magis.

Emendanda in Precatione ad B. Trinit.

pag. 1. lin. 11. & 12.

Omnia qui penetrans, præsens es vbiq; locorum
Cui nil præteritum, nil præsentiq; futurum.

In Præfatione lectori.

P*Agina præfationis* [illegible] *linea, antepenultima, pag. præfationis 3. lin. 22 Hinc. pag 4. lin. ante penult. collegi, pag. 6. lin. vlt. occiduis. pag. 7. lin. 5. Asia. pag. 8. lin. 3. artes. pag. præfationis vlt. lin. 3. Cum sensu.*

In Euangelio secundum Matthæum.

CAP. I. *ver. 4. Aminadâbum Aram. v. 22. id-ipsum. 25. eandem cap. 2. 5. Bethle emitanâ cap. 3. 8. pœniteat* 10. *quæ fructum cap. 4. 5. simul est affatus eundem cap. 5. 32. mœchari, mœchatur, 33. Sed ego vobis veruntamen aio, cap. 8. 9. proficiscitor, cap. 9. 3. Iêsus, 9. Me sequitor* 10. *Sed & 19. sequuntur* 28. *(Domine) 25. languore cap. 10. 2. frater eidem, Cum germanô 3. Matthæus & idem 18. simul estis 20. non estis 24. seruus item 35. nurus vt disiuncta cap. 11. 20 In quibus 28. vosq; refectos cap. 12. 3. qui cum illo vnaq; fuerunt, 11. an qui habet vnam 18. narrabit iudiciumque 24. quando audissent 25. vrbs omnisq;, Cap. 13. 15. nè conuertantur & illos, § Reddam sanos 16. vestri oculi sunt*

 immò

immò beati 43. audiat is, cap.14.34.traiecissent cap.15.1.ad Iesum 2. a Senioribus 23. clamat post nos 30. mutilata trabentes, cap.16.22. Cæpit eum, cap.17.14. Procidit ante ipsum 21. Ni precibus cap.18.3. ingrediendi, vel ingressuri 33. deberes esse misertus; Cap. 20. 15. Nunquid ocellus 17. inter eundum cap. 21. 12. eiecit ementes 28. sibi natū qui prior esset; Cap. 22. 16. Dicentes; Scimus (Præceptor) sis quia verax, cap.23. 23. graviora 35. In vos effusus, iustus, de tempore Abelis cap.24.17. descendat cap.25.17. cepit 18. ceperat 21. Ingrediendus 24. cogis & indè 55. quotidie ipse sedebam 56. prædixerunt ante prophetæ cap. 27.7. consilio captō 37. Atq; caput super illius 42. Numquidne potest.

In Euangeliô secundum Marcum.

CAP.1.6. *melq; 32. dæmoniisq; 44. præsenta temet ad ipsum cap.3.33. præstans erit vel, effecerit cap.4.38. Ipse indulsit, cap.5.6. Concitus cap.6.17 Cepit, eumque in carcere vinxerat cap.9.12. Respondens hisce sed inquit; § Elias equidem 13. constat, 30. vnà iter hi faciebant cap.10.2. Percontati ab eô, 28. dicere tunc cœpit cap.12.20. semine non relictô cap.13.4. Omnia ut accipiant 35. aut galli cantum cap.14.16. Atq; pararunt, 34. Hic estote 47. districtô percutiebat 65. Infligendo, 72. Ipsi quæ Iesus, ca.15.9. Me Iudæorum 13. Quiq; itidem 21. Simonem rure reversum 44. accersito ab eo quæsiuit, mortuus esset, cap.16.5. A dextris iuuenem viderunt esse sedentem.*

In Euangelio secundum Lucam.

CAP.1.55. *prout nostris 66. Domini manus vnà, cap.2.30. Quando salutare 34. rursus-surrectio cap. 3. 22. Sanctus Spiritus 30. Ioseph 37. Cainan ca. 4.4. verbo omni 29. & inædificata ca.6.9. istud quæro ca.7.11. dicta Naim 22. discedentes 26. maior quàm cap.8.23. suntq; pericla 38. exiuerunt 42. duodennis cap.9.20. respondens dixit 35. sonabat 36. ipsi nec 59. Me sequitor cap.10.3. inter quā lupos 6. super illam 38. sermoni cap. 11. 8. etsi surgens 17. quod dissidet 43. cæstibus 48. Patrum cap.12.4. perimunt 28. Deus ergo cap. 13.8. fimum, 11. potuit cap. 14. 26.*

Discipulus,

Discipulus, cap.15.14. deficere 28. eius ad illum cap.16.4. quô munio (vel) munere 21. sed & ipsu cap.19.16. Mna, repostam 38. in summo excelsis cap. 24.2. remotum 7. resurgere 13. qui tum stadiorum 28. propinquaverunt.

In Euangelio secundum Iohannem.

CAP. 1.33. *suprà quem videris esse, cap.3.11. Amen, Amen, Cap 5.2. quinis, cap.6.13. quinis 41. descendi cap. 7.8.17. Numine num sit 45. adduxistis eundem, cap. 9. 1. Praeteriensque cap.10.40. ubi tunc, cap.13.9. quin mihi 27. Fac cito 28. Percepit cap.14.12. hic faciet 15. memet itemque, cap.16.7. venerit ille 15. eum sed & illa, cap.20.27. proferto.*

Hactenus erratis de istis in parte priore
tunc emendandis; nunc ea tute nota.

Lectori de Erratis similiter emendandis in
posteriore parte, dodecastichon.

Versio quum partis prodiverat ista prioris
Aspiciens mendis quotque referta fuit;
Emendaturum promisi memet in altra
Parte, sed haec mendis prodit abunda magis.
Quid querar? In culpa est, dicamne Typographus
Memet an accusem, desidiamque meam? (errans
Absens versor eram, versus perversior exit:
Ille male evertit cuncta malisque typis.
Hac deploro; Iuuat nil deploratio. Tantùm
hoc peto, Tu Lector, parce; vel abiicito.
Multa sed emendes errata, quòd ista notaui:
Caetera condones; Lector & aequus eris.

In

Emendanda.

In Actis Sanctorum Apostolorum.

CAP. I. 25. *Muneris officio, cap.* 3. *in distic. Erigitur claudus mendicus plebe stupente, Petrus vt isthinc Christum prædicet, arripit ansam,* 21. *præcedente cap.* 5. 4. *vanum* 42. *vulgarunt, cap.* 6. 15. *Sederunt, cap.* 7. 17. *cœpit, cap.* 8. *distich. De Samaritanis, de Eunucho, deque Philippo, cap.* 10. 20. *descendas* 31. *esset earum* 37. *quod fuit, cap.* 12. 7. *lumenque, cap.* 13. *distich. Prædicat* 2. *Barnabam* 12. *Id quòd, cap.* 15. 4. *Presbyterisq;* 16. *Presbyteriq; ca.* 17. *distich. Thessalonicenses aggressus* 3. *annuncio Iesum* 22. *in Areiopago, cap.* 22. 9. *vocem eius* 25. *distringentibus, cap.* 23. 11. *Quum nunq; viderem, cap.* 24. 24. *Drusilla, cap.* 25. 8. *iniquè* 17. *sine prolatamine quovis, cap.* 26. *distich. defendit Agrippa* 25. *Feste* 31. *loquuti, cap.* 27. *distich. passi & naufragium* 5. *Ciliciam* 8. *præterq; legentes* 10. *verum atq;* 13. *leniaq; præterq; legendo* 16. *Recuperare* 19. *abiecimus, cap.* 28. 8. *Atq; precatus ut est* 9. *Detenti fuerant* 13. *sequenti* 14. *velle manere* 21. *accepimus ullas* 30. *qui fuerant ingressi* 31. *Promulgando Dei ipsis.*

In Epistola Pauli Romanos.

CAP. I. 11. *Constabilitos* 19. *in illis, cap.* 2. 6. *Ipsius qui iusta opera vnicuique rependet,* 8. *reddetur* 12. *quotquot* 13. *Legis at ante* 14. *eiusce modi* 15. *prouocat ipsam* 16. *Euangelio isto* 18 *discernis & vtiliora* 23. *tunè Deo, Cap.* 3. 2. *eisdem credita* 4. *At esto* 5. *dicendus iniquus.* § *Ira castigans. (Hominem quod dico secundùm* 13. *concinnauere* 26. *Iustus sit ut ipse probandus, Iesu* 27. *Numne operũ, ca.* 4. 9. *numq;, ca.* 5. 9. *reddemur* 10. *morte reconciliati,* § *multo magis exhinc* 15. *redundauit* 19. *ab uno* 26. *Præterea, cap.* 6. 1. *Numne manebimus?* 22. *Deo estis;* 25. *Iesu, c.* 7. 3. *eius si.* 10. *sedere, c.* 8. *distic. Non est condemnatio eis qui Spiritu aguntur, Electos patiens Spes certos reddit amore.* 6. *Spiritus autem* 11. *a vita functis,* 20. *Conditioni* 32. *eum verò* 34. *resurgens, cap.* 9. *distichon, Abrahides duplicis generis; Diuina voluntas,* § *Vas figuli reprobatio & est electio quorum.* 2. *insidet*

6. *Isra-*

6.Israelitæ illi 11.priusquam, cap.10 14.crediderint 21.contradicentem,cap.11.14.consanguinei,cap.12.1. placentia 6.gratiam 8.miserescit 12.Spe damna leuantes 19.exhibebitis,cap.13.7.quod debetis nempe tributum. § Reddite, quod tribuendum sit,cuicunque tributum; 8.esse cuiquam 11. Præsertim,nostra propinquat 12.Ergò opera,cap.14.6.non curat eundem 13. adhibebitis immò 21 Non facere & quodcunque 23 At-qui est,cap.15.5.amantes 11.sed & ipsum 26.paupere qui sunt, § Conditione,cap.16.2. eandem, § hospitium multis 20.conteret. 23 Est Ecclesiæ; Erastus Procurator et vrbis,

In Epistola priore ad Corinthios.

CAP. 1.12. *Cephæ 13.* [illegible] *in 17. Quin Euangelij sim promulgatur at-immò 21.visa est 29.ipsius 30. Iêsu, Iusticia cap.2.5.dele hominum 6.huiusq; 7.prædecreuerat ante. § Sacla Deus 9.vidit,ascendére 12. accepimus illum 13. sermonibus vllis 13.Sanctus Spiritus ipse 14.Sanctus Spiritus afflat 16. Quando quid? § Instructurus eum,cap.3.5.ergò 12.quisquam 20.eadem, cap.4.17.qui vos 19. tumescunt 21.leni, cap.5. distichon, incœsti 1.eiusq;modi scortatio 5. virtute potenti 7. immanes 8. mentisve, sinceræ qui 9.commistio 10.qui sunt 11 qui vel avarus,Cum quoquam cap.7.2.fœmina 8. cœlibibus 9.quàm quis ut urat 13. cum illâ habitare 19.item nihil istud,cap.8.distichon,prætextû 1.Idolothyta 6.per ipsû 7.male conscia facta,atq; ita mens 13 ut sit fratri cap.9.2.assem 12.sua sunt si,cap.10.7.extat 25. manducate,cap. 11 distichon, § Ordo prophetantûm; vestitus,mosq; precantûm, Ad sacram Cœnam sit quomodo conueniendum, 10. inumbrans, 12.pendent 22. Estne Dei 23. Accepit, cap.12.13. Spiritu in vnò 4. Spiritus, Spiritû, 13. Spiritû 17. odoratûs 26. congaudentia,cap.13 distichon,Excellit quàm præ reliquis describit amorem 12.nunc sumus at-si Ad faciem facie,cap.14.6.linguis 7. citharœdus 8.parare 9.ediderit 23 fuerint q; 34.Fœmina ex 36. An vnis,cap.15. 6.quingentis. Obdormiuerunt 20. Primitiæq; 32.bibentes 51.in nictû 57 Iêsum,cap.16.4 dignum fuerit 12.ad eundem 17 Achaici.*

In

In Epiſtola Pauli Apoſtoli poſteriore ad Corinthios.

CAP. 1. *qui fungor munere Ieſû, 3. Domini. Qui exiſtit Ieſû Chriſti noſtri, qui Pater eſt nos commiſeratus 4. in quàcunque queamus 8. ſuprà vires 10. eripietque 13. legitis, agnoſcitis 20. Eſt ea ſunt in eo, ca. 2. diſtichon, Eius. 1. nè cum mœrore 4. atq; anxietate 10. Etquid 16. veruntamen illis quis idoneus eſt, cap. 3. 7. tanta refulſit 16. Tunc demùm velamen idem tollatur ab illo, ca. 6. diſtich. maluumq; 3. cuiquā, cap. 7. Ipſi. Hæc promiſſa cap. 8. 8. dele loquor hoc 11. quod habetis, cap. 9. 6. qui ſerit, cap. 10. 14 tanquàm non pervenimus ad vos, cap. 11. 26. circumventusq; 28. quòque die 33. fune feneſtram, cap 12. diſtichon, deque revelatis 20. Invidiæ, iræ, capq. 2. præ-dico 4. Dei ab hâc 8. nulla poteſtas.*

In Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Galatas.

CAP. 1. 4 *nos eximat 13. profligata 15. ſeorſim, cap. 2. 11. veniſſet ad Antiochenam, 15. Ieſu, cap. 3. 22. Ieſu, cap. 4. 24, namque 25. 26. 27. exiſtunt, erunt quam, cap. 5 13. in libertatem 21. Mens bonitate, fides conſtans, cap. 6. 1. quiſcunque 9. ſi nos.*

In Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Epheſios.

CAP. 1. 1. *Epheſi, cap. 3. 1. Hac ego de cauſâ, cap. 4. diſtichon, Vnanimes, cap. 6. 11. induitote.*

In Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Philippenſes.

CAP. 1. 1. *Ieſu 3. uſq; recorder, cap. 3. 13. meipſum 18. flens cap. 4. 9. Deus author 12. ut ſim.*

In Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes.

CAP. 1. 25. *quæ ergà, cap. 2. 18. protrudit 23. ſubmiſſoque quando, cap. 3. 9. cum factis 13. alios aliī patienti mente ferentes,*

rentes, cap.4.8. eundem 12. in vsq;, habere salutem.

In Epistola Pauli Apostoli ad Thessalonicenses priore.

CAP. 2. 2. *Affecti fuimus.*

In Epistola Pauli Apostoli ad Thessalonicenses posteriore.

CAP. 2.2. *diem quasi 4. sic ut 10. salui fierent.*

In Epistola Pauli Apost. ad Timotheum priore.

CAP. 1.16. *longanimem 20. quid esset, cap.2. 15. si manserit, cap.4.2. quorum mens, cap.5.10. assidue 21. fine, cap.6. 2. sint sibi 20. prophanos, clamores, ortos.*

In Epistola Pauli ad Timot. secundâ.

CAP. 1. 13. *retinens 17. esset quàm, Cap.2. 2. docere 8. factum, surrexit.*

In Epigraphô Epistolæ Pauli Apostoli ad Titum.

Linea 2 factum 3. Nicopolitanâ.

In Epistola ad Hebræos.

CAP. 2.3. *tanta est, neglexerimus? ut declarari posset; Ipsum per Dominum 15. Immunesq;, cap.4.15. tantùm, cap.7. distichon, Melchisedechô, cap.9. 6. Quisque Sacerdotum 11. Sacerdos 13. hircorum 21. Tabernaculum, cap.11.3. percipimus 9. Isaâcô 27. contemnere Regis, cap.12.26. semel ipse, ca.13.23. citiùs si venerit.*

In Epistola Iacobi Apostoli Catholicâ.

CAP. 1.5. *exiquam 15. pregenerat, § Hic dele, est, 16. Dilecti*

[illegible] 15. [illegible] tio est [illegible], 26 fodatio, cap. 4. [illegible], vita est vapor ista.

In Epistola Petri Apostoli Catholica priore.

Cap. 1. 6 *[illegible]*, *cap. 2. 21 Estis, cap. 3. 2. vivendi, 7. interruptio nulla 20. [illegible], cap. 4. 7. rebus sed terminus.*

In Epistola Petri Apostoli Catholica posteriore.

Cap. 3. 4. *Decessere.*

In Epistola Iohannis Apostoli Catholicâ primâ.

Cap. 2. 14. *In vobis 15. Amplexi. § Posterior pars versus 23. linea 25. non est in græcô, sed in translatione vulgari, cap. 4. 13. exhinc.*

In 2. Epistola Iohannis Apostoli Catholica.

Versû 9. Ille Deum, Ipsum tum Patrem tum Natum habet.

In Epistola Iudæ Apostoli.

Versû 8. probris.

In Apocalypsi Iohannis Theologi.

Cap. 1. 8. *qui[illegible] at 10. vel ut esses, cap. 3. distichon, Philadelphes, cap. 5. 6 cornua septem, cap. 8. 4. cum precibus 5. replevit & illud, in ipsam, fulgura sunt q; 6. Angeli habebant, cap. 9. 14. Sextoq;, ca. 10. 5. ca. 12. 4. glutitam devoret, cap. 14. 11. Siq; characterem accipiat 20. sexcenta à lacû eô dum sanguis equorum, cap. 15. 8. potuitque intrare, cap. 17. 3. coloris amicta 17. bestia eorum. § Et regnum tribuant, cap. 18. distichon, Terrigenus cap. 19. 5. nostro laudem, cap. 21. distichon, descripta & sunt, vrbs, 26. (quod abhorrendum dele, sit) quicquam.*

His emendatis; Character literularum
Si minus atratus, vel magis, ullus erit:
Ipse tuô calamô potes emendare, legendo;
Scalpellô facile tollere sive potes.

FINIS.

Sacro-sanctum Novum Testamentum Domini Servatoris nostri IESV CHRISTI, *in Hexametros* versus ad verbum & genuinum *sensum fideliter in Latinam linguam* transslatum, per Iohannem Episcopum *Oxoniensem.*

LONDINI
Excudebat Valentinus Simsius.
CIↃ IↃC IIII.

Spongiam vt accepisset, quum replesset acetô,
Et calamo circum posuisset, ei dedit, *illud*
Vt biberet. 49. Dixêre tamen reliqui; Sine verò
Vt videamus, num veniat, seruaret vt ipsum
Elias. 50. Verùm, quando exclamasset Iêsus
Ingenti voce; emittebat Spiritum. 51. Et ecce,
Diruptum templi velum diffinditur ipsum
In binas partes, à summô vertice ad imum:
Terraq; mota fuit; petræ fissęq; fuerunt.
52. Et monumenta adaperta fuêre, & corpora multa
Sanctorum, qui dormierant, à *morte* resurgunt.
53. E monumentis egredientes *quippe* fuerunt,
Ipsius quum rursus surrectio facta fuisset;
In Sanctam fuerant vrbem sed & ingredientes,
Qui multis etiam sese exhibuêre videndos.
54. Centurio verò, qui cum fuerant sed & illô,
Seruantes Iesum; telluris quandò tremorem
Contemplarentur, quæ sunt & facta, timebant
Valdè, dicentes; Verè Filius iste
Extitit ipse Dei. 55. Sed fœminæ erant ibi multæ
E longinquô, quæ spectatûm conuenientes,
A Galilæâ Iesum sunt sectando sequutæ,
Et ministrantes ipsi. 56. Inter quas erat illa
Quę Magdallénê Maria est, Maria atque Iacôbi,
Et Iosê mater, mater natis quoq; Zebdei.
57. Esset quum serum, iam factum porro diêi;
Ab Arithmatthêâ venit vir nomine Ioseph,
Dives opum, qui discipulus fuit hic & Iesu.
58. Hic Pilatum adijt, corpus Iesuq; petiuit:
Tunc iussit reddi corpus Pilatus *eidem*.
59. Corpore & acceptô, Iosephus Syndone purâ
Illud convolvit; 60. Posuitq; novô in monumentô
Ipsô-ipsius quod *is* in petrâ excidit *ante*.
Tunc & ad ostiolum monumenti grande volutum
Applicuit postquàm saxum; discessit. 61 At illic
Magdallêne aderat Maria, & Maria altera, contrà
Quę consederunt *simul* è regione sepulchri.

Psal.69.22.

a.Par.3.14

Mar.15.42.
luc.23.50.
iohan.19.38.

 62. Porrò

...ipse teipsum. Non est maius habendum
aliud mandatum. 32. Scriba hic dixit eique
..., (Præceptor) reverâ verè ais *istud*.
...Deus vnicus est, est nullus præter eumque.
Diligere atque ipsum de toto corde, simulque
intellectû totô, de totâ animâque,
...ibus ex totisque; Et eum qui proximus extat,
...gere, æquè ac temet *amore amplecteris* ipsum
...est, omnia quàm quæ prorsus sacra cremantur,
...*sunt* quæ oblata litantur. 34. Quumque videret
...cordatè quòd respondisset; eidem
...bat, Nequaquam longè existis ab ipsô
...*tute* Dei. Tum denique nemo *deinceps*
...llis audebat percontari ecquid ab illô.
Iesus respondens dicebat itemque docendo
Templô, Sobolem Dauidis quomodò Christum
...unt Scribæ? 36· Quùm Dauid Spiritû in almô,
...et aiebat Dominus Domino ipse meo inquit,
...extram mihi considcas, quoadusque scabellum
...uos hostes, pedibus tibi ponere possim.
Dauid eum Dominum quando ipsemet (ergò) vocavit:
...is Filius est ipsius? Multaque turba
...ultaverunt ipsi cum mente libenti.
Ipse suâ sed & in doctrinâ dixit eisdem,
...ibis caveatis; amantibus ire stolatis.
...foris donari posse frequente salute:
Primos consessus atque in conventibus *vrgent*,
...bitusque in cœnis primos. 40 *Insuper* ædes,
...viduarum *sunt*, satagunt glutire vorando;
...runtque precum longis ambagibus vti:
...um sunt accepturi duriùs isti.
Quando ex oppositôque loci sedisset Iesus
...vbi thesaurus erat *Templi* ipse repostus;
...abat quomodò turba æs inijciebat
...in loculum; locupletes denique multi
...bant plurima, 42. Quum vidua atque veniret
...am, quæ pauper *fuerat*, quæ iniecerat *aris*

Mat. 22.42. luc. 20.41.

Psal. 119.1

Mat. 23.6 luc. 11.43 & 20.49.

Mat 23.14 luc. 20.47.

Luc. 21.1.

L Bina

Bina minuta;(quod est quadrans;) 43 Quũq; *ille* vocâ[sset]
Ad se discipulos ipsius; dixit ad illos;
Dico, Amen, vobis, Vidua hęc paupercula plusquàm
Omnes iniecit, qui nummos inijciebant
Thesauri in loculum. 44. Miserunt quippe quòd [...]
Ex illô quod eis effluxerat vsque redundans;
Hæc verò penuriâ ab illius omnia misit
Quæ possedit,(victum totum *scilicet eius*.)

Capvt. XIII.

Mat.24.1
Luc.21.5.

E Templô quumq; egrederetur, dixit ad illum
Quidam è discipulis eius; Spectato (Magister)
Quales *sint* lapides, structuræ *hæ* denique quales.
2. Tunc etiam Iesus respondens, dixit eidem;

Luc.19.44

Ædificata vides magnô hæc molimine structa?
Non lapis est lapidem super vllus in hisce futurus
Linquendus, destructus erit quin funditùs idem.
3. Quumque Olearum in monte sedens erat, è re[gione]
Templi, Petrus itemque Iacobus, itemque Iohannes,
Et simul Andreas, exquisivère seorsim
Abs illo; 4. Fient hæc quandò dicito nobis,
Et quod *erit* signum, fuerit tum quandò futurum,

Ephes.5.6.
2.thes.2.3

Omnia vt accipiant hæc finem. 5. Cœpit at illis
Dicere respondens Iesus; Estote videntes,
Ne vos seducat quisquam. 6. Venient quia multi,
Prętexendo meum qui nomen *scilicet* aient;
Ipse ego sum *Christus*, seducent deniq; multos.
7. Audieritis quandò verò bella, simulq;
Bellorum *spargi* rumores; inde timore
Turbati minimè sitis, quòd oportet vt ista

...q; finis erit sed nondum. 8. Gens quia surget
...ersus gentem, regnum ruet in quocque regnum,
...plærisque locis telluris eruntque tremores,
...onęq; fames, *confusæ* denique turbę.
Principia ista dolorum *sunt*. Caueatis at immò
...vobis- ipsis, quia tradent vos in eorum
...sessus, atque in Synagogas : Cæsi eritisq;
...quoque Præsidibus coram quoq; Regibus estis
...ndi, ratione mei; quod semet in ipsos
...ificatui erit. 10. Gentes etiamq; apud omnes
...ò Evangelium quòd promulgetur oportet.
... Quum vos tradentes, ducti veruntamen estis;
...liciti minimè curantes este, quid ante
... dicturi, meditantes sed neque sitis;
...quicquid dabitur vobis momentô in eodem,
...loquentes id, Non estis quippe loquentes
...*illud*; *loquitur* sed Sanctus Spiritus ipse.
Ad mortem frater sed fratrem tradet, & *eius*
... pater *est* prolem : proles contraque parentes
...gent, illos curabunt morteque plecti.
Exosi omnibus atque eritis mihi nominis ergô:
...inem verò qui perduraverit vsque;
...abitur. 14. At quùm devastatio vastans
...idebitur à vobis, de quâ à Daniele
...*ante* Prophetâ dictum, stet quòd in illô
...is locô, nequaquàm in quô *consistere* debet,
...nim'advertat, quisquis qui legerit *ista*)
...c qui in Iudeâ sunt, in montana capessant
...gam. 15. Sed qui *fuerat* tectô super eius,
...descendat in ædem, porrò nec ingrediatur,
...ò vt ipsiûs, quicquam desumere posset.
Quiq; in agrô fuerit, non inde revertitor illuc.
...pallium vt illinc eius sumere posset.
His vterum qui gestant, væ, lactantibus illos
... dies. 18. Oretis verò ne fuga vestra
... *remoram facttura* in tempore brumæ.
Quippe dies illi quòd erunt afflictio *talis*,

Mat. 10. 19
luc 12. 11. &
21, 14.

Mat 24. 16
luc. 21. 20
Dan. 9. 25.

 Qua-

Qualis nequaquam fuit ipsa ab origine primâ
Vllarum rerum, Deus ecquas condidit, vsque
Tempus ad hoc præsens, nec erit *quandoq;* futurum.
20. Atque dies Dominus nisi decurtasset eosdem;
Nulla caro conseruaretur: propter at illos
Electos. elegit quos; *Deus* abbreviavit
Hosce dies. 21. Et tunc si vobis dixerit ecquis; *Mat.24.23* *luc.21,8.*
Ecce *vel* isthîc Christus *adest, est* Ecce vel illic;
Ne credatis. 22. Pseudochristi, & Pseudoprophetæ
Surgent multi etenim, signa & miracla daturi
Ad seducendum (fieri si possibile esset)
Electos etiam. 23 Sed vos estote caventes,
Ecce prius dixi vobis quæcunque futura.
24. Porro dies per eos,, afflictio quando peracta *Ezech.32.7* *esa.13.10.* *ioel.2.10.31.* *& 3.15.*
Hæc fuerit, sol obscurabitur, & neque luna
Splendorem dabit ipsa suum. 25. Stellæ quoque cæli
Corruituræ sunt, cœlorum deniq; vires
Concutiendæ sunt. 26. Hominis Natumque videbunt
Tunc virtute potenti in nubibus aduenientem,
Cum multâ *aspicuum fulgenti* gloriâ & *eius.*
27. Angelicos *genios*que suos tunc *vndique* mittet,
Electosque suos à ventis porrò quaternis
Coget, ab extremis telluris partibus, vsque
Ad cœli extremum. 28. Sed ab ipsâ discite ficû
Exemplum typicum; Quùm ramus iam tener eius
Extiterit, det item foliorum germina; nostis
Æstas quòd prope sit: 29. Sic quando conspicietis
Et vos, hæc fieri; scitote *Dei* prope adesse,
Adque fores *regnum.* 30. Vobis Amen *Ego* dico,
Isthæc existet quòd præteritura nec ætas;
Omnia donec erunt isthæc confecta priusquam.
31. Cœlum, terra etiam tansibunt, sed mea verba
Non transibunt. 32. De illô porrò diê, sed & horâ,
Nemo quidem novit, non immò nec Angeli ijdem,
Qui sunt in cœlô; nec Filius ipsemet; atquì
Ipse Pater. 33. Caueatis, & invigiletis; & este *Mat.24.13*
Orantes, siquidem nescit is quando futurum

[T]empus erit. 34. Nam Filius est hominis velut,ac-si
[E]sset homo peregrè proficiscens æde relictâ
[ip]se suâ, servisque suis dedit inde recedens.
[...]a potestatis proprium sibi cuique opus indens:
[J]anitor atque habuit mandatum,quòd vigil esset.
[35]. Inuigilate igitur; nescitis quando redibit
[Qua]nque domûs Dominus; num vespere,noctis an *altæ*
[...]medió; an galli cantû, vel mane *diêi*.
[36]. Nè quùm veneritille repentè, invenerit *esse*
[vo]s dormitantes. 37. Quæ vobis attamen aio;
[Ha]c *eadem* (sitis vigilantes) omnibus aio.

Capvt. XIIII.

Mat.26.1. luc.22.1.

[P]Ascha diebus & Azyma binis post erat autem,
Tumque Sacerdotum primores, tum quoq; Scribæ
Expiscati sunt quâ ipsum ratione prehensum
[In]de trucidarent. 2. Verùm nihilominùs aiunt;
[No]n in festô, sit populi ne forte tumultus.
[3.] Bethaniæ verò quùm *Iesus* esset in æde
[Sim]onis Leprosi; venit fœmina quædam,
[Qu]æ fuit vnguenti spicati nardi alabastrum
[Ing]entis precij; quæ alabastrô denique fractô
[In] caput *vnguentum* perfuderat illius. 4. Atqui
[Int]ra se quidam sunt indignando frementes,
[Di]xêre; vnguenti quorsum perditio ista
[Fac]ta fuit. 5. Denariolis plus namque trecentis
[Ho]c poterat vendi, donari pauperibusque
[Fre]muêre in eam. 6 Iesus sed omittite dicit,
[Cur] fertis ei quânam ratione molesti?
[I]n memet *nempe* bonum est operata opus illa.
Quandoquidem, vobiscum semper habetis egenos,
[Qua]ndocunque voletis item benefacta potestis

His impendere: non semper habebitis autem.
8. Isthæc quod potuit, fecit: Namque vngere corp
Posse meum, prævenit *in hoc* pollinctor vt esset,
Funeris *ipse mei*. 9. Vobis Amen *ego* dico,
In quôcunque locô per totum *scilicet* orbem,
Hoc Euangelium quum promulgabitur *olim*,
Istud itemq; quod hęc fecit narrabitur *vna*,
Vt memores *etiam & homines* sint *insimul* eius.

Mat 26.14 *luc.22.4.* 10. Judas Iscariótes vnus & é duodenis
Tunc ad Pontifices primores venit, vt illum
Proderet his. 11. Quem quum audierant, pręg gau
Promissêre pecuniam & ipsi se esse daturos.
Ergò quęrit, vt opportunè proderet illum.

Mat.26.17 *luc.22.7.* 12. Deinde die primô quô mandunt Azyma; Pasch
Quando mactabant; dicunt huic discipuli eius;
Quò vis pergamus, Pascha vtque paremus edend
13. E sibi discipulis tùnc binos mittit, eisque
Dicit; In vrbem abeatis, ibique occurret onustus
Amphorâ aquæ vobis homo; consectemini eunden
14. Et quocunque intraverit *in*; dicetis ad illum,
Qui pater est famulatus; Dicit *nempe* Magister,
Diuersorium vbi est, vbi possim Paschate vesci,
Cum mihi discipulis? 15. Est monstraturus & ipse
Vobis cœnac'lum, constratum, grande, paratum:
Illic nobis *Pascha* paretis. 16. Tunc abierunt
Eius discipuli, venerunt deniq; in vrbem,
Omnia & invenerunt, sicut dixerat illis:
Atq; paraverunt Pascha. 17. Et vt esset vespera fa
Cum duodenis venit. 18. Discumbentibus autem

Mat.26.20 *luc.22.14.* *iohan.13.21* Et commanducantibus ipsis, inquit Iêsus;
Amen vobis dico; Ex vobis quippè quòd vnus
Me prodet, comedens mecum. 19. Cœpêre sed ill
Tristes esse, sigillatim quoq; dicere eidem,
Vnus numquid ego'n? Numquidne ego *dicit &* ali
20. Hic atqui verò respondens inquit eisdem;
Ex vobis vnus duodenis ipsemet *inquam*,
Me prodet, catinô mecum qui intingit in ipsô.

21.

ei; isthic Obedis *filius*; ille Boosi
s, hic Salmonis *filius*; Ille Naason
, 33. Isthic Amminadábi *filius*; ille
fuit Arram *filius*; isthic *filius* Esrom;
Phares; hic Iudæ *filius*. 34. Iste Iacobi
; Isaac hic *filius*; hic Abrahami
; Ille Tharæ qui *filius*; Ille Nachoris
; 35. Ille Zaruch; Qui Ragan *filius*; ille
Phálegi *filius*; Isthic qui *filius* Heber;
filius hic, 36. Qui Cainan *filius* ille
arat qui *filius* isthic; *filius* ille
Semi fuit; is qui *filius* ille Noachi;
Lamechi. 37. Qui Matthûsala *filius* ille;
hic Enochi; *Filius* ille Iaredi;
s hic Cainan; 38. Hic Henos *filius*; hic Seth
hic Adam, Dei is est qui *filius* ipse.

Capvt. IIII.

Qvum verò Iesus repletus Spiritû ab Almô, Mat 4.1. mar.1.12.
A *fluvio demùm* fuerat Iordane reuersus;
In desertum Spiritû ab ipsô tum fuit actus.
Quadraginta porrò dies transegit ibidem,
manducabat nihil ipse diebus in illis;
im post illos exactos, esuriebat.
Tunc obtrectator dæmon dicebat ad illum; Deut.8.3. mat.4.4.
s ipse Dei si sis; edicito, fiat
s vt iste lapis. 4. Iesus respondit & illi;
scriptum (Dicens,) Hominem non vivere solô
; Dei quin omni verbô. 5. Dæmonque cavillans
montem sublimem quum subduxerat illum,
nia terrarum regna illi in temporis ipsô
ndit punctô. 6. Delator dæmon eique

Iste

Iste quis est, vt ventis imperitarit, & vndis
Matt.8.8. marc.5.4. Auscultent & ei? 26. Transvecti navigióq;
In Gadarénam sunt regionem, quę Galilęæ
Opposita est ripæ. 27. In terramq; egressus vt esset;
Ex vrbe occurrebat ei (cui dęmon inesset)
Vir quidam, possessus eô iam tempore longô,
Et qui non *vllo* fuerat vestitus amictû,
Æde nec in quâcunque manebat, at in monumentis.
28. Hic igitur quamprimùm conspexisset Iēsum,
Eiulat exclamans, procumbens accidit illi
Adq; pedes, & magna voce aiebat; Iēsu
Fili *tute* Dei Supremi, Quid mihi tecum?
Me nolis torquere, rogo. 29. Quia præcipiebat
Spiritui impuro, quò homine hic exiret ab illô.
Illum quòd iam corripuisset tempore multô:
Qui fueratq; cathenis vinctus, compedibusq;
Custoditus erat; diruptis porrò cathenis,
Est à dęmone ductus per deserta vagando.
30. At verò Iesus percontabatur ab illô,
Dicens; Est tibi nomen quod? Qui (Legio) dixit,
Dęmonia intrarant in eum complurima namq;
31. Atque rogarunt ipsum, nè mandaret abire
Hos in abyssum. 32. Sed porcorum grex erat illic
Multorum pascentium in illô monte; rogabant
Atque ipsum, permittat vt ingrederentur in illos:
Et permisit eis. 33. Exibant dæmonia, ergò,
Ex homine hôc, porcosq; in eos ingressa fuêre:
Proruit inq; lacum cursû grex præcipitatô,
Et suffocabatur. 34. Verùm quandò viderent
Id quod erat factum pastores aufugiebant:
Et proficiscentes narrarunt *istud* in vrbem,
Atque in agellos. 35 Exiverunt ergò videre
Id quod erat factum: venerunt atque ad Iēsum,
Comperiêre hominemq; amicitum veste, sedentem
Ante pedes Iesû, & mentis sanę, atque timebant.
36. Declaraverunt tunc illis insuper *istud*,
Qui vidissent, quomodò liber redditus esset

[...]a dæmonijs. 37 Populiq; frequentia tota,
[...]æ Gadarenorum fuerat regionis ibidem
[...]cunque iacentis, eum rogitando petebant,
[...] discedere vellet ab ipsis: Namque timore
[...]enti fuerant magnô: tunc estque reversus,
[...]grediens in navim. 38. Quem vir & ille rogavit,
[...]quô dæmonia exierant) cum ipso qui is esset:
[...] Iesus dimisit eum, dicebat *eíque*;
[...] Ædes in remeato tuas: Narrabis & ista,
[...]nta Deus tibi præstiterit. Quapropter abivit,
[...]vulgando per totam prædicat vrbem,
[...]nta sibi fecisse *fuit dignatus* Iesus.
[...] Est autem factum quando remeasset Iesus
[...] suscepit eum: Expectabant quippe quòd omnes.
[...] Eccéque, vir quidam venit, cui nomen Iairus
[...] præfectus erat Synagogæ; procidit isque
[...] pedes Iesu; quem porrò rogavit vt ipse
[...] ædes ingrederetur. 42 Filia namque
[...] ei fuerat, quæ nata quasi duodenis;
[...] etiam moribunda fuit, (tunc inter eundum
[...] turba coarctabatur.) 43 Quùm fœmina quædam,
[...]que duodenis perpessa fuisset ab annis
[...]nis effluxum, victumq; impenderat omnem
[...]dicos, poterat curari sed nec ab vllô;
[...] A tergô veniens eius tetigisset vt oram
[...]; substitit illicò fluxio sanguinis eius.
[...] Tunc Iesus dixit. Tetigit qui memet, is *est* quis?
[...]ibus atque negantibus inquit Petrus; ijdem
[...]cum illoque fuerunt; Quandò turba (Magister)
[...] constringit & opprimit, inquis; Quis tetigit me?
[...] Dicebat verò Iesus; Aliquis tetigit me.
[...]que ego cognovi, quòd virtus exijt à me.
[...]mina porrò videns, minimè se nempe latere;
[...]dens tremebunda venit, sed & accidit ipsi
[...] pedes eius, simul & declarat apertè
[...], coram toto populo, quæ causa mouebat
[...] tangere eum; mox quomodo facta fuitq;

Mat. 9. 20. marc. 5. 22

O Sana.

Sana. 48 Sed hic illi (Confidas filia) dixit,
Servavit tua te ipsa fides. In pace recede.
49 Isthic dum loqueretur adhuc, quidam ad Synag
Præfectum venit; Cui mortua filia (dixit)
Est tua. Quocirca, noli vexare Magistrum.
50 Istud vt audisset Iesus, respondit eidem;
Ne metuas, tantùm crede, & servabitur *illa*.
51 Ingressusq; domum, tùm non intrare sinebat
Quenquam, præterquam Petrum, simul-atq; Iacob
Atque Iohannem, tùm patrem, matremque puellæ.
52 Sed flebant omnes, plangebant & super illam.
Hic verò, ne flebitis inquit; mortua non est,
Sed dormit. 53 Sannæ quem tunc risêre cachinnô;
Vtpote qui scirent, fatô defuncta quòd esset.
54 Verùm deinde (foras eiectis omnibus) ipse
Illius atque manû comprensa, clamat, aitq;
Surge Puella. 55 Est spiritus illius atque reversus;
Continuoque resurgebat; præcepit &, illi
Dent vt vescatur. 56 Tunc obstupuêre parentes
Eius: At hic præceptô demandavit eisdem;
Vt minimè narrarent, hoc quod factum erat, vlli.

Capvt. IX.

Matt.10.1. mar.3.13.& 6.7.

DIscipulis exindè suis tum porrò vocatis,
Virtutem, simul atque potestatem dedit illis,
Dæmonas in quosuis, & morbis posse mederi.

Marc.10.7

2 Vtque Dei regnum promulgent, misit eosdem,
Vtque ægrotantes sanarent. 3 Dixit & illis;

Matt.10.9 mar.6.8.

Sumite nil ad iter, neque virgas, sed neque peram,
Nec panem, neuvè argentum; tunicas quoque binas
Non habeatis. 4 Et in quamcunque intrabitis æde
Illic este manentes, nonq; exibitis illinc

Infr.10.11 matt.10.14.

5 Et vos haudquaquàm quæcunque receptet; ab illi

...e recedatis, & *euntes* excutiatis
...edibus vestris, de pulvere *quicquid adhæret*,
...ra ipsos vt fiat testificatus *idipsum*.
Tunc & per vicos hi quosvis egredientes,
...us obiverunt, vulgando Evangelium illis,
...orbis & vbique saluti restituentes.
Herodes, (tunc omnia ab illô facta,) Tetrarcha
...ivit, dubitans sed & anxius hæsit ob istud,
...dam quòd dixêre; Iterum de morte Iohannem
...rexisse. 8 Alij dixêre; apparuit atqui
...s. Alij, de antiquis immò Prophetis
...s surrexit rursùm *de morte*. 9 Sed inquit
...ret Herodes; decollavi ipse Iohannem;
...s enim verò, quis is est, ego, talia de quô
...io? Eumque videre cupivit. 10 Deinde reversi
...is Apostoli, ei narrarunt quanta patrata
...illis fuerant. Assumptis tumque seorsim
...e, locum in desertum, secedebat ab vrbe
...tim, *locus ille fuit* Bethsaida dictus.
Hoc vbi verò cognovisset turba; sequuta
...um; qui tunc simul ipsos excipiebat,
...Dei regnô fuit ipsis verba loquutus,
...avit eos quibus eius curâ opus esset.
Inclinare dies tum quandò cœperat autem;
...essêre ad eum duodeni, cui sed & aiunt;
...ittas turbam, vicinos illi vt euntes
...os, & in agros circumquâque iacentes,
...tant; poterintque cibos reperire; quòd isthic
...*ente* loco in deserto existimus. 13 Inquit
...d his; Illis date vos vescantur vt ipsi,
...chi dixerunt. Nobis non plus nisi quinque
panes, piscesque duo: Nisi, nosmet euntes,
...toti populo *nummis* mercabimur escas.
Quippe aderant hominum, quasi circà millia quinque
...ulis tum deinde suis, facitote (ait,) illi
...r discubitus distinctos (quosque seorsim,
...quinquagenas classes,) discumbere possint.

mar. 6.11.
act. 13.51.
Mat 14.1.
mar. 6.14.

Mar 6.30.
Matt. 14.13
mar. 6.35.

Mat. 14.16
mar. 6.35.
iohan. 6.5.

15 Et sic fecerunt, omnes & discubuerunt.
16 Ipse sed acceptis quinque istis panibus, hisque
Pisciculis binis; in cœlum oculisque levatis,
His benedicebat, frangebat, discipulisque
Ipse dabat, turbæ quòd eidem apponere possent.
17 Et manducabant omnes, & sunt saturati ·
Sublatumque fuit, quod deinde superfuit *ipsis*,
E fragmentorum *frustis*, cophini duodeni.
18 Et factum est, solus precibus tùm quando vacaret, — *Matt 16.13 marc.8.27*
(Secum discipuli tamen vnà quando fuerunt;)
Abs his quæsiuit, dicens; Quem me vocat esse
Turba? 19 Et respondentes hj dixêre; Iohannem
Baptistam; dicunt Eliam porrò alijque;
Insuper affirmant alijque, *videlicet*, vnum
Rursus de antiquis exsurrexisse Prophetis.
20 Dixit at his; vos verò quem me dicitis esse?
Tum verò Petrus respondes, dixit, es *ime*;
Christus is ipse Dei. 21 Quibus ille minando vetabat
Istud nequaquam quòd divulgando referrent.
22 Multa pati (affirmans) hominis quòd Filium oporteret — *Mat.17.22 marc.8 31*
A Senioribus hunc reprobandum deinde futurum,
A-que Sacerdotum primoribus, à quoque Scribis,
Tumque trucidari, die & inde resurgere ternâ.
23 Omnibus & dicebat ijs: Quicunque venire — *Infra 14.27 mat.10.38 & 16.24. marc.8.35*
Post me vult; sese abdicet ipsum, deinde quotidiè
Ille cruceque suam sustollat, meque sequatur.
24 Quisquis namque suam seruare animam volet, ille — *Infra 17.33 mat.10.39 & 16.25 mar.8.35. iohan 12.25.*
Perdet eam; Quicunque animam (me propter) & eam
Perdiderit; seruabit eam 25 Quid proficit vllus, — *Matt.16.26 mar.9.26.*
Si totum mundum lucretur; semet at ipsum
Isthic perdiderit, mulctetur siue seipso?
26 Namque mei quemcunque pudebit, siue meorum — *Infra 12.9 mat.10.33 marc.8.38 2.tim 2.12*
Sermonûm; eius eumque pudebit Filius is, *qui*
Est hominis, quùm sit venturus gloriâ in eius,
Atque sui Patris, sanctorumque Angelicorum
Spirituum. 27 Verè vobis veruntamen aio, — *Mat 16.28 mar.9.1. Mat.17.21. mar 9.2.*
Scilicet, ex ipsis quidam prestantibus isthic,

De-

gustaturi minimè sunt amodò mortem,
regnum donec adusque Dei vidisse licebit?
Euenit verò post isthæc verba, diebus
(feciter octenis *intercedentibus* inde,
Assumpto Petrô, atque Iohanne, etiamque Iacobo,)
altûm montêm conscendit 29 Dum precibusque
incubuit; vultûs species est facta precantis
transformata, fuit vestitus & albus eidem,
atque refulgens. 30 Ecce duoque viri alloquiô vsi
cum sunt; Moses, Elias, hique fuerunt.
Qui visi cum gloriâ erant; dixêre quis eius
exitus atque futurus erat, complendus in vrbe
quæ est Solymorum. 32 Petrus verò, qui simul atque
cum vnà mansêre, fuêre sopore grauati;
cum verò euigilassent; eius gloriam ijdem;
videre, viros hos secum stando duosque.
Et factum est, vt ab ipsô discedentibus illis;
Iesum Petrus quòd dixerit; esse (Magister,)
nobis hic bonum erit; faciamus propterea que
tria tabernac'la; vnum *sit* tibi, *sit* simul vnum
Mosi; vnum *sit* & Eliæ: Sed nescius ille
quid loqueretur erat. 34 Qui dum fuit ista loquutus,
facta fuit nubes, ipsos quæ inuoluerat vmbrâ.
Verò valdè timuerunt ingredientes
nubem. 35 Vox dicens atque è nube sonabat,
Hic est Filius ille meus, dilectus is ille,
hunc audite. 36 Simul quùm vox hæc facta fuisset;
inuentus Iesus solus fuit. Atque silebant
nec declarauêre, diebus in illis,
horum quicquam, quæ à se conspecta fuerunt.
Est autem factum, post isthæc, luce sequenti,
cum descendissent illi de monte, quòd ipsi
occurrebat plurima turba. 38 Atque ecce vir vnus,
turbâ exclamauit *ei*, dicendo; Magister,
rogo, respicias mihi natum; quippe quòd vnus
mihi filius. 39 En & spiritus arripit illum,
et inopinatò clamat, discerpit eumque

Mat. 17. 14
mar. 9. 14

Tantoperè, vt spumam vomitet. Vix denique tandem
(DWiter excrucians ipsum) discedit ab illô,
Dilanians ipsum. 40 Tibi discipulosq; rogavi,
Eijcerent vt eum; quibus haud erat ista potestas.
41 Tunc Iesus respondens, O incredula, dixit,
Natio item perversa; ero apud vos ipse quousque?
Et tolerabo vos? Adducas huc tibi natum.
42 Verùm quum vel adhuc accedens esset; eumtum
Dæmonium laceravit eum, discerpsit eumque:
Spiritum & impurum *tunc* obiurgavit Iêsus,
Et sanans puerum, patri eius reddidit ipsum.
43 Omnes tùm verò percellebantur ab istâ
Magnificâ virtute Dei. Mirantibus autem
Omnibus, his super omnibus, hic quæ fecerat; inquit
Ad sibi discipulos: 44 Vestras ponatis in aures
Istos sermones attentè; Namque futurum
Est, hominis quòd Filius ille manus in *iniquas*
Est hominûm tradendus. 45 Non sensêre sed illi,
Id *quod erat* dictum, quia celabatur ab ipsis,
Illud idem minimè quòd persentiscere possent:
Et super hôc, ab eô timuerunt quærere dictô.
46 Incidit inter eos tum disceptatio, maior
Quis foret inter eos. 47 Sed Iêsus cordis eorum
Hæc meditata videns; puerum capit, & secus ipsum
Hunc statuit. 48 Simul inquit eis; Quicunque puellum
Hunc excepturus meô erit sub nomine; memet
Excipit. Et memet quicunque exceperit; ille
Excipit ipsum qui me misit. Nam minor est qui
Inter vos; erit is maior. 49 Tum porrò Iohannes
Respondens dixit; Præceptor, vidimus vnum
In *virtute* tui, qui nominis eijciebat
Dæmonia, atque illum prohibebamus, quia non is
Nobiscum sequitur. 50 Tunc ipsi dixit Iêsus,
Ne sitis prohibentes. Contrà nos quia quisquis
Non existit; nostris est ex partibus ille.
51 Intereà verò est factum, quùm tempus adesset
Completum, fuit in quô sursùm suscipiendus;

Mat. 17. 22
mar. 9. 85.

Matt. 18. 1
mar. 9. 33.

Matt. 9. 38

...suam faciem tunc obfirmavit vt iret
...Solymorum vrbem. 52 Misit qui & nuncia ferrent
...suam faciem : quique ingrediuntur, euntes
...icum Samaritanorum; posse parare
...ium ipsi; 53 At eum non acceptare volebant;
...siquidem versus Solymam facies erat eius
...em tendentis. 54 Quod verò discipuli eius
...ndò Iacobus, perspexissent atque Iohannes;
...(Domine, aiebant,) dicamus cœlitùs ignis
...cendat in hos, consumere posset vt ipsos,
...idem sicut *quoque* fecerat *olim?*
Sed conversus Iesus, illos increpat, aiens;
...bis nescitis qualis spiritus insit.
Filius ille hominis siquidem non perdere venit
...nimas hominûm, verùm servaret vt *illas.*
...cumque abière alium. 57 Factum fuit autem,
...dum proficiscebantur, in orbitâ eunti;
...dam te quòcunque ieris (Domine) insequar, inquit.
Cui rursùs, foveæ sunt vulpibus, inquit Iesus,
...bus cœli quoque nidi; Filius autem
...habet ille hominis reclinet vbi caput eius.
Tunc atenim-verò quendam dicebat ad altrum,
...quitor. Dicebat *cui* veruntamen ille,
...mihi permittas (Domine) vt discessero primùm
...meum possim patrem mandare sepulchro.
Dixit ei verò Iesus; sine mortui vt illi
...suos *studeant* terræ mandare solutos.
...edenim-vero pergens proficiscitor, atq;
...lgato Dei regnum. 61 Dicebat & alter
Domine ipse sequar; mihi sed permittito primùm,
...domi mihi qui sunt, posse iubere valere.
...verò Iesus dicebat, Nemo manum eius
...aratro qui poterit (si respicit illa
...sunt à retro) regno Dei idoneus esse.

4. Reg. 8. 10 12.

Mat. 8. 19

Mat. 8. 22

Capvt. X.

TVnc Dominus decies septenos constituebat
Post hæc discipulos alios, mittebat & ipsos
Ante suam faciem, binos, in quamlibet vrbem
Atque locum, quò demum post venturus *is* esset.
Mat.9.37. 2 Prætereà dicebat eis, Est plurima messis;
Qui navant operam, *sunt* verò turma pusilla,
Oretis Dominum messis quapropter *oportet*,
Nauantes operam messem quòd mittat in eius.
Mat.10.16 3 Ite, en, mitto ego vos inter lupos, velut agnos.
2.Reg.2.29 4 Ne portate crumenam, aut peram, calceolósve,
Porrò salutantes nullum dum pergitis este.
Mat.10.12 *mar.6.10.* 5 In quancumque domum deuecti intrabitis, ante
Omnia dicetis; Pax isthac *adsit* in æde.
6 Et si pacis filius est ibi; vestra quiescet
Pax super illum: Sin; ad vos erit illa reuersa.
Deut.24.14. *mat.10.10.* *1.tim.5.18.* *Mat.10.11* 7 Insuper æde *licet* vobis maneatis in illâ,
Manducantes atque bibentes illa apud ipsos,
Quæcunque apponent *vobis*: mercede rependi
Dignus is est etenim *quiscunque* operarius eius,
Ex vnâ nolite domum transcurrere in altram.
8 Ingressi verò quamcunque intrabitis vrbem,
Et si vos sint excepturi; sitis edentes
Jllorum, vobis quæ proponuntur. 9 Et illos,
Qui fuerint ægroti in eâdem, reddite sanos:
Insuper & dicetis eisdem; Cœpit adesse
In vos Diuinum regnum *cœleste* propinquum.
10 Ingressi simul vt fueritis quamlibet vrbem;
Et non sint vos excepturi; exibitis eius
Supr.9.5. *act.13.51* *& 18.6.* In plateas, dicentes. 11 Si quid pulueris vrbe
Ex vestrâ, nostris etiam quoque vestibus hæret;
In vos excutimus: Tamen, hoc scitote; Propinquum
In vos aduenisse Dei regnum. 12 Sed & aio
Vobis; Quòd tolerabile sit magis hisce futurum,
Tum die in illô, qui in Sodomitanâ vrbe fuerunt;

...quàm fore tunc illiûs conditionem.

Væ tibi Chorazin, tibi væ Bethsaida: Nam si ...e sunt Tyró, siue in Sidone fuissent ...tæ virtutes, quę in vobis æditæ; eæ olim ...ent conuersę, in saccô, cinere atque sedentes.

Ergo, Tyri, & Sidonis erunt tolerabiliores, ...træ, in iudiciô, fuerint quàm conditiones.

Tuque Capernaûm, qui cœlum es adusque leuata. ...que es ad infernum *rursus* trudenda deorsûm.

Audit qui vos; audit me; qui reijcit & vos; ...ijcit is memet; qui memet reijcit autem, ...nc etiam qui me mittebat, reijcit ipsum.

Tunc decies septeni hi sunt lætando reuersi, ...entes; nobis etiam quoque subijciuntur, ...minis in virtute tui (Domine) ipsa maligna ...emonia. 18 Inquit at his; Sathanam tû conspiciebam, ...am *præceps* cecidit de cęlô, fulguris instar.

Ecce, potestatem do vobis calcibus ipsos ...pentes vestris vt proculcando teratis: ...rpij *vt à vobisque premantur*, subsit & omnis ...inimici, infestum vobis nilque nocebit.

Non ideò tamen, hanc ob rem gaudere velitis, ...òd de spiritibus sit vobis facta potestas ...bijciendis: sed potiùs lætemini ob illud; ...opterea quòd sunt in cœlô nomina vestra ...ipta. 21 In eodem tunc momentô *protinùs* horæ ...ultavit Spiritû *in eius*, & inquit Iesus ...ollo te laude pater, cœli Domine atque ...rræ; te à sapientibus & prudentibus ista ...scondisse; revelasse atque infantibus illis: ...equidem Pater *illud* sic tibi quando placebat. ...nc ad discipulos semet convertit, & inquit,

Omnia sunt à Patre meô mihi tradita: Porrò ...lius ille quis est, hunc nemo Pater nisi novit; ...c Pater ipse quis est *novit*, nisi Filius ille, ...uicunque revelatum vult Filius esse.

Dixit, discipulos iterum conversus ad eius

Matt. 11.21

Matt. 10.40
Iohan. 13.20.

Matt. 11.25

Matt. 13.16

Secre-

Secretim. Existunt oculi *sub sorte* beatâ,
Qui spectant ea quæ vos estis aspicientes:
24 Quandoquidem, multi (vobis affirmo) Prophetæ,
Et reges etiam cupierunt illa videre
Quæ vos vidistis, *verum* vidisse nec *illa*:
Atque audire ea *vos quæ auditis, nec tamen illa*;
Matt. 22. 35 mar. 12. 28. Audivisse, 25 Interpres quidam legis & (ecce)
Surrexit, tentans illum, dicensque (Magister)
Quid faciendo, æternam vitam consequar? 26 Ast his
Quid scriptum est in lege? legis (dicebat eidem)
Deut. 6. 5. Quomodo? 27 Qui verò respondens dixit ad illum;
Complexeris amore Deum Dominum tibi *amandū*
Toto corde tuo, *sed* & ex animâ tibi tota,
Viribus exque tuis totis, totâ & tibi mente;
Le. it. 19. 18 Atque illum qui proximus est tibi, te velut ipsum.
28 Tunc (respondisti rectè) dicebat ad illum;
Hoc fac, & vives. 29 Sed iustificare seipsum
Ille volens, ad Iesum dixit. Quis mihi verò
Proximus est. 30 Verùm excipiens dicebat Iesus;
Vir Solymitanâ quidam descendit ab vrbe,
In Iericho, quique in latrones incidit, hique
Expoliatô illô, plagisque affectô abierunt,
Ipsum semi-necemque relinquunt. 31 Accidit autem,
Descendit quidam per eandem deinde sacerdos
Fortè viam, qui præteriens, quùm viderat illum,
Ex adversô, abijt. 32 Pariter Levita etiamque,
Quum secus ille locum venisset, eumque videret
Ex adversa; prætereundo transijt. 33 Atqui
Dum Samaritanus quidam faciens iter esset
Hâc; ad eum venit: quô visô, viscera mota
Intima commiserantis erant ipsiûs; 34 Ad illum
Atque accedens, eius vulnera *hiulca* ligavit,
Infundens oleum, vinumque; suô impositumque
Iumentô, ducens in diversorium eundem,
Egit & eiusdem curam. 35 Die at indè sequenti,
Prolatis denariolis, abiensque; duobus,
Hospiti *eos* tribuebat, dicens insuper ipsi;

huius habe curam: quodcunque impenderis atque
præterea, tibi restituam tum quando redibo.
36 Horum idcircò trium tibi quis reputabitur esse
proximus huic in eos latrones qui incidit? 37 Atqui
ille ait; Ipse à quô facta est miseratio in illum.
Iesus (ergo) ait huic; vadas, fac tuque perindè
38 Inter eundum, sed factum est, ingressus vt esset
in quendam vicum, quædam de nomine Martha
femina erat, quæ ipsiùs eum suscepit in ædem:
Huic erat atque soror de nomine dicta Maria,
Quæ secus atque pedes Iesû, auscultando sedebat
eius sermoni. 40 Quùm verò distraheretur
Martha frequente ministerio; supervenit aiens;
Non (Domine) est tibi curæ, quòd mea me soror ista
sola *fuit esse* relictam, vt *munia* sola ministrem?
Ergò dic, ergo, velit vt mihi ferre iuvamen.
41 Respondens autem Iesus dicebat ad illum;
Sollicita es (Martha, *O* Martha,) es satagens quoq; circà
plurima: At vnô opus est. Elegit at immò Maria
sibi bonam partem, quæ non tolletur ab illâ.

Cap. XI.

Et factumque loco in quôdam, tum quandò vacavit
Ipse suis precibus, simul vt cessaverit; vnus
Discipulis ex eius *erat, qui* dixit ad ipsum;
Nos (Domine) edoceas, orantes quomodò simus;
Discipulos eius docuit proùt atque Iohannes.
Dicite (dixit at illis) estis quando precantes;
Qui Pater in cœlis es noster, sanctificatum
Esto tuum nomen. Regnum accelerando venire
Fac tuum: fiat tua sit quæcunque voluntas,
Vt & in cœlo sic in tellure. 3 Diurnum
Quotidie panem nobis largire. 4 Remitte

Mat. 6. 9.

Et

Et nobis peccamina nostra, vt nos ideoq;
Qui nobis debent, dimittimus omnibus illis.
In tentamentum neque nos induxeris: Immò
A malo at assertos nos reddito. 5 Dixit & illis
Ecquis is è vobis existit cui sit amicus,
Hic etiamque ad eum media sit nocte profectus,
Huic & dicet; Amice mihi des mutuò habendos
Tres panes: 6 Mihi amicus enim (de tramite flectens
Ad me venit, non habeoq; apponere posse
Ante illum. 7 Respondens Isthic dicat & intus
Esse mihi nolito molestus, Ianua iam nunc
Est occlusa, mei pueri sunt inque cubili
Mecum; surgere nequaquàm, tibi nec dare possum.
8. Dico vobis, Etsi surgens non dabit illi
Hanc ob causam, propterea eius quòd sit amicus;
Ipsiûs propter nihilominùs improbitatem;
Consurgens dabit huic, opus isthic quotquot habebit.
9 Et vobis ego dico; Petatis, erit quoque dandum
Vobis; quærentes sitis, sed & invenietis;
Sitis pulsantes, & vobis fiet apertum.
10 Quisquis enim petit, accipit is: qui quærit, & ille
Invenit; & pulsanti, illi reddetur apertum.
11 Ecquis at ex vobis pater *est*, si filius eius
Abs ipso peteret panem, lapidem dabit illi?
Et si vel piscem; numquid pro pisce daturus
Est huic serpentem? 12 Seu postulet *ille* vel ovum,
Scorpium ei-ne dabit? 13 Quapropter vos bona dona
(Estis quandò mali,) dare si cognoscitis illis,
Filioli vobis qui sunt, quantò magis ipse,
Qui pater est vobis cœlestis, Spiritum is Almum
Hisce daturus erit, quicunque precentur ab ipsô.
14 Dæmonium quoque tunc erat eijciendo, fuitque
Illud mutum; factum est autem dæmoniô illô
Abs ipsô egressô, mutus loqueretur vt idem,
Turbaque demirata fuit. 15 Quidam sed eorum
Oblatrando aiebant; Immò, Beelzebub ille
Dæmonia eijcit hæc, in principe dæmoniorum.
16 De cœlô ast alij signum (tentando) petebant

Matt.7.7. & 21.22. mar.11.24 Iohan.14.13. & 16.23. iac.1.10 Mat.9.32. & 12.22. marc.3.20

Mat.9.33 & 12.22. marc.3.10. Mat.9.14. mar.3.22.

s ipsô. 17 Quùm vidit at hic quæ mente volutant, — Mat. 12.25 marc. 3.24
rit eis; Regnum ipsô à séq; dissidet omne,
statur, diuisa ædes cadit & super ædem.
Quod si etiam Sathanas contra se dissidet ipsum;
lius regnum *diuisum* quomodo stabit?
ippe quòd ex *operante* Beelzebub eijcio istos
monis affirmatis. 19 Quòd si dæmonas istos
operante Beelzebub eijcio ipsemet; illos
gnati à vobis per quem sunt eijcientes
monas? Idcircò damnandi vosmet eorum
is iudicio. 20 Digito sin immò Dei istos
monas eijcio, tunc ad vos nempè profectò
itum regnum venit. 21 Quùm fortis in armis
nitus seruando suam custodiat aulam;
æ sua sunt in pace quietâ possidet illa.
Inuadens verò si quando potentior illô
m vicerit; armaturam surripit omnem
s, in quâ confidebat; item spolia eius
ribuit. 23 Qui non mecum est, contrarius ille
mihi: qui simul & non mecum colligit vnà,
spat 24 Ex homine impurus quum spiritus exit, — Mat. 12.43.
la per loca transit, vestigando quietem,
on inueniendo; Reuertar (dicit) in ædem,
de (meam) digressus sum; 25 Qui deinde reversus,
ndatam q; e scopis, ornatamque invenit illam.
Tunc abit, assiumit sibi septem spirituumque
comites alios, peiores quàm fuit ipse;
gressiq; habitant illic: atque vltima demùm
funt hominis peiora prioribus huius.
Est autem factum, tum quandò diceret isthæc, — Hebr. 6.4. 1. pet. 2.20
llens vocem, de turbâ fœmina quædam,
it ei; Qui te portavit is *esto* beatus
ter; & vbera quæ suxisti *sunto beata*.
Ipse sed aiebat; Potiùs *sunt* immò beati;
no verbo qui auscultant, id quoque servant.
Concurrentibus autem turbis; dicere cœpit: — Mat. 12.38
ala gens isthæc, signum quæ nempe requirit;

Illi

ontrectantes este negocia, venero donec.
Insectati odio sunt cives eius at ipsum,
quibus & legatio missa est post abeuntem,
ui dixêre; In nos vt regnet, nolumus istum.
Et factum est, (acceptô regnô) quando red'isset;
um iussit servos illos sese ante vocari,
ummos ipse quibus dedit, vt cognoscere posset,
usque negotia quæ contraxerat. 16 Adfuit autem
imus; mna fecit (Domine, aiens,) hæc tua lucri
nas bis-se minas. 17 *Dominus* dicebat & illi
rve bone, Euge bene *est*. Fidô quia corde fuisti
minimô; sis ergò potestatem super vrbes
nas exercens. 18 Tunc accedebat & alter
a (Domine inquit) quinq; tua est lucrata minásque
Huic etiamque ait; Vrbibus & tu quinque præesto.
Venit, atq; alius, (Domine) hæc tua mna (ecce) repo-
am tenui in sudariolô. 21 Te namq; timebam, (stam
sterus quòd homo sis; quod non deposuisti,
fers; & quod non sevisti, demetis illud.
Dicebat *Dominus* sed ei; Te (serve maligne)
ico ab ore tuô: Nimirùm quandò sciebas
esse austerum hominem, satagentem tollere *velle*,
od non deposui, metere id quod nonque serebam:
Ergo, meos nummos quare non exposuisti
mensam, veniens & ego cum fœnoris auctû
exegissem. 24 Tunc atque astantibus inquit;
hoc aufertote minam, quam detis & illi,
denas habet ipse minas. 25 Dixêre sed ipsi,
nò, Minas (Domine) ille decenas possidet. 26 Atqui
o (*at hic*) vobis; Omni tribuetur habenti;
verò, qui non habet, huic tolletur & illud,
icquid habet. 27 Mihi quin-etiam qui sunt inimici,
regnaturum nolebant me super ipsos,
ic adducatis *eos*, iuguletis & illos
am me. 28 Simul his dictis; pergendo præivit
ndens Hierosolymam. 29 Factum fuit atque
Bethphage & Bethaniam tum quandò propinquus

Supr. 8.18 matth. 13.12 & 25.29. marc. 4.25.

Matth. 21.1. marc. 11.1

Caput III.

VIR sedenim-verò quidam fuit ex Pharisęis,
Nichódemus nomine, de Primoribus vnus
Iudęorum. 2 Qui veniebat nocte ad Iësum,
...it & illi; Rabbi, te venisse, *profectum*
...Deo doctorem novimus; Ista
...quòd edere nemo potest, quæ tutemet edis,
...forêt ipse Deus. 3 Respondit Iësus,
...bat eidem : Amen, Amen, tibi dico,
...ò erit genitus nisi quis, non ille videre
...m Divinum poterit. 4 Dicebat ad ipsum
...demus; Qui potis est homo, quandó senex est
...? Vterum matrîsne potest intrare secundò
...? 5 Iesus, Amen, Amen, tibi dico,
...debat; Aqua fuerit si Spiritû & ecquis
...genitus; Regnum divinum intrare nequibit.
...od natum est ex carne caro est; ex Spiritû & illud
...natum est, est spiritus. 7 Hoc nolito stupescens
...ari, quod tibi dixi; Denuò oportet
...generari. 8 Ventus vbi vult spirat, & audis
...sonitum, veniat sed es inscius vnde.
...vadat : ita est quisquis qui Spiritû ab ipsô
...tus. 9 Respondit Nichodemus, eique
...sunt (ait) hæc fieri? 10 Respondit Iësus,
...que, Israëlis tu doctor es ille,
...non nôsti? 11 Amen tibi dico;
...scimus, loquimur, simul & quod vidimus, illud
...ur : Non accipitis sed testificatum
...strum. 12 Vobis si quæ sunt terrea dixi,
...is & non; Quomodò si cœlestia vobis
...credetis? 13 Conscendit namque nec vllus
...,cœlô nisi qui descendit ab ipsô,
...in cœlo hominis existens Filius ille.
...sicut serpentem Moses extulit ille
...; Hominis Natum sic erigi oportet:

Infr. 12.32.
Num. 21.9.

In vobis remanendo meum persistere possit:
Gaudium & vt vestrum completum possit haberi.
12 Hoc ego quod iubeo mandatum constat *in illis*,
Sicut amavi vos, *red*ametis vt alter vtrumque.
13 Non est à quoquam dilectio maior habenda
Hac, animam propriam quod quisquam propter a
Ipsius *redimendos* ponat. 14 Vos mei amici
Estis; si facietis quæ vobis ego mando.
15 Amplius haud dicam vos servos; quum neque
Novit, quid faciat Dominus suus: Immò at amic
Vos dixi, quoniam quæcunque à Patre meô illô
Audivi, vobis vt sint ea cognita feci.
16 Non elegistis me vos, elegi ego sed vos,
Et vos constitui, ferre vt possitis euntes
Fructum, quòd fructus vester simul atque maneret,
Vt quodcunque meôq; petatis nomine, donet
Vobis. 17 Isthęc mando vobis, alter vt alt'rum
Mutuò ametis. 18 Quòd si odio vos mundus ha
Me quàm vos, habitum priùs his odio esse, sciatis.
19 Si *vos* essetis de mundô, mundus amaret
Est sibi quod proprium: Quùm non veruntamen e
De mundô, elegi de mundô vos ego verò;
Propterеà vos odit mundus. 20 Sitis *at* eius
Sermonis memores, vobis quem dixi ego; Servus
Non Dominô est eius maior, si memet ij sunt
Insectati, vos insectabuntur & illi.
Sermonem si servavêre meum; simulatque
Vestrum servabunt. 21 Facient tamen omnia vob
Ista meum propter nomen, non quippe sciverunt,
Qui me misit eum. 22 Si non venissem *ego*, & eis
Illa loquutus eis; peccatum non habuissent.
At nunc immò suo peccato obtendere possunt
Nil quod prætexant. 23 Qui me odit, is insimul o
Atque meum Patrem. 24 Si non opera inter eos
Fecissem, quæ non alius quiscunque peregit;
Peccatum nec haberent, aspexêre sed & nunc,
Oderunt etiam quoque me, simul & quoque Patre

Supr. 13 34. 1.Thess.4.21
Mat.28.19.
Supr.13.16. Mat.10.24.
Mat.24.9.
Infr.16.4.

Auctû ecclesię, eorum, (quoviscunque dierum,)
Nimirum salvandi qui sunt inde futuri.

Caput. III.

Erigitur claudus mendicans plebe stupente, Petrus ut istbinc Christum prædicet arripit ans

IN templum Petrus insuper autem, tumque Io
Quandò preces fiebant, ascendére, sub hora
Nempe novenam. 2 Sed vir quidam matris ab
Claudus qui fuerat, (quem comportando fereb
Quoviscunq; die, Templi ad portam, speciosa
Quę dicta est, eleemosynam petiturus ut esset;
Abs intrantibus in templum:) 3 Quandò iste
Ingressuros in Templum, Petrum atque Iohann
Accipiendæ eleemosynę ratione, rogavit.
4 Intentis oculis in eundem. Petrus at unà
Cúmque Iohanne; In nos (dicens ait) aspice. 5
Attendebat eis, aliquid sperans ab eisdem
Accepturum se. 6 Petrus veruntamen inquit;
Argentum non est aurumque mihi, tamen id quo
Ipse habeo, tibi largior hoc; In nomine Iesu.
Christi Nazáræni surgito, & ambula. 7 Et eius
Deinde manum dextram compr'endens, erigit ip
Porrò pedes eius tunc illicò, malleolique
Sunt confirmati; 8 Sed & exiliens stetit, atque
Perrexit, templum cumque his ingressus adivit,
Progrediens, saliensque, Deum quoque laudibus e
9 Totus eum populus simul atque videbat cunct
Laudantemq; Deum. 10 Quem tum sed & esse
Hunc, eleemosynam qui *mendicando* sedebat
Ad portam templi Speciosam: suntque pavore
Atque stupore repleti ex hôc quod contigit illi.
11 Ut verò claudus (quùm sanus redditus esset)

terrâ hominem sustollito talem
ndoquidem nequaquam vivere fas est.
antibus autem, proijcientibus illis
s suas, & in aëra pulvere iactô;
iebat eum deduci in castra Tribunus
t flagris inquiri posset in ipsum,
causâ clamarent sic in eundem,
25 Sed *ijs* tunc distringentibus ipsum
oris; astanti Centurioni,
(dixit Paulus,) sed & indemnatum,
nne licet vobis, etiamq; flagellis?
Centurio quandò *hoc* audisset; adibat
um, declaravit ei, sed &, aiens;
, vide-sis: siquidem, Romanus, homo hic est.
ns tum deinde Tribunus, dixit ad illum;
us an es? mihi dic. Etiam, sed is inquit
ditq; Tribunus; Multâ Summâ ego civem
cquisivi vrbis. Paulus at inquit;
ò vero *civis*que existo ego natus.
ferunt tùnc abs ipsô protinus, ergò,
ri. Timuit simul atque Tribunus
anum postquam resciverat esse,
ligasset eum. 30 Tum verò luce sequenti
ire volens, de quâ accusatus is esset
Iudæis, è vinc'lis solvit eundem,
erdotes primores semet adire
, eorum totum conciliumq;;
ductum coram sistebat & ipsis.

*dixit.

Caput. XXIII.

*itur; queritur; defenditur vt Pharisæus;
Dominus solatur; abivit Cæsaream illinc.*

verò in Consessum Paulus ocellis,
i Fratres) conscitâ mente bonâ (inquit)

Omni-

Omnimodè quoadusq; diem servivi hodiernum,
Conversans *velut* ante Deum. 2 Tum porrò Ana[illegible]
Pontificûm Summus, mandans adstantibus ipsi
Iussit, percuterent ei vt os. 3 Tunc Paulus ad illum
Dicebat; Paries qui externô pictus es albô,
Percussurus, te Deus est. Etiamq; sedes tu,
Iudicium iuxta legem de mente daturus;
Iusseris & contra legem, me percutiendum?
4 Qui verò adstabant dixerunt; Num maledicis
Pontifici-nè Dei Supremo? 5 Paulus at inquit;
Fratres, Pontificem nescivi hunc esse Supremum:
Exod.22.28. Est scriptum quùm namque; Tui convitia ne des
Illi qui est Princeps populi. 6 Quum deniq; Paulus
Atqui tum verò nosset, pars vna quòd esset
Sadducæorum, Pharisæorum sed & altera;
Infr.14.20. Tunc in Consessû clamavit; Ego Phariseus
Exto, (Viri, Fratres,) Pharisæi filius ipse;
Phil.3.5. De spe, quòdq; etiam rursus surrectio fiet
Defunctorum, *nunc* in Iudicium vocor ipse.
7 Hoc sed quando loquutus is esset, seditio orta
Extitit inter eos Pharisæos, inter & illos
Sadducæos: scissio cœtum deniq; solvit.
8 Nam Sadducæi dicunt, non esse futurum,
Quòd de morte solutis est surrectio rursus,
Et quòd non est angelus, & neque spiritus, aiunt:
E contrà verò Pharisæi vtrumq; fatentur.
9 Exhinc magnus erat quocircà clamor obortus,
Quum surrexissent Scribæq;, (ex parte fuerunt
Qui Pharisæorum,) pugnarunt litigiosè:
Nil mali in hoc homine (aientes) invenimus esse:
Quòd si verò spiritus huic est, sive loquutus
Angelus *ecquiscunque*; Deo non esse decebit
Nos refragrantes. 10 Quùm seditioq; suborta
Esset magna, Tribunus (ne vel Paulus ab illis
Discerpi posset) veritus, descendere iussit
Militum *adesse* manum, rapere ipsum de medioq;
Illorum; simul atq; in castra reducere *eundem*.

11 Assi[illegible]

[...]stens sed ei Dominus, tum nocte sequente;
[...](sit) esto animo fidenti: testificatus
[...]es Solymis de me; sic temet oportet
[...]ari etiam Romæ. 12 Tum porrò die ortô,
[...]is quidam conspirando coibant,
[...]entes, dicentes se nec esuros,
[...]uros, donec Paulum morte tulissent.
[...]quamq; viri decies quater hiq; fuerunt,
[...]his diris hæc coniuratio facta est.
[...]de Sacerdotum primores & Seniores
[...]unt,& dixere, anathematis arctô
[...]ò vinc'lô, nosmet devovimus ipsos,
[...]aturos omninò *alimenta*, quousque,
[...]occidamus. 15 Nunc vos idcircò Tribuno,
[...]ntatem Consessus, significetis,
[...]am vobis producere vellet vt ipsum,
[...] aliquid cognoscere certius horum,
[...] *pellant* ad eum, velletis: nosq; priusquam
[...]quabit sumus aggrediendo parati
[...]terficere. 16 Atquì Pauli quandò sororis
[...]dias audiset; venit & intrans
[...]um, Paulo narravit. 17 Paulus at vnô
[...]ersitô de Centurionibus; inquit;
[...]dolescentem *quò possit* adire Tribunum,
[...], habet id quòd namq; annunciet ipsi.
[...] ergò assumptum ducebat adusq; Tribunum,
[...]ebat; Paulus vinctus me ille rogavit
[...]um, coram te me ducere *velle*
[...]dolescentem, dicendum qui tibi quiddam
[...] 19 Porrò manum *Iuvenis* pre'ndendo Tribunus
[...](tùm secessissit quando seorsim)
[...]ntatus; quid id est mihi declarandum
[...]d habes? 20 Qui vero dixit; Constituerunt
[...] velle rogare, educere Paulum,
[...] consessum, velut exquisitius ecquid
[...]ri, percontarentur ab ipsô.
[...]sed nè assentitor eis, namq; insidiantur

Ipsi

Ipsi ex hisce viri quadraginta amplius, vt qui
Dirô voti anathemate devovére scipsos,
Manducaturos, bibituros se neque quicquam,
Illum donec adusq; neci dederint: etiamq;
Nunc in præsenti sunt, expectare parati,
A te quid referetur. 22 Tunc idcircô Tribunus
Hunc adolescentem dimisit, quum vetuisset
Effutire illum, quod ei narraverat ista.
accersitis. 23 Centurionibus * adq; vocatis deinde duobus,
Dixit; Militibus ducentis esse parati,
Vsque ad Cæsaream perrecturis: equitesq;
Sint decies septem, *qui* & stipatoribus *aucti*
Hastatis pergant ducentis: tertiâ ab horâ
Noctis. 24 Et vt Iumenta parent, perducere salvum
Impositum Paulum, Fælicem Præsidem adusque;
25 Literulâ scriptâ summam quę continet istam:
26 Claudius excelso Lysias *opto*, Salutem
Fælici, *qui existis* Præses. 27 Mitto virum istum,
A Iudęis tùm comprensum, quandò futurum
Iam propè erat, fuerit quod ab illis interimendus;
Ipse superveniens *mihi* iunctis militibusq;
eximi. * Eripui; quod sit Romanus quandò sciebam.
28 Causam scire volens in eum quamq; obijciebant,
Illum Consessum deduxi tunc in eorum
29 Quem super articulis quęrendis legis eorum,
Accusatum comperiebam, nullius autem
Criminis esse reum, dignum vel morte quòd esset,
Aut vinc'lis. 30 Atqui tum verò quandò fuisset
De insidijs contrà hunc hominem mihi significatum,
A Iudęis intentatis; protinus *illum*
Ad te misi: etiamq; accusatoribus eius
Demandavi, vt si-quid habent adversus eundem;
Coram te dicanto, Vale. 31 Mandata secundum
Militibus, quę illis fuerant facientibus, ergò,
Assumptus Paulus, deductus in Antipatrida
Nocte fuit. 32 Turmis equitum tum porrò relictis,
Posteriore die (qui iter vna pergere secum

(Debe

...) reliqui sunt retrò in castra reversi,
Qui quum Cæsaream venisent, Præsidi & istas
...sent literulas; coram simul illô
...sistère. 34 At Preses legisset ût *illas*;
...tus & esset, Quâ provinciâ *is* eset;
...ovisset, Cilicûm regione quòd eset;
Auditurus ero te (dixit,) quandò tui adsint
...tores prȩsentes. denique iussit,
...ndus in Herodis Prætoriô vt esset.

Cap. XXIIII.

...lus Tertullo sese accusante tuetur;
...mos dum sperat Felix in carcere liquit.

...rò, Sacerdotûm Princeps (pôst quinque diebus,)
...e Ananias, (vnà cum Senioribus, & cum
Oratore etiam Tertullô denique quôdam,)
...dit; qui comparebant Prȩside coram,
... Paulum quæ adversus *habebant*.
...ò citatô illô, cœpit Tertullus eundem
...re, aiens; 3 Multâ *nos* pace potiri
..., quȩ & rectè gesta & fœliciter extant,
...gente; tuâ prudentiâ ea acta fuisse
..., vbique etiam *nos* (Prȩstantissime Fœlix)
...oscimus, officiô omni gratiam habentes.
...rò, diutius vt te interpellando morari
...im; peto, te paucis audire, tuâpte
...dore ȩquô, nos vt, digniére *loquentes*.
...que vi...um pestem *nos* hunc invenimus *esse*,
...is qui & moveat Iudæis seditionem,
...per totum, qui est sectæ denique Princeps
...orum. 6 Templum tentavit & iste
...prophanare: huncq; prehensum, quandò secundum
Legem

Legem nostram Iudicij procedere cursu
Vellemus; Super-adveniens abduxit eundem
E manibus nostris, Lysias qui est ille Tribunus,
Vi magnâ eripiens. 8 Accusatoribus ad te
Ipsiùs iussis accedere, qui potes ipse
Abs illô inquirens cognoscere de omnibus istis
Rebus, de quibus accusamus nosmet eundem.
9 Consensum verò Iudæi etiamq; dederunt,
Qui affirmaverunt isthæc, ita se quòd haberent.
10 Atqui respondit Paulus, (quùm Præses eidem
Innuerat, *pro se* vt loqueretur;) Temet ab annis
Quandoquidem multis cognorim, Præsidis esse
Officio functum, Genti isti; anim'-æquior illa,
Hâc in causâ, quæ mea sunt defensio, dicam.
11 Quùm fieri possis tu certior; haud mihi plures
Præterijsse dies, *exactos*, quam duodenos,
Ex quô Hierosolymam conscenderim, adoraturus.
12 Nec verò in Templô cum quoquam verba loqu[...]
Disserui, abs ipsis inventus quando fuissem;
Aut vllum turbæ concursum *me* facientem
Invenêre, nec in Synagogis, sed nec in vrbe.
13 Neuve probare queunt, me accusant de quibus [...]
Nunc. 14 Hoc confiteor tibi porrò, viam tamen [...]
Me, iuxtà, (quam *scilicet* aiunt hæresin *esse*,
Sic Patrio servire Deo; quòd & omnibus illis
Quæ sunt in Lege, & quæ sunt scripta inq; Prophetis
Sim credens. 15 Speransq; Deo, (quod ij simul ipsi
Exspectant,) quòd morte soluti *à morte* resurgent,
Tam qui iusti, *quam* qui iniusti etiamq; *fuerunt*.
16 Ipse sed intereà, me exerceo, conscia recti
Vt mihi apudq; Deum, mens, atq; homines apud, [...]
Absq; offendiculô semper. 17 Sed pluribus annis
Interiectis, veni Eleemosynis tribuendis,
Genti offerre meæ, simul oblatisq; ferendis.
18 Inter quæ me comperierunt sanctificatum,
In Templô, (minimè cum turbâ, sive tumultû,)
Ex Asiâ quidam Iudæi. 19 Præstò vt adessent,

oportebat, coram te, (si quid haberent
rime,) meq; accusare. 20 Vel hi sed & ipsi
, si quicquam tum demùm comperierunt
quòd factum est iniustè, quando ego starem
ssiû, 21 Ni de vnâ hâc solummodò voce,
stans inter eos) clamavi; Iudicor ipse
hodie, de hôc, num surrectio rursus
defunctis. 22 Audisset quandò sed ista;
hos Fœlix. Postquam exquisitiùs, (aiens,)
, quæ illa viam spectare *videntur* ad istam,
quando Lysias descenderit ille Tribúnus;
pernoscam vestram. 23 Tunc Centurioni
servaret Paulum, simulatq; relaxet,
nec quemquam de famulantibus ipsi,
ministerio intendentes, hunc vel adire,)
iberet. 24 Post aliquot tamen inde diebus,
advenisset Fœlix, cum coniuge & eius,
Iudæa fuit) Drusilla; accersijt ad se
, deq; fide quæ in Christum existit, eundem
. 25 Quùm dissereret de Iustitiâ autem,
temperie, de iudicióq; futurô;
ctus Fœlix, respondebat; Abito
nus; opportunum quùm tempus at *exhinc*
ero, te accersam. 26 Sperans insimul illud,
sibi nempe pecunia danda quod esset,
vinclis exolvere vellet vt ipsum:
us ratione, accersens sæpius illum
eum. 27 Completò porrò bienni;
accepit Fœlix succedere Festum;
Iudæis cupiebat gratificari,
Paulum Fœlix in carcere liquit.

Cap. XXV.

Succedit Festus, coràm quo provocat ire
Cæsaris ante Tribunal. Agryppa audire petivit.

ERgò susceptâ Festus Provinciâ, ab vrbe
Cæsareâ, ascendit triduò pòst in Solymorum
Vrbem. 2 Comparebat eò coramq; Sacerdos
Maximus, ex Iudæis & Primarij, *vt essent*
Adversus Paulum; quem sunt etiamq; precati
3 Obnixi precibus contra illum gratiam inire
Accersitum quem Solymorum mittat ad vrbem,
In via vt insidijs factis occidere possent.
4 Sed Festus respondit, servaretur vt vrbe
Cæsareę Paulus: maturè semet eòq;
Esse profecturum. 5 Qui possunt propterea (inquit)
Inter vos, vnà descendant; si quod in istô
Crimen in hoc q; viro est, accusent *ilicet* ipsum.
6 Atqui porrò dies non plures quando decem
Egerat inter eos, tum descendebat adusq;
Cæsaream: Quùm posteriore die inde sequenti
Proq; tribunali sedisset; Iussit vt ad se
Adducant Paulum. 7 Qui quum productus adesset,
Iudæi qui descenderunt è Solymorum
Vrbe, steterunt circà illum, qui crimina multa,
Et gravia adversus Paulum tunc obijciebant,
Quæ sedenimverò non demonstrare valebant:
8 Pro defendendo quùm diceret ipse seipsô;
In Iudæorum neq; legem, sed neq; templum,
Nec perpetravi quodcunque in Cæsarem iniqui.
9 Festus at immò volens Iudæis gratificari;
Respondens Paulo, Num vis ascendere, dixit,
Ad Solymorum vrbem; te sisti iudicioq;
His de rebus ibi, coram me? 10 Paulus at inquit;
Cæsaris ad-sto Tribunal, vbi *eius* iudicio esse
Memet oportebat *sistendum*. Nil *ego* feci,
Quo nocui omninò Iudæis, vt quoq; pulchrè
Tu nosti. 11 Siquidem si iniuria facta sit vlla

...effeci mortem quodcunque meretur,
...defugio minimè. Sed si nihil horum
...minò, de quibus ipse accusor ab istis;
...are potest nemo illis: Cęsarem *adire*,
... 12 Festus tum (postquam Concilij vsus
...loquiò;) respondit; Cęsarem *adire*,
...dib? Cęsarem adibis. 13 Denique postquam
...dies aliquot dilapsi, prçterijssent;
...grippa, & Bernice, venere, salutem
...um, festo impertiri. 14 Qui simul illic
...dies essent plures etiamq; morati;
...Festus Paulina negotia Regi:
...dum (dicens) est à Fœlice relictus
...is. 15 De quò, (Solymis tum quandò fuissem,)
...nemet comparentes, significarunt
...ontifices loca qui suprema tenebant,
...eum Seniores; qui petierunt
...*damnandi* adversus eum. 16 Quibus ipse
...di; non est Romani moris in vsu,
...ondemnare hominem, perdatur vt idem,
...à quam (qui est accusatus) haberet
...res prçsentes ante seipsum,
...q; locum, quò se defendere posset,
...de impositò. 17 Quocirca quùm simul isthùc
...venissent; * non vlteriora morati
...ò (sequente die) sedi; adduci ante Tribunal
...inem. 18 De quo, (Quùm astâres insimul essent
...res; non vllum crimen eidem
...derunt, super illis, de quibus ipse
...pinabar. 19 Quędam quęsita at habebant,
...perstitione suâ de *nempe colendâ*,)
...dversus. de defunctò deniq; quòdam
...rmabat quem *verò* vivere Paulus.
...go de dubijs hærens inquirere rebus
...sfuerim; dicebam; Num proficisci
...Hierosolymam vellet; super his & ibidem
...dij? 21 Tum quandò Paulus at immò,

* Sive prolo-gatione quo-vis.

21 Appellasset ad Augusti se cognitionem
Servandum; quòd servaretur, præcipiebam,
Donec eousq; ad Cæsarem eundem mittere possem.
22 Agrippa at verò Festo dicebat; & ipse
Vellem audire hominem. Cras (isthic inquit) at
Auditurus eris. 23. Tunc ergo die inde sequenti,
Agrippa & Bernice cum ostentante superbâ
Pompâ venissent permultâ, quûm simul-atq;
Ingressum fecissent auditorij in ædem,
Cumque Tribunis, civibus & primatibus urbis;
Est adductus Paulus, Festo præcipiente.
24 Tum Festus, Rex Agrippa, (inquit,) quotquot ad
Omnes atque viri nobiscum; conspicientes
Hunc estis, de quo omnis turba Iehudæorum
Me compellavit, Solymis cum sed & isthic;
Vociferantes, non debere diutius illum
Vivere. 25. Comperij quum verò hunc nil ego di
Morte quod admisit; sed & appellaverit ipse
Augustum; statui decreto mittere eundem.
26. De quo quid certi, Domino quod scribere possem
Non habeo. Produxi ad vos quapropter eundem,
Maximè & ad te Rex Agrippa, aliquid quod habere
(Facto examine) quod scribam. 27. Mihi namque
Absurdum, me vinctum mittere, nec simul eius
Crimina de quibus accusatur significare.

Cap. XXVI.

Paulus suam causam coram defendit Agrippa
Respondit sobriè Festo conviciatori.

1 AD Paulum, sed Agrippa, tibi permittitur
Dicere pro temet. Protensa tunc manu
Paulus ait, defendens se: 2. Super omnibus

...bus à Iudæis, Rex, accusor, Agrippa, ...
...d se dicturus causam (me duco beatum)
...m tete hodiè. 3. Præsertim maximè ob istud
...d noscam gnarum te rebus in omnibus esse
...tudinibus Iudeos quę inter habentur,
...in his etiam quibus est & questio mota
...dor tete memet patienter vt ergo
...dire velis. 4. Vitę ergò meę rationem
...m trans-egi à præteritis Iuvenilibus annis,
...in gente meâ fuit vrbe Hierosolymorum,
...principiò; Iudęis omnibus illa
...ta. 5. Vt qui me cognorint anteà ab ipsis
...is maioribus, (illi testificantes
...modò se perhibere velint) Ego quòd Pharisæus
...; Quæ nostræ est exquisitissima secta
...ionis. 6. Nunc promissi spem sed ob eius
...nostris patribus olim
...(uditio subiectus sto.) 7 Duodenæ
...nostræ instando Tribus noctúq; diúq;
...Deo satagentes spe se adituras
...tes. De qua spe accusor at istis
...(Rex Agrippa.) 8. Ecquid? An istud apud vos
...visum vestrô est incredibile esse,
...Deus excitet hos qui sunt in morte soluti?
...ego apud me constituebam, nomen Iesu
...sus Nazareni multa patrare
...quòd oportebat contraria. 10. Quod-q; patravi
...lymitanâ vrbe: Ego multos carceribusq;
...rum clausi, cui ab ipsis estq; potestas
...sacerdotum primoribus: Atque necati
...do fuere; tali suffragium. 11. Et in Synagogis
...ibus excrucians hos pœnis, sæpe coëgi
...sphemandum, supraq; modum furibundus
...n adversus eos; affligere tandem,
...mas (umq; insectatus ad vrbes,
...simul & proficiscens inde Damascum
...sacerdotum ... à Primoribus ipsis

Sup. 8.4. & 2.22.

Sup. 9.3.

Sup. 9.3.20.9

Facta potestas, procuratio quæq; fuisset:
13 Ipse die medió (Rex) cœlitùs, inter eundum,
Aspexi lucem, splendorem quæ superabat
Ipsiûs solis, quæ circà me vndiq; fulsit
Luce sua, qui mecum & eos fecere iter vnà.
14 Quum nos in terram collapsi essemus & omnes;
Audivi vocem quæ me affabatur, & inquit
Hæbræâ linguâ; Saul, Saul, quid persequeris me?
Est durum contra stimulos tibi calcitrare.
15 Ast ego dixi, Quis Domine es? Sed is inquit,
Sum Iesus, quem tu insectaris. 16 Surgito verò,
Inq; pedes consiste tuos: Quùm propter idipsum
Namq; tibi comparui, vt instituam esse ministrum
Te, testemq;, & eorum quæ vidisti, & eorum
In quibus apparebo tibi. 17 * Tete eripiendo
Ex istô populô, simul atq; ex Gentibus, ad quas
Ablégo te nunc. 18 Vt apertos reddere possis
His oculos, ad lucem convertantur vt illi
A tenebris; Sathanæq; potestate, ad Deum, vt illud
Accipiant donum peccata sua esse remissa.
Et sortem inter sanctificatos, per fidem eandem
Quæ est in me. 19 Quapropter (Rex Agrippa)
Non me præstiti ei cœlesti apparitioni.
20 His ipsis primùm qui existunt immò Damasci,
Atq; Hierósolymis, regionem deinde per omnem,
Est quæ Iudææ, tum deniq; Gentibus ipsis,
Nuncia promulgavi, vt ij resipiscere possint,
Adq; Deum convertant sese, opera atque patrarent
Quæ resipiscenti sunt convenientia * vitæ.
21 Istorum causâ Iudæi idcircò, prehensum
In templo me tentaverunt posse necare.
22 Auxiliante Deo verùm servatus, in istum
Vsq; diem persisto hodiernum, testificando
Tum parvo, tum magno, dicens, nil ea præter
Quæ tantummodò prædixere futura Prophetæ,
Ac Moses: 23 Christum passurum iamque fuisse,
Exq; his primùm (qui defuncti à morte resurgunt,)

Sup. 12. & 14.

* menti.

...populo lucem, nec non quoq; Gentibus esse
...aturum. 24 Pro se ista sed excipiente,
...magna voce, Insanis (Paule) ait; hâc te
...literæ vt insanâ sis mente propellunt.
...autem dicebat, Præstantissime Fœlix,
...insanio: vera, sed & quæ sobria verba
...eloquor. 26 Id quòd scit Rex *insuper* istæ
... apud quem proloquor hæc: quodcunq; latêre
...dictorum siquidem non arbitror horum
...nec in angulô enim * quicquam fuit actum.
...Credis (Rex Agrippa) Prophetis? Credere tete
... 28 Verùm Paulo dicebat Agrippa;
...coelam *esse* mihi persuades, *vt* prope iam.
...Deo at optarim, Paulus tunc insuper inquit,
...totus item, quò d non modò tu, sed & omnes,
...hæc hodie qui percipiunt, fierentq;
..., qualis ego sum: vincla sed excipio ista.
...Quumq; hæc dixisset; surrexit Rex, etiamq;
..., Bernice, assessores cum sed & ipsis.
...Quum sed & illi secessissent; deindè loquuti;
...alijs alij, dicentes; Quòd, neq; morte,
...quod sit vinclis dignum, facit hic homo quicquam.
...Agrippa at Festo dixit; Potis esset homo iste
...; nisi Cæsarem *adire* quòd apellasset.

* *gestum fuit angulo.*

CAPVT XXVII.

Captivi & Pauli devecti, multa pericula Passi, naufragium, tandem petiere Melitam.

Vùm sed in Italiam nos transulcare statutum
Esset; tradebant & Paulum, alios quoq; quosdam,
Centurioni, Iulij *erat qui nomine dictus*,
... cohortis *erat*. 2 Conscensâ ideoq;

Adramyttenâ navi, circa loca vecti
* Solvimus ora Asiæ; nobiscum continuoq;
Mansit Aristarchus, Macedo de Thessalonicâ.
3 Devecti Sidonem porto die sumus altra,
Iulius & Paulo tractato humaniter, illi
Permittebat, vt ipse profectus ad eius amicos,
Curaretur ab his. 4 Quum solvissimus at illinc,
Provecti iuxtà Cypri sublegimus oras.
Propterea flantes quòd erant contraria venti.
5 Emensi pelagus Cilicûm quòd & adiacet oris
Pamphiliæque, Myrá Lyciæ devenimus vrbem.
6 Nactus Alexandrinam navim Centurióque,
Illic quæ esset, in Italiam * tum traijcienda;
Imponebat nos in eam. 7 Multisq; diebus
Quum præter vecti cursû tardente morati
Essemus; *contráq; Gnidum vix velificantes
Devenissimus, ventus quia nos prohibebat,
Appulimus Cretam Salmonis littora iuxtà.
8 Vix & eam prætergentes, venimus illinc,
In locum *ibi* quendam, pulchros quem nomine Portus
Dicunt, vrbs *sita* cui fuerat * vicina Thalassa.
9 *Exacta verò permultô tempore; quùmq;
Navita vix totô iam tùm transnaviget æquor,
Absq; periculo; Iudæis ieiunio *habendo*
Tempus præscriptum fuerat quùm preter & actum:
Scilicet, occasus sub tempore vergiliarum;
10 Paulus, consolanda, viri, inquit, cerno futurum,
Quòd cum iniuria erit, cum multô deniq; damnô,
Non oneris solum, & navis, verumetiam animarum
Nostrarum, nobis hæc transulcatio fiet.
11 Centurio immò gubernatori credidit, atq;
Nauclero navis, plusquàm his quæ dicta fuerunt
A Paulô. 12 Quando insuper esset portus ineptus
Hic ad hybernandum; cœperunt consiliumq;
Illinc solvendi; tantum modo si modo possunt,
Experturi, seu ad Phœnicen perveniendi.
Vtq; ibi hybernarent; Quæ est portus Creticus ille,

*Legimus

*Subvare pa- rata.

Iuxtaq;

*Lasaa pro- inque.
*Elapso

[…]gis

...i qui occasum spectans prospicit Afrum
...occiduò & se opponit solstitiali.
... Notus verò spiramina lenia flasset;
...i sese arbitrantes esse tenaces;
...,propius praeter, legendo secundùm
... 14 Non multò sed post, est inde coörtus
... ventus, qui à tempestate procellae,
Typhonicus, Euroclydon, nomine dictus,
... tum verò abreptum quando fuisset;
... contrà obnitendo resistere vento;
...,datâ eisdem flatibus vltrò.
... & in parvam quandam (quae Clauda vocatur)
...cursu delati essemus quivimus aegrò
... schapham. 17 Quâ subductâ, auxiliorum
...accinctà navi, tumq; timentes,
... inciderent in syrtim, sunt ita lati,
... velis. 18 Quùm tempestate sed acti
... vehementer, onus eijciebant
... sequente *die*. 19 Terno deinde dieq;
... propijs abjecimus armamenta
... 20 Quùm verò neq; Sol, neq; sydera visa
... dies ad plures, rúmq; procella
... impenderet; iam spes omnis adempta
... salutis erat. 21 Quandò sed media multa
... fuisset; Tunc pro stando Paulus eorum
... dixit: Mihi oportuit (O viri) vt ante
...tassetis, de Cretâ *non soluisse,
... iuriam, & hoc damnum, posuisseq; lucro.
Nunc sed adhortor vos, animo bono vt esse velitis
...bis siquidem nec erit iactura vel vlla
...quàm, sed tantùm navis. 23 Nam mihi nocte
... Angelus haece Dei, sum cuius ego, & cui
... 24 Qui dixit, Nolito Paule timere;
... oportebit *quòd* sisti Caesare coram:
...q;, Deus tibi condonavit eosdem,
... in navi tecum quoecunq; vehuntur.
... animò ergò bonò ducti ratione, viri, este:

*Euroaquilonio
*vix potuimus
*Obvimisso
*Haud esse profectus.

Credo

Credo namq; Deo, fore sic veluti mihi dixit.
26 Insulam at incidere immò in quandā nosmetips
27 Sed quartā-decimā post, nocte superveniente,
Quùm sed & Adriaco iactati essemus in altò;
Nautæ arbitrati mediā sub nocte fuerunt,
His aliquam regionem comparére propinquam.
28 Qui bolidem quoq; dimittentes, comperierunt
Viginti passus; progressi deinde pusillum;
Dimissā bolide & rursùm, tùm comperiére
Quindenos passus. 29 Simul atq; *eandem* timentes,
Inciderent ne fortè modò loca in aspera quóquam;
Postquam proiectæ sunt quattuor anchoræ ab ipsis;
Orturi lucem tunc optavere diei.
30 Quum fugere è navi sed nautæ posse studerent;
Atq; scapham quum dimisissent in mare, tanquam
(Prætexentes) extendantur vt anchoræ ab illis
E prorā, 31 Dicebat Paulus Centurioni.
Et quoq; militibus; Minimè vos esse potestis
Salvi, in navigio si non sunt hiq; manentes.
Et tum deinde scaphæ *navi* restando fuerunt
Abscissi funes à militibus, sed & illam
Hi patiuntur vt excideret. 33 Quando intereàq;
* Cœpit comparere dies; vescantur vt omnes
Hortatur Paulus; dicens; Est iste decénus
Quartus itemq; dies, ex quô expectando manetis
Ieiuni, nihil accipientes vsq; *ciborum*.
34 Propterea ergo cibum vos vt sumatis adhortor;
Ad vestram spectat nimirùm quandò salutem:
Quippe quòd omninò crinis non excidet vlli
De capite ex vobis. 35 Quandò dixisset & ista;
Atq; accepisset panem, grates etiamq;
Egisset Deo, & omnibus aspicientibus ipsis
Fregisset; tum cœpit manducare. 36 Sed omnes
Quando recepissent animumq; bonum, simul ipsi
Vnà sumpserunt etiamq; cibum. 37 Fuimusq;
Omnes ducentæ, decies septemq; animarum,
Et sex, in navi. 38 Satiati deinde ciboque;

...frumentum iacientes, alleviabant
... 39 Porrò dies exortus quando fuisset;
...gnoscentes quæ terra erat illa fuére:
...anim-advertére sinum, qui littus habebat,
...consilium cœpere * impellere navim
... 40 Sublatæ quùm simul anchoræ & essent;
...permisere mari, laxando simulq;
...gubernaculorum quæ constricta fuerunt:
...magnum velumq; attolere tentant,
...flatum, tendentes littus adire.
...bimaremq; locum quùm verò fortè dedissent;
...impegerunt: prora atq; infixa manebat
...illa quidem; puppis violenter at vndis,
...exagitantis fracta; soluta fathiscit.
...erat sed consilium, se occidere velle
..., ne quisquam (quandò enatasset,) ab ipsis
... 43 Sed Centurio servare volebat
...Paulum, prohibebat eos à consiliò illò.
...quibus esset & enatare facultas;
...* abijcerent se primos applicituros
..., quò evadere possent. 44 * Cæteri at immò
...bulis partìm, partìm navisq; quibusdam
...in fragmentorum: sic quoque factum est,
...in terram salvá evasisse salute.

* ... * ... * abiecerunt.

CAP. XXVIII.

Comiter excepti: reiecta est vipera in ignem: Publij item pater est curatus. Roma & aditur.

QVumq; evasissent; tunc agnovére vocari
Insulam eam Melitam. 2 Prestabant barbari at illi
Humanum nobis affectum commiserandi
...vulgarem. Namq; pyram succendere prompti
...nos omnes accipiebant,

Imbrem

Imbrem propter nos vrgentem,propter & algens
Frigus. 3 Sarmentorum Paulus nonnihil autem
Quum convertisset,sed et imposuisset in ignem;
Vipera prorepens (evitabunda calorem)
Illius invadendo manum insiliebat in ipsam.
4 Barbari at summanû ab eius dependere videbant
Bestiam eam; dixere alijs alij altervtrinq;
Omnino est homicida vir isthic vivere quem non
Vltio permisit,servatum de mari eundem.
5 Attamen ille quidem (decussâ bestiâ in ignem)
Est passus nihil *inde* mali. 6 Quantum libet illi
Expectaverunt inflatus quandò sumeret,
Conciderecvè repentè mortuus: His diù at illum
Expectantibus,atq; videntibus hinc nihil inde
Accessisse mali; mutati,quòd Deus esset,
Affirmarunt. 7 Porrò locum tum circiter illum
Cuidam prædia erant primario in Insulâ eâdem,
Qui fuit appellatus Publius,isq; benignô
Hospitiô triduanô nos excepit amicè.
8 Factum est autem,Publij vt huius qui pater esset,
Febribus is,dysenteriâ morbôq; laborans,
Decumbebat; ad hunc ingressus Paulus adivit,
Atq; precatus,et manibus sanavit eundem
Impositis. 9 Hoc factô ergô; reliqui simul illi,
Detenti fuerant qui morbis insulâ in illâ;
Accessere ad eum,sanati sunt & ijdem:
10 Nosmet honorarunt multis & honoribus illi,
Quæsed & vsui erant abeuntibus imposuerunt.
11 Tum post tres menses,provecti,solvimus illinc
Navi in Alexandrinâ,quæ transegit hybernâ,
Insulâ in hâc,cui insigne fuit Gemini à Iove nati.
12 Atq; Syracusas devecti,mansimus illic
Per triduum. 13 Circumq; legentes venimus inde
Rhegium. Et vnô deinde die post,flasset ut Auster,
Putteolos advenimus vrbem luce sequenti.
Compertis vbi fratribus,illic quandò rogati
Ab his manere sumus; septem quodusq; dierum

Cum Castore Pollux.

...ntus inter eos spacium : sic deniq; Romam
...us. 15 Et fratres de nostris rebus ûc exhinc
...ssent, nobis prodibant, obvij euntes,
...adusq; forum, tres insimul usq; tabernas :
...quem vidisset Paulus, grates Deo sic egit;
...psit fiduciam. 16 At illinc ingredientes
...; exercituûm Præfecto tradidit iste
...rio vinctos : Permisso Paulo erat autem
...vt ipse habitaret cum custode seorsim
... 17 Sed factum est tribus actis inde diebus,
...udæorum sibi compellaret adesse
...erts Paulus, tùm convenientibus illis;
...eis; ego quandò viri fratres nihil egi
...sus populum, patrios vel *deniq;* ritus;
...tus in Romanorum (vincula passus)
...in Solymâ vrbe fui. 18 Qui (examen habentes
...) quòd nullum crimen capitale sit in me;
...pterea à me dimisisse volebant.
... Iudæis contradicentibus autem ;
...us sum Cæsaris appellare *tribunal*.
...m accusare meam gentem quòd haberem
...quam. 20 Causam vos quapropter ob istam
...compellavi, vt videam vos, alloquererque :
...propter spem circundatus vt qui
...catenâ sum. 21 Dixerunt hi sed ad illum;
...literulas neq; nos accepimus vllas;
...iens quisquam de Iudæâ neq; fratrum,
... quicquàm declaravit, sive loquutus
...quodcunq; mali. 22 Dignum censemus at immò
...re, quæ sentis; notum quia nobis
...de sectâ, quòd ei sit vbiq; locorum
...dictum. 23 Quùm sed eidem constituissent
...diem ; venerunt plurimi ad ipsum
...hospitium : qui testificando professus
...bat eis regnum Dei *in hòc* vt Iesu
...quæ sunt, suadendo *doceret* eosdem.
... Mosis, itemq; Prophetis, vesperam adusq;

Ab

Abs surorâ. 24 Assensi sunt alijq; proinde,
His quæ dicta fuere: alij verumtamen illis
Non credebant. 25 Quum discordes atq; fuissent
Inter sese-ipsos; digressi sunt, simul-atq;
Hoc verbum Paulus dixisset: Quòd benè Sanctus
Dixit Spiritus,(Esaiâ referente Prophetâ;)
Ad patres nostros, 26 Vade (aiens) ad populum
Et dic; Aure audituri estis, sed tamen illa
Non intellectû *quæ auditis* percipietis:
Atq; videbitis illa videntes, quæ neq; *mente*
Perspicietis. 27 Crassum quandò cor populi huius
Est factum, graviter sed & auribus audiverunt:
Atq; suos oculos clauserunt, cernere posse
Nolle oculis, vel vt amplius auscultare valerent,
Et cordi foret intellectus percipiendi,
Et sese convertant, ipsos denique sanem.
28 Quapropter, notum sit vobis, gentibus ipsis
Ista salutaris quòd namq; redemptio missa est.
* Hos sed & audituros esse. 29. Hæc fatus ût esset;
Tunc * exiverunt Iudæi, interq; seipsos
Plurima habebatur de his disceptatio rebus.
30 Mansit at in propriô conductô deinde bienni
Paulus totô, omnes atq; excipiebat, ad ipsum
Qui ingressi fuerant. 31 Illû promulgando Dei ipsius
Regnum quæ Domini de Iesû suntq; docendo
Christô, *coniunctâ* cum libertate loquendi
Confidenti omni, prohibebat deniq; nemo.

Esa.6.9.
Matt.13.14.
Mar.4.12.
Luc.8.10.
Joh.12.40
Rom.11.8.

[E]PISTOLA APOSTOLI PAULI AD ROMANOS.

Cap. I.

[...]um Apostolicum sortitus, quàm petat ipse;
[...] sunt Gentes contempto Numine lapsi.

[P]aulus Iesu Christi servus, Apostolus, *ut qui* — *Act. 13. 2.*
Numinis *consilio* Divini *sorte* vocatus,
[Pro]mulgare Dei *quæ sunt* nuncia læta — *Deut. 18. 15. act. 3. 21.*
[...] positus; 2 Quæ *olim* promiserat ante
[...] Scripturis sanctis per *nempe* Prophetas
[...] 3 Eius de Natô ex semine factô
[...] iuxtà carnem. 4 Qui Filius idem
Dei manifestatus virtute potenti
[...] spiritum eum, à quô Sanctificatio manat
[...] *quod* ab his qui morte fuere soluti
[R]surrexit, Dominus *qui est* noster Iesus
[Chri]stus. 5 Per quem gratiam Apostolicû quoq; munus
[...] in obsequium fidei percepimus, omnes
[...] inter Gentes, eius nominis ergô.
[In]ter quas etiam vos insimul estis *habendi,*
[Q]ui à Iesu Christô *quotcunq;* vocati,
[...] existentibus in Româ omnibus, estis — *1. Cor. 1. 3. gal. 1. 3. 2. tim. 1. 2.*
[...] complexi in amore Dei, sanctiq; vocati;
[...] vobis, pax à nostrô Patre Deoq;,

Et

Et Domino Iesu Christo. 8 Grates ago prim[...]
Huic equidem mihi qui Deus est, per Iesum Ch[...]
Vobis omnibus, id quòd totum vestra per [...]
Divulgata fides extitit. 9 Nam mihi testis
Est Deus ipse, me cui servio Spiritu in eius
Nati Evangelio, intervallo temporis absq;
Vestri quòd fuerim memor. 10 Omnibus vsq; [...]
In factis à me precibus, si aliquando facultas
Sit tandem mihi quoq; modo (divina voluntas
Dum permittit) iter successu prospero habere,
Ad vos vt veniam. 11 Desidero namq; videre
Vos, aliquod vobis largiri spirituale
Donum, vos vt * confirmatos reddere possim.
12 Hoc est, in vobis commune ad percipiendum
(Altervtrunq; cohortando) solamen vtrinq;
Confirmare fidem coniunctim mutuò eandem,
Tum simul atq; fidem vestram, tum deinde meam,
13 Nequaquàm (fratres) volo vos veruntamen esse
Ignaros, siquidem me sæpius instituisse
Velle venire ad vos, sed adhuc tamen impeditum
A fructu quòvis ita quod prohiberer habendo
Inter vos, itidem Gentes reliquas velut inter.
14 Et Græcis, & Barbariem de Gente professis,
Sum, sapientibus, insipientibus insimul vnà
Debitor. 15 Ergò quòd *est* in me, mihi prompta [...]
Est, Evangelium vobis qui estis quoq; Romæ
Vt declamarem. 16 Nec enim me dispudet ipsum
Christi Evangelium *proferre*, potentia constet
Quando Dei, credenti cuivis cunque, saluti,
Ante omnes; primùm Iudæo, tum quoq; Græco.
17 Iustitia est quia facta Dei manifesta per illud,
Ex fide in vsq; fidem, conscriptum sicut habetur.
Porro fide vitam quicunq; est iustus habebit,
18 Ira Dei siquidem de cœlo fit super omni
Impietate hominum eum iniustitiâque, retecta,
Quippe Dei retinent quòd verum constat, iniquè.
19 Divino siquidem totum quòd Numine constat,

Psal. 15.23
* *Confirmati-vos.*

1 Cor. 1.18.

Habac. 2.4.
Gal. 3.1.
Hebr. 10.38.

...idem manifesta luce patescit in illis:
...quidem Deus his manifestum reddidit illud.
...enim quæ non poterant manifesta videri,
...tamen ex rebus sunt intellecta creatis,)
...ab his quæ condita sunt conspecta sciuntur;
...tentia,quæ est æterna *videlicet* eius
...essentia,ad hoc,(quocúnq; remotô
...)vt non excusentur: 21 Quippe quòd ipsum
...Deum norint, Deum ij non glorificarunt
...*runt*,aut se gratos exhibuerunt.
...suis ratiocinijs in mente repostis,
...prorsus sunt vani,cor & eorum
...*caligine cæca* est obtenebratum.
...quùm se fuerint sapientes esse professi;
...stultos effectos esse *probabant.*
...Dei corrumpi gloria nescia,ab illis
...effigiem quæ est efformata figuræ,
...(qui corruptelæ obnoxius extat)
...batur,volucrum quóq;,quadrupedúmque;
...24 Deus quapropter tradidit illos
...in ipsorum desideria vsq; *suorum,
...spurcitiem,sua corporæ vt ipsi
...iradè miscentes commacularent:
...,Dei verum quùm transmutare studerent,
...icium quiddam,res inq; creatas;
...runt,serviverunt & magis illis,
...*bere, aut serviverunt cuncta* creanti;
...benedictus in *omnibus* est ætatibus; Amen.)
...terà,*duci* fœdis affectibus illos
...ipse Deus. Namq; vsum fœminæ eorum
...naturalem,prorsus in illum,
...naturam contra. 27 Pariterque relicto
...naturali vsu, masculi eorum
...suâ flagrando libidine turpi,
...alij,maribúsque marésque nephandè
...patrantes,mercedem percipientes
...suò quam percipisse decebat

Ephe.4.18.

Sap.12.24.

**cupita*

In sese meritos. 28 Et sicut in agnitione,
Proponendo Deum, sibi non retinere probarunt;
Sic Deus in mentem perversam tradidit ipsos:
Isthæc ut facerent quæ convenientia non sunt.
29 Quùm fuerint iniustitiâ quâcunq; repleti,
Cuiusvis generis, vitiorum gurgite mersi;
Scortatu, improbitate, & avaritiâ, invidiæ æstu
Pleni, cæde, protervis rixis, fraude, malignâ
Mente: 30 Susurrones, mala deblaterando loquaces,
Numinis osores, spargentes probra, superbi,
Gloriola-tumidi, mala quæ sunt invenientes;
Qui nec obeditum præstare parentibus ullum
Curant: 31 Qui sunt desipientes, fœdera frangunt,
Qui non sunt moti naturæ affectibus ullis,
Nulla resarcitur quibus implacabilis ira,
Sensus compassu quibus haud miserante movetur.
32 Qui ius quando Dei cognorint, *nempe* quod illi
Talia qui faciunt, sunt digni morte *teneri*;
Isthæc non ipsi solummodò sunt facientes;
Applaudunt immò verò facientibus ista.

Cap. II.

Terret Hypocriticos, consolaturq; fideles,
Omnes convincens naturâ & lege reatus.

O Homo, propterea es non excusabilis omnis
Condemnans alios; hôc ipso namq; quòd illi
Tu sis condemnans, condemnas ipse teipsum,
Condemnans *alios*, eadem quia *tu* facis ipse.
2 Iudicium quùm namq; Dei cognoscimus esse,
Illos adversus faciunt qui talia, iuxtà
Mat.7.12 Verum *iudicij censum*: 3 Num rere sed istud,
1.Cor.4.5. (O homo, qui damnas illos qui talia præstant,

rsus eadem, te posse evadere tandem,
um fugiendo Dei? 4 Bonitatis an eius
quid divitias, etiam tolerantiæ & eius,
animæ patientiæ item contemnis an eius?
rans, bonitate Dei deduceris ut qui,
sipiscendum? 5 Pro duritiâ immò tuâpte
corde, quod omninò resipiscere nescit, *Iac. 5. 3.*
mulando tibi thesaurum colligis iræ,
in usq; diem venturum vindicis iræ,
judiciiq; Dei, tùm quandò patebit;
qui justa opera unicuiq; rependit,
siquidem qui sunt animô constante manentes, *Psal. 61. 13.*
boni operis boni ideoq; gloriam, & honorem, & ha- *Mat. 16. 27.*
rruptibilem perquisiverit æternam;) (bendam *Apoc. 22. 12*
vitam: 8 Rixosis immò sed ipsis,
doctrinæ veræ parêre recusant;
iustitiæ satagunt submittere semet;
cunctis excandescentia, & iræ:
; afflictio, erit q; angustia, tùm super omni
operante humanâ animâ, tum primùm ipsi
sit, seu fiat deniq; Græco.
oria verò, & honos, & pax cuicunq; patranti
bonum erit Iudæo primùm, tum quoq; Græco.
ippe Deo coram personæ acceptio non est.
quidem, quotquot peccaverunt sine lege;
rursus perituri sunt sine lege.
& quotquot peccata fuere patrantes;
dicio legis condemnabuntur ijdem. *Deut. 10. 17*
uditores etenim sunt iustificati
(ante Deum) factores legis habendi.
14 Nam quùm Gentes legem nec habentes,
quæ legis sunt naturaliter illa;
huiuscemodi, legem nec habentes,
sibi lex ipsis. 15 Qui scriptum cordibus intus
ostendunt legis opus, simul unà
dum sibi mens testem se provocat ipsam,
cogitationibus inijs tunc accusantibus aut sint

Illi alios alij; seu se excusantibus ipsos;
Est laturus In die eô, quô iudicium Deus * est habiturus
De occultis hominûm, testante Evangelio istô,
Cuius (per Iesum Christum) sum preco vocatus.
17 Ecce vocaris tu Iudæus, es atq; quiescens
In lege, inq; Deo iactas: 18 Nosti simul eius
Infra 9.4. Atq; voluntatem, discernisq; vtiliora,
Instrueris dum lege. 19 Ducem confidis & esse
His te qui capti sunt lumine; lumen eorum
Qui sunt in tenebris; 20 Informantem insipientes,
Præceptorem infantûm, cognitionis habentem,
Et veræ formam doctrinæ in lege relatam.
21 Ergò, docens alium doceas non ipse teipsum?
Qui non furandum, declamas voce loquaci;
Eripis in furto? 22 Qui (non mœchabere) dicis;
Scorta colis? Qui detestanda Idola fateris,
Numquid sacrilegum satagis committere furtum?
23 Qui de lege Dei iactas, dum transgrediaris
Legem tuae Deo probrosum dedecus infers?
Esa.52.5. 24 Quippe, Dei nomen per vos traducitur inter
Ezec 36.20 Gentes blasphemè, conscriptum sicut habemus.
25 Vtilis est equidem quia circumcisio, verùm
Si tantùm legis sis observator amussis:
Quod si transgressor legis fias; ea facta
Tum præputium erit tua circumcisio. 26 Quare,
Si præputium eas quæ legis iustitiæ sunt.
Observaverit; ipsius reputabitur annon
Tum præputium ei, esset circumcisio tanquàm?
27 Et præputium idem quod naturaliter extat,
Condemnaturum sit te, legem modò serves
(Qui per literam es, & cui circumcisio præsto est,)
Quum tamen à te legis sit transgressio facta?
28 Namq; nec is Iudæus habendus, qui est in aperto
Aut in apertô quæ est, est circumcisio habenda,
Facta in carne. 29 Sed in secretô absconditus hic est
Col.2.11. Iudæus; simul hæc est circumcisio cordis,

...d inexistens; non *est* in literâ: & eius
...tem *est* humanitùs, *est* Divinitùs autem.

Cap. III.

Iudæi quamvis essent prælatis legis,
Hi tamen vt Gentes (ni gratia adesset) aberrant.

...rgò, Iudęi superest pręstantia quęnam?
...ut, quid circumcisio continet vtilitatis?
...*Vtilitas est* multa modum *gentura* per omnem:
...ndo quidem quòd eisdem primitus essent
...a Dei. 3 Quid enim si quandò fuerunt
...m haud credentes? Incredulitas an eorum
...idem potis illa Dei quæ reddat inanem? — *Esa. 46. 13.*
...A...o Deus verax, mendax homo verò
...s: vt est scriptum; possis vt iustificatus — *2. Tim. 2. 13*
...monibus esse tuis, & vincere possis, — *Ioh. 3. 33.*
...m facientem te quùm iudicet vllus.
...d si quę *in nobis* iniustitia extat iniqua — *Psal. 116. 11*
..., Dei *rectam* commodat iustitiam; Ecquid — *Psal. 51. 4.*
...s? Nunquid Deus est dicendus iniquus;
...hominem (quod dico secundum.)?
... quonam aliàs, Iudex mundi Deus esset?
...si vera Dei constantia *iustitia eius*
...rat mendacio abundans, gloriam in eius:
...m peccator cur iudicor ipsemet *ergo*
... 8 At non (sicut de nobis male-dicunt
... blasphemè, velut & nos dicere dicunt)
... *sunt ea* committamus, vt *illa* venire
... *sunt* poterint? Quorum damnatio iusta est.
... quid? *an ne istis* pręcellimus? Haud omninò.
... prius tam Iudęos quàm deniq; Gręcos — *Gal. 3. 22.*
... *imperiû* peccati, evicimus omnes. — *Psal. 14. 3.*
...t sicut scriptum. Iustus quià non est, — *& 53. 3.*

Non permansuri fuerint; in *stemma* ferentur.
Quippe, potens Deus ipse est, rursus vt inserat ipsos.
24 Nam si exsectus tu es naturali ex oleastrô,
Præter & es naturam veræ insertus olivæ;
Hi naturales qui sunt, quantò magis ipsi,
Inserti propriæ coalescent *rursus* olivæ?
25 Nolo etenim (fratres) ignaros istius esse
Vos mysterij, (vti ne sitis) vosmet ad ipsos
Ingeniô tumidô: quandò excæcatio *mentis*
Israëli ex parte evenit, donec adusq;
Completus tandem numerus de Gentibus intret.
26 Totus ita Israël servandus eritq; futurus:
Est sicut scriptum; veniet de *monte* Sionis,
Qui libertatis vindex est, à-q; Iacobô
Impietates ille avertet. 27 Fœdus & hoc *est*,
Proveniens ipsis à me; quùm tollero ab illis
Ipsorum peccata. 28 Evangelium quòd ad ipsum
Spectat; sunt inimici equidem, vos propter: At illi
(Quatenus est electio) propter progenitores;
Tales sunt, charos quos amplexamur amore.
29 Quandoquidem dona illa Dei, illa vocatio, *sunt*
Talia, vt illorum nequaquam pœnitet ipsum.
30 Namq; aliquandò Deo vos & nec obedivistis,
Consectati estis sed nunc miserantis amorem,
Hanc obduratam per eorum incredulitatem;
31 Sic & nunc isti renuerunt credere *quo sit*,
Istiusc vt vobis cùm sit miseratio facta;
Ipsis vt pariter fieri miseratio posset.
32 Illos quippè incredulitate sub *hâc* Deus omnes
Conclusit, misereri posset vt omnibus illis.
33 O sapientiæ & agnitionis divitiarum,
Immensum penetrare Dei non posse profundum:
Iudicia illius quàm non scrutanda resultant,
Quàm nequeuntq; viæ pervestigarier eius.
34 Ecquis enim mentem Domini cognoverit? aut quis
Huic à consiliô fuerit? 35 Vel quis prior illi
Contulerit *quicquam*, quod retribuetur & ipsi?

Esai. 59. 20.
Esai. 27. 9.
Iere. 31. 33. 34.
Hebr. 8. 8. & 10. 16. 17
Esai. 40. 13.
Sap. 9. 13.
1. Cor. 2. 16.

36

...ipsô quoniam, per & ipsum, atq; omnia in ipsô
...ria (sæcula in *omnia*) *lata sit*. Amen.

Cap. XII.

Quis cultus Domini; qua conversatio recta;
Vivat in officio quiscunque; amor omnia fronet.

...atres, ergô, Dei propter miserantis amores,
Vos exhortor vt exhibeatis corpora vestra,
Ipsas hostia viva, sacrata, placentia quæ sunt
Deo, obsequium vestrum ratione probatum.
...quàm sitis conformes sæculo & isti,
...formate at vos, renovatæ in *acumine* mentis
...n, quô illa Dei bona & acceptata voluntas, — *Ephe.5.7.*
...æ perfecta *est*, sit vobis ipsa probata. — *1.The.4.1.3*
...per eam, mihi quæ est data gratia, cuilibet inter
...nversanti, edico; plus quam decet illum,
...e sapiat, magis immò ad sobrietatem — *1.Cor.12.11.*
...piat, cuicunq; Deus divisit vt ipsi — *Ephes.4.7.*
...ram fidei. 4 Nam sicut corpore in vnô
...a habemus membra; at habent hæc omnia membra
...non actum; sic multi nos sumus vnum
Christô corpus, sed verò particulatim
...bra aliorum alij. 6 Porrò, diversa at habentes
..., secundum gratiam candem quæ est data nobis — *1.Pet.4.10.*
... Prophetia *sit*; fidei è ratione *loquamur*;
...ve ministerium, *esse* ministrantes in eôdem:
... docet quisquam, in doctrina *ille docto* — *Mat.6.2.*
...am qui exhortatur, *sit* in exhortamine *suadens*: — *2.Cor.9.7.*
...i distribuens *faciat* cum simplicitate: — *Amos.5.15.*
...iq; præest, cum sollicitudine curæ: — *Ephes.4.2.*
...isereseit, lætô cum *miserescere* corde. — *1.Pet.2.17.*
...lectio fuco *sed* sine hypocrisis vllo: — *Heb.13.1.*

9 A malô abhorrentes, connixi vt gluten honesto.
10 Charô alios alij fraterni vinculô amoris
Vos amplexantes, præeuntes mutuô honore.
11 Non pigri studiô. Fervorem spiritû habentes.
Servitium dantes Domino. 12 *Spe damna levantes; — *Spe gaudia dante — Luc.18.1.
Fortiter afflictis in rebus ferre molesta.
In precibus durando. 13 Quibus commune iuvantes
Sit curæ sanctis relevandis. Excipiendis — 1.Cor.16.1.
Hospitij officiô peregrinis *esto* parati.
14 His benedicite qui vos insectando lacessunt: — Heb.13.2.
His (inquam) benedicite, nec maledicta referte. — 1.Pet.4.9.
15 Gaudentes vnà cum congaudentibus este; — Mat.5.44.
Collachrymantes & cum collachrymantibus este. — Prov.3.7.
16 Inter vos animô coniuncti sitis eôdem.
Non sapientes alta, humili sed mente repressis, — Esai.5.21.
Semet quilibet adiungens, accommodet ipsum. — Pro.20.22.
Ne sitis nimium prudentes vosmet ad ipsos. — Mat.5.39.
17 Pro *tribuente* malum, mala non tribuenda vicissim — 1.Cor.6.7.
Procurando probanda viris coram omnibus *esto*. — 1.Pet.3.9.
18 Si fieri poterit, (quantum per vos erit illud,)
Cùm quôvis hominum pacem retinere studete. — Heb.12.14.
19 Non vlciscentes vos ipsos, Immo sed iram — Eccle.28.1.
(Dilecti, cedendo locum) cohibete; quod quòd — Mat.5.39.
Est scriptum; vindicta mihi, (Dominô) ipse rependam, — Deut.32.35
(Dicente.) 20 Ergò, tuus si quandò vel esurit hostis; — Heb.10.30.
Ipsum pasce: siti si quandò fathiscat; eidem — Pro.25.22.
Da potum Quod agendo; caput super illius ignis
Carbones coacervabis. 21 Ne vincitor abs hôc
Quod pravum *fuerit*; bonitate at vincito pravum.

Cap. XIII.

Quisq; magistratum reveretor; diligat alt'rum;
Nox abijt; luce ambulet; arma indutus Iesu.

...o anima omnis eis quibus est commissa potestas,
...subdita. Namq; Deo nisi ab *instituente* potestas
...Non est: Atq; potestates Deo ab *instituente,*
...s quæ sunt, ordine disponuntur eædem.
...o, potestati opponit quiscunq; seipsum:
...is ipse Dei posito se opponit eidem.
...insurgentes audent opponere sese;
...um sibimet satagunt acquirere damnans.
...ppe magistratus non sunt inferre timorem
...bene agentibus, at malè agentibus immò.
...lus verò vin' tu formidine nullâ
...testatis? Fac quòd bonum erit; quòd ab illâ
...es laudem. 4 Datus est tibi namq; minister
...bono *id esse* tuo. Si feceris autem
...malum erit; metuas: Siquidem gladium sine causâ
...ert: *Ille* Dei extat quandò minister ad iram,
...t quiscunq; malum, foret vltor in illum.
...st quapropter, subiectos esse necesse,
...non solum propter, sed propter & *istud*
...sit bene conscia mens. 6 Hinc namq; tributa
...m solvendo: Dei sunt quippe ministri
...ncumbentes in rem. 7 Quapropter idipsum
...ius illis quod debetis *nempe* tributum,
...r, cui *tribuendum sit* cuiq; tributum,
...l cui vectigal; *deferte* timorem,
...or *est tribuendus*; honorem, cui *tribuendus*
...or. 8 Haud quicquam debentes estote cuiq;
...os alij redametis mutuò amore.

Sap. 6. 3.
Titus 3. 1.
1. Pet. 2. 13. 14.

Mat. 22. 21.

Alt'rum

Exo.20.14. Alt'rum quisquis enim fuerit qui diligit; idem
Deut.5.18. Implevit legem. 9 Namq; hoc; Mœchabere noli;
Non occides; non furaberis; te neq; præbe
Testem falsum; non *quæ sunt aliena* cupisces;
Mandatumq; aliud si demùm quod sit; in istô
Leuit.19.8. Summatim constat breviter sermone redactum:
Mat.22.39 Nempe; Tibi qui proximus est hunc dilige, tanquam
Gal.5.14. Ipsum temet *diligis*. 10 Hæc dilectio prorsus
Iac.2.8. Vicinum quôcunq; malô non afficit. Ergô
1.Tim.1.1. Restat, totius perfecta impletio legis
Quod dilectio sit. 11 Præsertim quandô sciamus
Quôd tempestivum nunc surgere tempus adinstat
De somno, quià nempe salus magè nostra propinqua
Quàm quum credidimus. 12 Nox est transacta, dies
Est vicina propinquans. Ergo opera abijciamus
Quæ tenebrarum *sunt*. Induti simus & armis
Ipsi conveniant quæ luci. 13 Compositéq;
Luc.21.34. Sicut in *effulgente* die incedamus *oportet*.
In crapulis minime comedentûm atque, ebrietatum
Ingluvijs, non *inq;* cubilibus atq; protervis
Gestibus, haud lite *in certaminis* invidiàq;.
Gal.5.16. 14 Induti Dominô atqui-verô sitis Iesu
1.Pet.2.11. Christô; accurata & minimè provisio vestra
Impensè ad carnis tendat *saturanda* cupita.

Cap. XIIII.

Scandala ne fiant fratres tolerato fideles
Infirmos, firmi, sine libertatis abusu.

POrrò fide *si sit* quiscunq; infirmus; eundem
Assumatis, non certamina velle movere,
In differtando perplexa mente reata.
2 Est equidem credens alius, sibi iure licere

...posse quibusvis escis: Porrò *fide* alter
...manducans est olera. 3 Is qui edit *ergò*
...qui non edit, haud nihili reputabit, oportet:
...non edit, hic non condemnabit edentem:
...quidem Deus ipse ad sese assumpsit eundem.
...quis es, vt famulum condemnans sis alienum?
...proprio Domino, aut cadit. At stabilitus is immò
...Stabilire potest etenim Deus illum.
...*qui* nempe diem præstare diei
...: *est* alius *qui* existimat immò *peræquè*
...cunq; diem. Certus sit quilibet autem;
...in propriâ plenè *persuasus*. 6 Is ipse
...curat quiscunq; diem, curat Domino: Et qui
...curat quiscunq; diem; non curat eundem
Domino. Domino qui est vescens vescitur idem;
...ille Deo siquidem persolvit: & ille
...est vescens, Domino non vescitur; atq;
Deo grates persolvit. 7 Nam sibi nostrûm
...vivit, moritur sibi nullus & ipsi.
...seu vivimus, *est* Domino *quod* vivimus: aut si
...Domino emorimur. Seu vivimus ergò,
...morimur; Domini sumus. 9 Est quia mortuus isthuc,
...surrexit Christus, sursumq; revixit;
...etur eis in vivis qui simul extant,
...& his qui sunt. 10 Qui verò frater *habendus*
...cur illum tu damnas? Pro nihilòq;
...fratrem ducis? Quandò ante tribunal
...sistemur Christi. 11 Scriptum quia constat;
...go (ait Dominus) curvabit se mihi quippe
...genu, lingua atq; Deo profitebitur omnis.
...ptereà ergò, Deo rationem reddere debet,
...nostrûm pro semet quilibet ipsô.
...plius (ergò) alius de aliò non iudicet vllus
...: Iudicium magis hac adhibebitis immo,
...offendiculo, nec scandalo vt esse queatis.
...persuasumq; habeo, Dominum per Iesum.
...per se nihil esse: aliquid sed eidem

Iac. 4. 12.

2. Cor. 5. 10.

Esai 45. 23.
Philip. 2. 10

Esse.

Esse impurum, qui hoc impurum iudicat esse.
15 Si tuus at frater sit tristis factus ob escam;
Iuxta *fraternum* iam non incedis amorem.
1 Cor. 8. 11. Esca *sed* nolito tuâ illum perdere Christus
Pro quo mortuus est. 16 Nequaquam propterea ...
Blasphemando bonum vestrum traducitor istud.
17 Regnum quippe Dei non esca est, sed neq; potus;
Iustitia atqui-verò, & pax, & Spiritû in Almô
Exultatio. 18 Nam qui Christo servit in istis;
Acceptus placet ille Deo, simul atq; probatur
Humano generi. 19 Quare, spectantia pacem
Sectemur, quibus ædificemur & vnus & alter.
Tit. 1. 15. 20 Hoc opus (ergo) Dei cibi ob hanc nè destrue ...
Omnia pura quidem, tamen est homini malum eidem
Qui cum offendiculo comedit. 21 Conduceret illi
Carnibus haudquaquam vesci, bibere & neq; vinum;
1. Cor. 8. 13. Nec *facere* [illegible] tuus quò impingere possit
Frater, sive offensus, sive infirmior esset.
22 Tute fidem *sed* habes? apud ipsum temet habeto,
Inspectante Deo. Qui non condemnat is ipsum
Semet in hocce, *bonum esse* quod approbat; ille beatus.
23 Si verò ambigit, & *nihilominus* ederit; ille
Est condemnatus, quoniam non ex fide *edebat*:
At-qui est peccatum, quicquid non ex fide habetur.

Caput XV.

Exemplum Christi patientes esse revincit
Officiumq; suum docet his in significandis.

Nos autem firmô quùm robore simus; oportet
Infirmas vires vt supportemus eorum,
Qui magis invalidi sunt: indulgere nec ipsis
Nobis. 2 Quisq; igitur sibi qui sit proximus, illi

...ere bono satagat, quod ad ædificandi
...m tendat. 3 Nec enim placuit sibi Christus.
...t existit scriptum; Convitia eorum,
..., quæ in toto jecerunt, incubuere. 14 — *Psa.69.7.9*
...quidem scriptis quæ commendata fuerunt,
...nq; ad nostram doctrinam scripta fuerunt:
...*constanter* tolerandi *exempla relata*,
...urarum *per* consolamen earum,
... habeamus spem. 5 Deus ipsemet autem — *1.Cor.1.10.*
... tolerantiæ & *est* solaminis *autbor*, — *Phil.3.16.*
...bis, affecti animô quod sitis eôdem, — *&.4.3.*
... Christum Iesum, inter vos mutuô *amantes*.
... vt glorificare Deum concorditer ore,
...m Domini nostri possitis Iesu
... 7 Vos alios alij ergò suscipiatis
... etiam Christus suscepit, vt *esset*
...*id amor* Deo. 8 Verùm dico *illud* Iesum
... circumcisorum factum esse ministrum,
... esse Deum, veracia quandò probabat
...la Dei, quæ patribus ante fuerunt
..., vt confirmaret 9 Gentes & vt ipsæ
...care Deum possent, super eius amore
...serante: velut scriptum extat; propterea inter
... ergò, tibi profitebor, *cantica* psallam
... itemq; tuo. 10 Rursum *sed* & *insuper* inquit; — *Psal.18.49.* *2.Sa.22.58*
... populo Gentes gaudete. 11 Iterumq; — *Deu.32.43*
... dominum Gentes omnes, sed *et* ipsum — *Psal.117.1.*
...date omnes populi. 12 Rursum quoq; dicit
... Radix est de Iesse futurus,
... surget, Gentes is recturus vt esset; — *Esai. 11.10.*
... sperabunt in eôdem. 13 Vos Deus autem
..., plenos perfundat lætitiâ omni,
... in credendô; vt spe valeatis abundè,
... in virtute, Sacer quam spiritus afflat.
... ego de vobis habeo (fratres) mihi verò
..., quod & ipsi estis bonitate repleti,

Mensura imbuti plena omnis cognitionis,
Vt qui possitis vos mutuò itemq; monere.
15 Sed vobis scripsi fratres audaciùs *ista*,
Ex aliqua tanquam memores vos reddere parte,
(Propter eam mihi (dante Deo) quæ est gratia,) vellem
16 Isthùc vt sim Gentibus ipse minister Iesu
Christi, Evangelium esse Dei me sacrificantem,
Gentium vt extet spiritû in Almô oblatio grata
Sanctificata. 17 In Christô habeo quod glorier (ergò)
Iesû, in ijs quæ ad *sacra* Dei *mysteria* spectant.
18 Quandoquidem, non sustineam quodcunq; profari
Horum quæ Christus non per me effecerit, isthùc
Vt Gentes ad obeditum *perducere possem*
Sermone & factô. 19 Signorum & prodigiorum
In virtute, potentiâ & *eius* Spiritus *ipse*
Qui Deus *est*: Adeò Solymitanâ vsq; vt ab vrbe,
Atq; per adiectas vicinas vndiq; circum-
Quaque, & ad Illyricum regiones vsq; replerim,
Christi Evangelij spargendô munere. 20 Verùm,
Sic Evangelij satagens dispergere munus,
Esset vbi ipsius nec dum de nomine notus
Christus; nè super alterius fundamine *iactô*
Ædificarem. 21 Sicut verò scribitur *istud*;
Hj quibus haudquicquam fuit ipsis significatum
Psa. 52. 15 De illô; cernent: & quibus est audisse negatum;
Illi percipient. 22 *Conatus* sæpius, ergò,
Hâc ductus ratione etiam *tamen* impediebar,
Supr. 1. 13. *Quominus* ad vos *ipse* venirem. 23 Quùm tamen ista
1. Thes. 2. 17 In regionibus haud habeam nunc vlteriorem
18. Ipse locum; desiderium sed habens veniendi
Supr. 1. 10. Ad vos, à multis *iam precedentibus* annis;
24 Ad vos accedam dum quandò Hispaniam adibo;
Isthâc preteriens siquidem vos spero videre,
Insimul à vobis etiam deducar eôdem:
Attamen immò prius, si consuetudine vestra
Ex parte expletus fuero. 25 Proficiscor at immò

[...] Hierosolymam, sanctis *collata* ministrans.
[...] *eris* etenim Macedûm, qui sunt & Achaiæ,
[...]acuit conferre in sanctos paupere *qui sunt*
[...]gione, illos Solymorum *scilicet* vrbis.
[...] quidem placuit; debentes sunt sed & illis.
[...] spiritualia eorum participarunt
[...]; debent ipsæ etiam in carnalibus esse
[...]ministrantes. 28 Ergò hoc perfecero quandò,
[...]llis istum quum consignavero fructum;
[...] Hispaniam adibo, isthâc per vos. 29 Scio verò
[...] quum veniam;) quòd tùm benedictio mecum
[...]di Evangelij veniet completa futura.
[...] precor at (Fratres) Dominum nostrum per Iēsum
[...], perq; illum quem Spiritus afflat amorem;
[...] nē precibus mecum certare velitis
[...]ndo Deum vestris: 31 Vt liberer abs his,
[...]orum qui sunt regione rebelles;
[...]ministerium hocce meum acceptabile sanctis
[...] vrbem Solymam) fiat. 32 Cum gaudiô vt ad vos
(volente Deo) veniam, refrigerer atq;
[...]obiscum. 33 Qui pacis at *est* Deus *Author*,
[...] *esto* cum vobis omnibus. Amen.

1. Cor. 9. 11.

Supr. 1. 11.

2. Cor. 1. 11.

Esai. 9. 6.

Cap. XVI.

[...]ptando salutem, finit: at esse cavendum
[...]ribus à falsis: Grates concludit agendo.

[V]Obis at Phœbem nostram commendo sororem,
[...] Ecclesiâ eâ in Cenchræis *quippe* ministra:
[...] In Domino dignè quòd suscipiatis eandem,

Sicut oportebit sancti quòd *suscipiantur*,
Atq; adsitis ei quâcunq; in re sit eidem
Vsus opis vestræ. Quoniam quoq; præbuit illa
Hospitium multis etiamq; mihi simul ipsi.
3 Priscillam simul atq; Aquilam (mihi Christô in Iesu
Adiutores *qui fuerant*,) salvere iubeto.

Act. 18. 2. & 3. & 26.

4 Quandò suam pro animâ meâ ijdem supposuerunt
Cervicem: Quibus haud ego grates retribuo vnus,
Insuper atqui etiam quæ sunt Ecclesiæ & omnes
Inter Gentes. 5 Deinde Ecclesiam eam quæ in eorum
Æde existit. Epænêton illum *qui* mihi *charè*
Est dilectus *vos* salvere iubete; quod ille
Primitias in Christô se sistebat Achaiæ.
6 Este salutantes Mariam, quæ *nempe* laborem
Nos ergà impendit multum. 7 salvere iubete
Andronicum, cum Iuniâ; ÿ mihi sanguine iuncti
Qui existunt, mihi concaptivi quiq; fuerunt,
Inter Apostolicô fungentes munere qui sunt
Insignes, qui me sed & ante fuere priores
In Christô. 8 Salvere iubetote Ampliam, *amore*
In Domini mihi dilectum. 9 Salvere iubete
Vrbanum, nobis in Christo adferre suetum
Auxilium; Stáchin mihi dilectumque. 10 Salutem
Exhibeatis Apelli, in Christi *ardore* probato.
Hosce salutetis *famuli* qui sunt ab Aristo-
bouli. 11 Cognatum salvete meum Herodionem.
His qui Narcissi sunt impertite salutem
De famulatû, his qui in Dominô sunt, aio. 12 Salutem
Exhibeatis *tumq;* Tryphænæ, tumq; Tryphosæ,
In Domino strenuam quæ operam posuere. Salute
Persida donetis dilectam, quippe laborem
Pertulit in Dominô multum. 13 Donate salute
In Dominô Rufum selectum, deniq; matrem
Eius, itemq; meam. 14 Cum Asyncritô, habete Phle-
Harman, Patróban, Hermen, fratres etiamq;
Cum simul hisce, salutatos. 15 Salvere iubentor

[...] Philólogus,& quoq; Iulia, Néreus & quæ [...] soror est,& Olympa,& qui sunt cum simul illis [...]es sancti. 16 Alijs alij cum mutuò *amore* [...] salutem, *dantes* oscula sancta.
[...] vos salvere iubent Ecclesiæ. 17 At hortor [...](fratres,) qui sunt Authores dissidiorum [...] offendiculorum, quæ sunt præter eandem [...] quam vos didicistis, vt hosce notantes, [...]vetis eos & declinetis ab illis.
Quandoquidem quotquot fuerint huiusce *farinæ*, [...] Domini nostri submittere nolunt [...] Christi proprij sed ventris eorum.
[...] sermonem blandum, dulcemq; loquelam, [...] vafrè seducunt innocuorum.
[...]stra etenim submissio permanavit ad omnes.
[...]ropter, de vobis gaudeo; sed volo vosmet [...] quoadusq; bonum, sapiendo peracres; [...]adúsq; malum pollere in simplicitate.
[...]orrò Deus pacis Sathanam citò conteret ipsum [...]edibus vestris Domini *quæ est* gratia nostri [...] Christi *sit* cum vobis ipsamet. Amen.
[...]imotheus meus adiutor, vos atq; salutant [...], & Iason, cum Sosipatrô, mihi *qui sunt* [...]. 22 In Dominô vos Tertius ipse saluto, [...] sum scriptor Epistolæ *ab ore*. 23 Salutat [...] Gaius meus hospes, qui totius & ipse est Ecclesiæ, [...] (qui *existes* frater) vos atque salutat.
[...] Domini nostri quæ est gratia Iesû [...] *permaneat* cum vobis omnibus. Amen.
[...] qui verò potis est vos constabilire firmos, [...] Evangelium meum & illud porrò secundùm [...] Christi præconium, *idemq;* secundùm [...] arcanum tacitum per tempora *quondam* [...]. 26 At nunc est manifestâ *luce* retectum, [...] scripturas quas prædixere Prophetæ,

1.Cor.16.20 & 2.Cor.13.12.
1.Pet.5.14
2.Ioh.10.
Act.16.1.
Phil.2.19.
Ephe.2.20.
Ephes.3.9.
Col.1.26.
1.Tim.1.7.
Tit.1.2.

Æterno mandante Deo, nunc vndiq; notum
Gentibus vt fidei submissio in omnibus esset.
27 Soli (*dico*) Deo sapienti gloria, Iesum
Per Christum, sec'lorum in secula *redditor*. Amen

Hæc ad Romanos exscripta erat vrbe Corinthi,
Vnde ministeriô est hæc Phœbis Epistola missa,
Vt quæ in Cenchraeis Ecclesia erat illa ministra.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIOR.

Cap. I.

Incipit à linguæ donisq; scientie in illis,
Concordes sapiant Christumque, superbiâ omissa.

Paulus Apostolicum *qui munus obire* vocatus
Sum Iesû Christi, sicut divina voluntas
Numen constituit, coniunctô Sosthene fratre.
Sor Dei qui sunt Ecclesia, sanctificatis
Christô Iesû, quæ existit in vrbe Corinthi:
Evocatis (*inquam*) sanctis, cum omnibus illis,
Domini nostri compellant nomen Iësû
Christi, & eis *Domini* & nobis vbicunq; locorum
Gratia vobis, Pax à nostro Patre Deôque,
Dominô Iesû Christô : 4 Grates ago semper
, mihi qui Deus *est*, de vobis, gratiam ob illam
num, in Christô quæ vobis est data Iesû.
Dati siquidem quòd in omnibus estis in ipsô
qui in quacunq; facultate esse loquentes:

Acts.15.9.
1.Thess.4.7.
Rom.1.7.
Ephe.1.1.
Col.1.22
2.Tim.1 9.
Col.1.10.
& 2.7.

Insuper in quavis doctrinæ cognitione.
6 Sic vt rebus in istis testificatio Christi
Phil. 3. 20. Confirmata erat in vobis. 7 Vt gratiâ in vllâ
Tit. 2. 13. Deficiat vobis nihil, exspectantibus vsq;
Dum patefactus erit Dominus *qui est* noster Iesus
1. Thes. 3. 13 Christus. 8 Qui simul & vos confirmabit adusq;
& 5. 23. In finem, sine crimine condemnante Dei illâ,
Quando *ad iudicium* Dominus *qui est* noster Iesus,
Psal. 138. 8. *Adventurus erit* Christus. 9 Deus ille fidelis
1. Thes. 5. 24 *Est*, per quem *veraci* estis sub sorte vocati,
In consortium idem, communio quòd fit in eius
Ipsiús Nato, Dominus *qui est* noster Iesus
Christus. 19 At obsecro vos (Fratres) per nomen Iesu
Rom. 15. 5. Christi, *qui est* Dominus nobis; omnes vt idipsum
Phil. 3. 16. Dicatis, non inter vos discordiæ & assint
Immò coagmentati sitis mente in eadem,
Et coadunati simul in sententiâ eadem.
11 Fratres quippe mei, constat mihi significatum
De vobis, ab eis qui sunt à Cloë tenentes;
Inter vos siquidem quòd sunt discordiæ obortæ.
12 Hoc autem dico quòd vestrùm quilibet inquit,
Act. 18. 24. Scilicet *vnus*, Pauli ego sum; sed ego *alter* Apollo:
Ast ego *sum* Cephæ; sed ego *sum* Christi, *ait alter*.
13 Est numquid Christus divisus? Paulus an actus
Est ne cruci pro vobis? *aut* in nomine Pauli
Baptizati estisne? 14 Deo inde meo ergò ago grates,
Propterea quòd baptizarim non ego quenquam
Act. 18. 8. E vobis præter quam Crispum, tum quoq; Gaium.
15 In nomen quisquam ne-quando dicere possit
Me baptizavisse meum. 16 Quin insuper immò,
Baptizavi etiamq; domum Stephanæ: tamen vltra,
Numne alium quenquam tinxi baptismatis vndâ;
Nescio. 17 Quandoquidem non mittebat Christus in hoc
Infr. 2. 1. 13 Non adeò memet baptismate tinctor vt essem,
Qui Evangelij sim promulgator at immò,
Gal. 5. 4. Dicendi *tamen hoc* minimè sermone perito
2. Pet. 1. 16 In sapientia; vt haudquaquam reddatur inanis

...Christi. 18 Nam sermo crucis pereuntibus iste ...itia est equidem : Sed qui servantur, eisdem, ...is *nempe*, Dei virtus est. 19 Namq; abolébo, ...scriptum, sapientiam, eis qui sunt sapientes; ...idq; intellectû pollentibus ipsis ...um intellectum. 20 Sapiens vbi? Scriba vbi? Saec'li ...uisitor vbi istiûs? Nonne infatuavit ...Deus sapientiam eam quae est istius orbis? Quando Dei in sapientiâ enim non noverit orbis, Deum per eam *mundi* sapientiam; eidem ...placuit Deo, vt hanc per stultitiae *rationem*; ...*est ipsis*) quam verbum praedicat eius, ...re participes credentes velle salutis. Quandoquidem, simul & Iudaei signa requirunt, ...rerunt etiam Graeci sapientiam. 23 At immò Christô tractat crucifixo concio nostra, ...sequidem quae offensio, stultitia atqui ...cis *est*. 24 Veruntamen his *verisq;* vocatis ...is *est*, Graecisq; potentia Christus Dei, atq; Dei sapientia. 25 Nam quod habetur ...itia esse Dei, longè est sapientior illa ...m *quodcunq;* hominûm; Infirmumq; Dei quod habe- ...bus humanis est illud robore praestans. (tur Vestra vocatio quae sit (fratres) namq; videtis, ...quaquam multos sapientes *esse* secundum ...em, non multos*que* potentes, nobilitate ...pes nequaquam multos. 27 Stulta sed immò ...ndô Deus elegit, confundat vt illos ...sapiunt : Quae *sunt* infirma elegit & orbis, ...ae insignia robore sunt, confunderet illa; Et quae in mundô sunt ignobilia, atq; putantur ...lius precij, Deus haec elegit; & ipsa ...nequaquam sunt; quae sunt aboleret vt illa. Ne caro in ipsiûs conspectû iactitet vlla. Et ipsô verùm vos estis Christô in Iesû; ...is existit siquidem sapientia nobis, ...oq; iustitia, & quoq; sanctificatio factus,

Rom. 1.16. Esai. 29.14. Mat. 12.38 Iere. 23.5.6

Atq;

& hircorum peccata remittere possint.
rediens mundum quapropter dicit; *habere*
as tibi sacrificata, nec vlla volebas
, aptasti nihilominus at mihi corpus.
holocautomata, atq; etiam non hostiam habebas
pro peccatis oblata fuere) probata.
nc dixi, En adsum; Capite in libri *quia* scriptum
, est quod faciam, tua quæ sit cunq; voluntas,
8 Hic suprà quùm dicat, Sacrificatum,
mq; holocautomata, atq; piacula nolis;
oblatis non delectatus es vllis,
fferri iuxta legis præscripta iubentur:
c ait, En adsum, tua sit quæcunq; voluntas,
) ... ; *Quod erat positum* priùs aufert,
posterius stabilitum reddere posset.
de voluntatem per eandem sanctificamur,
per oblatum pro nobis corpus Iesu
, quod *tantum* semel est oblatio *factum*
tq; ministrandis in sacris quisq; Sacerdos
die, sed & hæc eadem sacra sæpe litando,
re quæ nullò peccata auferre valebant.
atqui verò facta est oblatio postquam,
pro peccatis *omnibus* vinca tantùm, Sapr. 1.13.
in æternum Divinæ considet. 13 Exhinc
ns, donec qui existunt illius hostes,
pedibus subiecti, more scabelli. Psal. 110.1
secratos namq; litatû reddidit vnô, 1. Cor. 15.25
perpetuùm qui existunt sanctificati. Sup. 1.13.
itus at nobis Sanctus testatur & ipse:
andoquidem postquam prædixerat; Hoc est
uod testans cum illis solenne paciscar:
hos deinde dies (dicit Dominus) dabo leges
meas, in eorum corde repostas, Sup. 8.8.
inscribam leges in mentibus illis,
eccatorum, quæ patravere & iniquè Ier. 31.33.
, non vlterius reminiscar eorum. Rom. 11.27
quùm porrò sit facta remissio plena;

Vlteriùs pro peccatô est oblatio nulla.
19 Nunc igitur quoniam (Fratres) accedere tutò
Ad loca sacra licet nobis in sanguine Iesu;
20 Hâcce nova & vivente viâ quâ *nempe* prævivit
Nobis, per velamen, carnem scilicet ejus:
21 Atq; Sacerdotem magnum quum simus habentes,
Illum *nempe* Dei domui qui prædominatur;
22 Accessum faciamus verò corde *propinqui*
In fidei assensû nos persuadente fideli,
Cordibus aspersi, mundi malè consciâ ab omni
Sorde animi. 23 Ablutô lymphâ quoq; corpore puro,
Esto spei nostræ confessio firma retenta,
Absq; metu trepidô; promissor namq; fidelis.
24 Atq; observemus nos mutuò, vt alter-utrumq;
Incitet; vt redamet, opera vtq; operetur honesta.
25 Non rellinquentes consortia mutua nostrûm
Nonnullis veluti mos est; hortamina verò
Dent alijs alij, sed & hoc mage quando videtis
Illum instare diem. 26 Nam si peccabimus vltrò,
Iam postquam veræ doctrinæ cognitionem
Acceptaverimus; manet hinc non ampliùs vlla
Hostia pro peccatis. 27 Ast horrore tremenda
Iuditij expectatio quædam, fervor & ignis,
Qui sunt adversarij *eos* qui devoret hostes.
28 Legem qui Mosis frustratam fecerit, idem
Affectû quòquam sine commiserante necatur;
Sub *tamen aut* binis, tribus aut testantibus *illud:*
29 Quantô suppliciô dignus graviore (putatis)
Hic meritò censendus erit, qui sub pede pressum
Ipsum conculcare Dei, *qui est* Filius, audet;
Atq; prophanum qui reputaverit esse cruorem
Fœderis hunc in quô fuit idem sanctificatus
Spiritui probrum blasphemum gratiæ & offert?
30 Novimus hunc etenim qui dixit; Pertinet ad me
*Vlcisci; Ipse ego retribuam, dicente Iebovâ.
Et rursum; Dominus populum dijudicat ejus.
31 Res horrenda manus Dei in ipsas incidat vt quis

Supr. 6.4.

Deut. 19 25
Mat. 18.16
Ioh. 8.17.
2. Cor. 13.1.

Deu. 32.35.
Rom. 12.19.
*Vindicta

32 Sed revocate dies qui præterierunt
mentem vobis, *tunc* in quibus antè fuistis,
[illegible] illustrati certamen sustinuistis
[illegible] perfortiter in vestris conflictibus ingens.
[illegible] dum facti tanquam spectacula theatri
probris & pressuris; partimq; fuistis
socij illorum facti, qui sic agitantur
[illegible]. 34 Siquidem doluistis vos quoq; mecum
[illegible] constrictô, congaudentesq; tulistis
[illegible] in spolijs vestrorum damna bonorum,
[illegible], vt qui sciretis *vosmet* habere
[illegible] quæ simul est potior substantia rerum,
[illegible] ipsis & eam simul esse manentem.
Ergò, basim fidei, (quæ est confidentia vestra,)
[illegible] compensatur mercedis munere magnô,
[illegible] abijciatis. 36 Opus tolerantiâ habetis
[illegible] Dei vt postquam quod sit divina voluntas
[illegible] eritis, promissum percipiatis.
Namq; pusillum *tempus* adhuc, valdéq; pusillum,
[illegible] venturus, & haud remoram trahet vllam.
Iustus porrò fidê vivet: Si semet at ecquis
[illegible]; haud animo tum deinde probabitûr vltrà
[illegible]. 39 Sed nos (incurrere perditionem,)
[illegible] non sumus, vt nos ipsos subtraheremus.
[illegible] fide *tales sumus* vt credamus *in illum*,
animabus posse salutem acquirere nostris.

Habac. 2.4.
Rom. 1.17.
Gal. 3.11.

Cap. XI.

Vera fides quæ sit, fideiq; exempla per omnes
Ætates; fides vis atque probatio constans.

Porrò fides sperandarum substantia rerum
Est ea demonstrans quæ nondum conspiciuntur.
Hâc sunt quippe bonum maiores nomen adepti.
[illegible] quòd sermone Dei constructa fuerunt,
[illegible] fidei intellectû; quæ antè videri
quæ non poterant, oculis cœpere videnda.

Gen. 1. 1.
Ioh. 1. 10.

4 Per fidei medium precij maioris Abelis
Extitit hostia, quàm quæ à Cainô erat vlla litata: — Gen 4.4. Mat. 23.35
Testificatum quâ est, (fuerat quòd iustus) adeptus,
Se Testem perhibente Deo, eius Dona *probante.*
Perq; fidem vel adhuc loquitur modò mortuus istam.
5 Enoch translatus fide erat, ne quandò videret
Is mortem, qui non inventus erat q; *superstes,* — Gen. 4. 21.
Quando Deus siquidem *de humanis* transtulit illum:
Quandoquidem fuit hæc translatio facta, priusquam
Obtinuit (placuisse Deo se) testificatum.
6 Absq; fide potis est *illi* sed nemo placere.
Ad Deum enim quicunq; accedit, credere debet,
Quod *Deus* est, retributor & est quærentibus ipsum.
7 Noë quandò fide monitus Divinitùs esset,
Illis de rebus, quæ nondum visa fuerunt;
Est veritus, servare domûs propriæq; salutem, — Gen 6. 13.
Arcam composuit, per quam damnavit *&* orbem.
Iustitiæ (iuxtáq; fidem) factus fuit hæres.
8 *Porrò* fide *ipse* Abraham (*fuerat cum quandò* vocatus)
Promptus obedivit, demigraturus in illum — Gen. 12. 4.
Vsq; locum, cuius pòst hæres deinde futurus
Esset, & exivit, verùm quò, nescius iret.
9 Per fidem erat remoram faciens, velut incola terrâ
In promissâ, habitans in papilionibus, egit,
Vnà cum simul Isaaco, cumq; Iacobo,
Promissi eiusdem qui extabat vterq; cohæres.
10 Verbum quandoquidem (cui fundamenta fuerunt
Firma) erat expectans, opifex cuius Deus atq;
Conditor est. 11 Sarrha ipsa fidemq; puerpera facta, — Gen. 17. 19. & 21. 2.
(Nacta facultatem de semine concipiendo)
Ætatis præter rationem, parturiebat;
Qui promisit eum dum credidit esse fidelem.
12 Propterea ex vnô natiq; emortuô eôq;
Posteri erant, quorum succrevit copia tanta,
Quanta est astrorum cœli, vel sicut arena
Innumer abilis illa maris quæ *inspergitur oræ. — *existit ad oram.
13 Iuxta est vnusquisq; fidem demortuus horum,

acceptis, nondum promissis, eminùs autem
illa videntes; quùm *esse ... credere* credere seq;,
atq; salutassent; peregrinos se esse professi,
hospitio exceptosq; super tellure fuisse.
Hæc nam qui dicunt, patriam se quærere monstrant.
Illius quoq; si meminissent, tempus habebant
iterant ex quâ, redeundi, quando libebat.
Atqui nunc vero meliorem quærere tendunt,
(hoc est) cœlestem: minimè confunditur ergò
ipse Deus, Deus appellari nomine eorum:
quandoquidem priùs ipse paraverat vrbem.
Isaacum (quando Abraham tentatus is esset,)
obtulit (in fide) eum, genitus qui filius vnus,
obtulit hunc (in quô promissa acceperat) *inquam*.
Ad quem dictum erat; Isaac tibi filiô in illô,
appellandum semen erit. 19 Ratiócinió, (ergò,)
ille Deum, conclusit, natum morte solutum,
etiam rursus revocare à morte citatum.
Porrò fide, Isaac rebus de exinde futuris,
vtriq; Iacóbo, etiam benedixit & Esau.
Porrò fide, moriens benedixit vtriq; Iacobus
natorum Ioseph, super & scipionis adorat
fastigiô eius. 22 *Porro* fide moribundus Iôseph
natorum Israël meminit, fore vt egrederentur,
transportandis mandavit & ossibus eius.
Porro fide, prognatus erat quo tempore Moses,
tres illum menses occultavere parentes,
quod contemplati puerum sunt esse venustum;
et & edicti non sunt formidine capti.
Moses *deinde* fide postquam iam grandior esset,
natum natæ renuit Pharaonis haberi:
Qui magis, elegit mala se tolerare pericla,
cum populo cultore Dei, quàm tempore parvô
oblectamentis peccati posse potiri.
Qui probrum Christi maiores esse putavit
opes, quàm gazas quas Ægyptus habebat;
nam fuerat mercedem quippe fruendam:

Gen.22.10.
Gen.21.12.
Rom.9.7.
Gen.27.28
Gen.41.15.
Gen.47.31.
Gen.50.25.
Exo.2.2.
Acts.7.20.
Exo.1.16.
Exod.2.11.

27 Ægyptum fugiendo, fide, post terga reliquit,
Iram nec quicquam timuit contemnere regis,
Namq; animô forti constans, ita mansit, vt illum
Intuitus fuerit, poterit quem nemo videre.
28 Pascha (fide) celebravit, fusum illumq; cruorem,
Exo.12.22. Vt partus primogenitorum quando necabat
Angelus interimens, nequaquam tangere posset.
Exo.14.22. 29 Transivere (fide) mare rubrum, pervia tanquam
Sicca foret, quod quum satagunt penetrare cohortes
Ægypti; mare reddit aquas, mersæq; peribant.
30 Ipsa (fide) Iericho ceciderunt mœnia, postquam
Iosu.6.23. Hebdomade ambierant septenis orbibus vrbem.
31 Illa (fide) confisa Rahab meretricula, non est
Ios.2.1. His cum qui non crediderant deleta, quod illa
Hospita erat cum pace exploratoribus vsa.
32 Et quid adhuc dicam? Quia tempus commemorandi
Deficiet siquidem me, de Gedeone, Barachô,
Iudg.6.11. Et Sampsone, & Iepthe, & Davide, & Samuele,
Iudg.6.4. Atq; Prophetis. 33 Regna fide qui deijciebant,
Iud.13.14 Iustitiam qui operati sunt, promissa sequuti
Iudg. 11.1. Obtinuerunt, occluserunt ora leonum;
& 12.7. 34 Vim restinxerunt ignis flammantis; ab ensis
Iudg. 14.6. Mucrone effugerunt; firmi robore facti
Dan.3.50 Prævaluerunt, quando fuerunt viribus ægri;
1.Macc. 3. Effecti fuerant fortes ad bella gerenda,
&c. Externas acies inflicta clade fugarunt.
35 Viva receperunt matres sua pignora fatô
3.Reg.13. Functa, resurgendo vitæ revocata priori:
22. Sunt alij verò distenti, *nonq; volebant
4 Reg.4.35 Libertate frui, potiorem conditionem
2.Macc.6. Vt nancisceantur, vitæ quùm restituentur,
30. 36 Sunt alij experti ludibria, itemq; flagella,
*rejicientes Insuper & vinc'lis constricti, & carcere clausi,
37 Sunt lapidati, dissecti, tentamina passi,
Occubuerunt ense necati, circumeuntes
Sunt obducti in ovinis pellibus, inq; caprinis,
Abiecti, afflicti, tormentis deniq; pressi.

38

Vt quibus omninò indignus mundus fuit iste
...ssi per-errarunt deserta, per & quoq; montes,
...speluncis, terræ & delituere cavernis.
Omnes hi fidei ratione etiamq; probati
...stificatû, promissum non obtinuerunt.
Quippe Deus quiddam melius providerat ipse
...ò nobis nè *perficerentur ij sine nobis.

* consecrentur

Cap. XII.

Hinc spes, & patientia in adversisq; ferendis,
Mensq; erecta Dei in mercede status melioris.

NOs igitur tantam quoq; nubem testium habentes
Impositam, (abiectô debemus pondere quôvis,
Et nos peccati circumcingente gravati
...e premente,) in propositô certamine nobis
...rrere per patientiam, 2 In eundem perspicientes
...i fidei dux est, & consummator Iesus;
...ositô pro gaudio eidem, pertulit vt qui
...e crucem, contemptâ ignominiâ, simul inde
...sedisq; Dei dext'ram consederit idem.
Quis sit is idcircò, a quô contradictio talis
...ntata fuit, contra se passus iniquos,
...vestris reputate animis; ne deficientes
...rmæ vestræ mentes in agone fatiscant.
Vestrorum quisquam nondum fuit vsq; resistens,
...guinem ad effusum, peccatum adversus, vt illud
...gnet. 5 Sed & immemores oblivio cœpit
..., eius vobis quæ est exhortatio facta,
...quam filiolis his declarata loquelis?
...mi, Dominus te quando corripit; eius
...monitum ne *despicias; nec deficiendo
...icias animum, quùm castigaris ab illô.

Rom. 6.4.
Col. 3.8.
Ephe. 4.24.
1. Pet. 2.1.

Prov. 3.11.

* negligito

6 Nam Dominus castigat eum quem diligit, omnem
Natum quem recipit quemcunq; flagellat & ipsum.
7 Quod si verò disciplinam sustineatis;
Vobis (acsi nati essetis) se Deus offert:
Nam quis filius est, castigat nec pater illum?
8 Quod si immunes disciplinâ sitis ab omni,
(Cuius participes existunt insimul omnes)
Propterea spurij, nequaquam filij & estis:
9 Deinde patres fuimus si nostræ carnis habentes
Castigatores, veriti sumus hos & honore;
Non erimus multò magis ipsi subijciendi
Spirituûm Patri; potiemur deniq; vita?
10 Quippe, dies ad paucos hi (prout hisce placebat)
Nos castigabant, nostræ sed hic vtilitati,
Sanctus vt ipsemet est, sic nos vt sanctificemur.
11 Omnis at in præsenti castigatio non est
Lætitiæ, sed tristitiæ magis esse videtur;
Iustitiæ at reddit tranquillum postmodò fructum,
His quibus eiusdem fuit experientia facta.
12 Propterea ergo, manus *experrigitote* remissas
Et *nervis firmi* genua erigitote soluta.
13 Et pedibus vestris directò pergite gressû,
Ne quid aberrando claudum per devia flectet;
Quin-immò potiùs sanum reddatur vt illud.
14 Pacem cum omnibus insectando estote colentes,
Cui conjungatur *pia* sanctificatio *vita*, — Rom. 12. 18
Quâ demptâ, Dominum minimè quiscunq; videbit.
15 Prospicitote, Dei quisquam nè à gratiâ aberrans
Deficiat, superattendentes; ne vel amara
Radix obturbans gressus suppullulet vlla,
Et multi fiant qui conspurcentur ab illâ.
16 Ne quis scortator, vel sit persona profana,
Esaüs tanquam, qui vænûm reddidit vnô — Gen. 25. 33
Pulmentô jus omne suum genitura quod eius — Gen. 27. 38.
Prima fuit. 17 Nam scitis ùt is quum postmodo vellet
Vt pro jure suô (velùt hæres) consequeretur,
Esset vti benedicendus; reprobatus abivit:

[...]ituisse locum siquidem non inveniebat,
[q]umvis cum lachrymis fusis quæsiverat illud.
Hic etenim mons est non contrectabilis, ad quem
[a]ccessistis, vbi *est* comburens ignis in atrô
[tu]rbine fumanti caligine, cumq; procellâ: *Exo.19.16.*
Cum clangore tubæ, & verborum voce sonante,
[q]uam qui audiverunt, petierunt ampliùs vt non
[al]loqueretur eos tali sermone *tremendo.*
Namq; quod edictum fuerat tolerare nequibant *Exo.20.19.*
[p]ræceptum; si quæ tetigisset bestia montem,
[la]pidaretur, jaculô vel traijceretur. *Exo.19.18.*
Et Moses, (visum fuit hoc adeo vsq, tremendum)
[P]avefactus sum, dixit, valdeq; tremebam.
Ad montem Sion, sed convenistis, ad vrbem
[...]q; Dei vivi Solymam, quæ cœlitûs extat,
[i]nnumerabilium conventum spirituumq;
[an]gelicorum myriadas, 23 Primogenitorum
[s]uper illorum, qui sunt generaliter vnà
[e]lecti, & qui sunt Ecclesia, nomina quorum
[in c]œlis sunt scripta; etiamq; ad iudicem eorum
[quo]rumcunq; Deum, perfectorumq; *cohortem,*
[spi]rituum verè iustorum *nempe virorum:*
Ad Iesumq; novi qui factus Conciliator
[fœ]deris existit, fusiq; ad sanguinis eius
[a]spersum, quæ sunt longè meliora loquentis,
[qua]m quàm sanguis loqueretur fusus Abelis.
Perspicitote loquentem illum, nec despiciatis:
[Na]m si non poterant evadere despicientes
[eu]m, qui tantùm fuit in tellure loquutus,
[q]uum nos admonuit Divinô flamine motus;
[Mu]ltò nos magis haud evadere possumus vnquam,
[q]ui de cœlis est aversabimur ipsum:
Cuius vox terram *tremefactam* concutiebat:
[Nun]c autem dicens declarat; Adhuc semel ipse
[no]n solùm terram, sed concutiam quoq; cœlum *Agge.2.7.*
Insuper hoc autem quod dixit, (Adhuc semel,) istud
[dec]larat, facienda futura amotio quòd sit,

Con-

Concutiendarum rerum ceu factitiarum,
Res illas stabiles quae existunt posse manere.
28 Regnum sumentes ergo non concutiendum
Firmiter à nobis teneatur gratia, per quam
Sic servire Deo studeamus, vt esse placentes,
Cum reverentiae honore, & religione queamus.
Deut.4.24. Quandoquidem noster consumens est Deus ignis.

Cap. XIII.

Hinc amor, hospitium, miseratio, vita iugalis,
Odium avaritiae, reliqua & bona quaeq; sequuntur.

Rom.12.10 SIt fraternus amor perdurans. Hospitij este
Immemores minimè, ignari quùm namq; per illud
Hospitiò Angelicos *genios* aliqui excipiebant.
1.Pet. 3.9. 3 Vinctorum sitis memores, sitis velut vnà
Gen.18.3. Cum vinctis vincti; cum illis qui etiamq; premuntur,
& 19.3. Acsi pressuram vos-ipsi in corpore vestro
Afflicti *rigidam* simul & ferretis eorum.
4 Inter *mortales* omnes existit honore
Dignum coniugium, non pollutumq; cubile:
Sed scortatores, & adultera corpora habentes,
Iudicium Deus illis proferet *excruciandis*.
5 Sint ab avaritiae studiò mores alieni,
Contenti *sitis* rebus presentibus: Ipse
Ps.1.5. Dixit enim: non te abijciam, non teq; relinquam:
6 Vt confidenti possimus dicere corde;
Psa.117.6. Adiutor meus *est* Dominus; minimèq, timebo,
Quid mihi quisquis homo potis est infligere *damni*.
7 Este recordantes vestrorum Praepositorum,
Sermonem sunt quippe Dei narrando loquuti
Vobis: Quorum imitando fidem *vos* este sequaces:
Hoc animis vestris siquidem perpenditis, in quem

...m conversatio vitæ tendit eorum.
Heri, idemq; hodie, Iesusq; in sæcula Christus.
Circum vos ferri variantibus & peregrinis
...ctrinis nolite: bonum est quia cor stabilitum
...niâ vt existat, non escis, vtilitatem
...de nec exerpunt, qui conversantur in illis.
Altare est nobis, de quô est nil iuris edendi,
...n Tabernac'lo qui sunt servire *sueti*.
Quorumcunq; animalium enim peccaminis ergò
...rtur sanguis sacra in *loca*, corpora eorum
...nificem per Summum comburenda solebant
...rà castra dari flammis. 12 Quapropter Iesus
populum propriô cum sanguine sanctificaret,
...xtra portam passus. 13 Nos ergo sequentes,
...ra castra foras ad eundem progrediamur,
...probrium portantes eius. 14 Namq; manentem
...vrbem nullam *quæ perdurabit* habemus,
...n sed *nobis* inquirimus immò futuram.
Assiduè ergò Deo per eundem sacrificemus
...stiam, id est, fructum labiorum laudis, honore
...rum, qui nomen sunt eius concelebrantes.
Munificentiæ at obliti nè sitis, & eius
...æ est in communi largitio facta bonorum.
...tiolis etenim Deus oblectatur in hisce.
Illis qui vobis præsunt, submittite vosmet,
...is & obsequium; pro animabus quippe quòd illi
...gilant vestris, tanquam qui reddere debent
...vobis ipsi rationem; reddere posse
...n gaudentes, non cum gemituq; doloris:
...andoquidem pro vobis non conduceret illud.
Orantes sitis pro nobis: fidimus id quòd,
...bis conscitam benè mentem simus habentes:
...ui versari in cunctis cupiamus honestè.
Hoc vt vos verò faciatis, id ampliùs oro,
...limi vobis breviore vt tempore possim.
Porrò, Deus pacis, qui magnum Fœderis illum
...mi Pastorem ovium, (per sanguinis eius

*Lev.*4.20. & 6.30. & 16.27.

*Mic.*2.10.

Hose. 14. 3.

Effusi

Effusi precium,)reducem de morte *cievit, [margin: *citavit]
Hunc ipsum,Dominus qui est (inquam)noster Iesus.
21 Omni opere in quôcunq; bonô vos perficiendô
Roboret,vt fiat fuerit quodcunq; voluntas
Eius,vt efficiens in vobis sit,quod in eius
Divinô acceptum conspectû sit,per Iesum
Christum,saec'lorum per saecula gloria cui *sit.*
Amen. 22 Vos verò fratres ego comprecor, istum
Sermonem solaminis vt tolerare velitis;
Nam brevibus scripsi vobis. 23 Estote scientes,
Timotheum fratrem * *nostrum nunc esse* solutum, [margin: *vestrum]
Cum quô vos visam,citiùs si venerit ille.
24 Praepositos * vobis omnes salvere iubete, [margin: *vestros]
Sanctosq; omnes. Vos Italâ de gente salutant
*Qui sunt. 25 Gratia sit cum vobis omnibus. Amen. [margin: *Fratres]

Hebraea genti qua exiftit Epistola scripta,
Missa ex Italiâ per Timotheum fuit ista.

EPISTOLA Iacobi Apostoli *Catholica*

Cap. I.

Nullius praui tentaminis est Deus author; Quomodo sermo Dei cum fructu suscipiatur.

Hisce (Dei, Domini Iesu Christiq;, Iacobus Servus (dispersi qui sunt, Tribubus duodenis, *Opto* Salutem. 2 Quùm varia in tentamina quisquã [illegible]rit vestrûm; (Fratres mei) id esse putetis [illegible]tiæ vobis summæ: 3 Quia scilicet estis [illegible]ignari, quòd fidei exploratio vestræ, [illegible]bis patientiam erit paritura *sequentem*. [illegible]fectumq; opus ipsa suum patientia habeto: [illegible]m perfecti sitis, tamq; integri ab omni [illegible]e, vt deficientes re non sitis in vllâ. [illegible]iterò cuiquã vestrûm sapientia desit, [illegible]let à Deo eandem, contribuente *fluenter [illegible]ibus, (vt qui non exprobrans obijcit vlli;) [illegible]buetur ei. 6 Confisus, postulet autem, [illegible]pendo nihil. Nam qui disceptat, is instar [illegible]ris ac fluctûs, ventorum turbine iactus

Rom.3.5.

*benignè

Mat.7.7.
Mar.11.14

Et

Iob.14.13. & 16.13. — Et circumlatus. 7 Nec enim reputaverit ille
Quisquis homo, à Dominô se quicquam posse referre.
8 Vt qui mente suâ duplici versatilis est vir,
Atq; vijs agit inconstanter in omnibus eius.
9 Frater at abiectæ fuerit qui conditionis;
Gaudeat, ac sublimiter exaltatus is esset.
10 Dives in hoc autem, si quando deijciatur.
Quandoquidem dives transibit-flos velut herbæ.
11 Nam cum ferventi sole exoriente calore,
Herba exaruit atq; simul flos decidit eius,
Eccl.14.18. — Insimul & perijt decor aspectabilis eius,
Esa.40.6. — Marcescetq; vijs ita dives in omnibus eius.
1 Pet.1.14. — 12 Qui tolerans est tentamenta, vir ille beatus:
Iob.5.17. — Quandoquidem, fuerit quùm *pertolerando* probatus;
Accepturus erit vitæ illius *inde* coronam,
Quam repromisit Dominus redamantibus ipsum.
13 Tentatus quando fuerit, ne dixerit vllus,
A tentante Deo tentor; siquidem Deus ipse
Nec tentari, nec tentare malis queat vllis
Quemquam. 14 Sed propriâ vnusquisq; cupidine du[ctus]
Abstractusq; & inescatus; tentatur ab illâ.
15 Isthæc deinde cupido suum quùm postmodo fo[etum]
Demum concepit; peccatum parturit *actu*
Peccatum verò fuerit tum quando peractum,
Mortem progenerat . . . 16 Dilecti vos mihi fratres,
Vllus nequaquam vosmet seduxerit error.
17 Omne bonum donum, sed & est donatio quævis
Perfecta, à superis descendens, à Patre manans
Luminûm, apud quem non est transmutatio, *non est*
Aut conversio commutabilitatis obumbrans.
18 Verbo doctrinæ veræ, (quia nempe volebat,)
Nosmet progenuit, quò essemus primitiarum
Instar quarundam, supra quæcunq; creavit.
19 Ergo, (mei fratres dilecti,) quisq; velox . . .
Pro.17.27. — Auditu præstet se, . . . tardumq; loquutû,
Adq; iram tardum. 20 Viri enim quum scilicet ira
Iustitiam minimè Divinam perficit illa.

Omn[e]

Omnem sordiciem quapropter reijcientes
redundantem mentem fervore malignô,
[illegible]tum vobis sermonem suscipientes,
admittatis, cum mansuetudine, vestras
[illegible]potis est servare animas. 22 Præstate reipsâ
[illegible]onem verò, non & tantummodo sitis
[illegible]tores, ipsos vosmet decipientes.
Audit si quis enim verbum, factis neq; præstat;
[illegible]ito est similis vultum qui nempe tuetur
[illegible]rum in speculô. 24 Quia se considerat ipsum,
[illegible] abijt, mox estq; oblitus qualis & esset.
Si sedenim verò perspexerit ecquis in illam
[illegible]ectam legem *quæ est* libertatis; in ipsâ
[illegible]*odò* constanter quoq; manserit; hic quia talis
[illegible]itit auditor, quem non oblivio cœpit,
[illegible]lus ast operam persistit in efficiendo;
[illegible]pere in quôcunq; suô verè ille beatus.
[illegible]iter vos si quis videatur relligiosus,
[illegible]um non frænando suam; seduxerit immò
[illegible]um cor; vana existit relligio huius
[illegible]io pura, & quæ existit ea immaculata
[illegible] Deum, Patremq; hæc est, invisere pressos
[illegible]los, viduasq; etiam, si quando graventur;
[illegible]ado immaculatum dein servare seipsum.

Mat. 7.21.
Rom. 2. 13.

Cap. II.

Nullius pravi tentaminis est Deus author;
Quomodo sermo Dei cum fructu suscipiatur.

[illegible]Vm personarum respectû nê (mihi fratres)
Este fidem domini nostri Iesu profitentes
Christi, *cui debetur* gloria. 2 Si ingrediatur
[illegible]um nam quis vestrum, gestando vir auri
Annulum,

Levi. 19.15
Deu. 1. 17.
& 16. 19.
Pro. 19.6.
& 7.
Eccl. 41. 1.

Scrutatorem renibus, & me cordibus esse;
Et cuicunq; dabo vestrûm sua facta secundùm.
24 Vobis sed reliquis, dico, qui sunt Thyatiræ,
Istam doctrinam non sunt quicunq; tenentes,
Et Sathanæ quotquot se non novisse profundas
Nequitias (sicut mos hic est dicere) dicunt;
Non aliud vobis onus ipse imponere faxim.
25 Id retinete modò quod habetis, venero donec.
26 Et qui vicerit, & finem servarit adusq;,
Quæ statui facienda; potestatem dabo eidem
In Gentes; 27 Virgâ qui ferreâ item reget illas,
Fictiliumq; instar vasorum comminuentur.
28 Ipsemet atq; perinde meô de Patre recepi;
Huic matútinam pariter simul & dabo stellam.
29 Aures quisquis habet quibus audiat; audiat idem,
Spiritus ecquid eis (*qui sunt* Ecclesiis) dicat.

Cap. III.

Ad pastores Sardinienses & Philadelphios,
Et Laodicenses ne in munere quandò tepescant.

Ngelo at huic qui Sardibus est, Ecclesiâ in illâ,
Scribas; hæc dicit, septemplex Spiritus eccui
Ille Dei est; habet hic etiam stellas quoq; septem:
Novi opera illa tua; vt qui vivere diceris, atquì
Mortuus es. 2 Vigilans esto, reliqua & moribunda
Confirmes: Siquidem tua opuscula plena nec esse
Inveni coram Divino Numine. 3 Quarè
Sis memor illorum quæ acceperis, audierisq;;
Quapropter serva, mutatæ mentis & esto.
Quod si propterea non invigilaveris; in te
Adveniam tanquam fur; nescius atq; eris horæ,
Adversus quâ te veniam. 4 *Sed* nomina pauca

7 Prælium & in cœlô factum fuit; ipse Michaël,
Angeli & eius, eô cum pugnavere dracone:
Cum quibus ille draco, pugnarunt angeli & eius.
8 Sed non obtinuerunt: ampliùs & nec eorum
In cœlô locus est inventus. 9 Draco deniq; magnus
Ille ejectus erat, serpens antiquus is, ille
Impingens dæmon convitia, quique vocatus
Est Sathanas; seductor is est qui totius orbis
Terrarum, terram (dico) est ejectus in istam,
Angeli & eius erant projecti cum simul ipsô.
10 In cœlô vocem dicentem denique magnam
Audivi; Nunc facta salus est, & quoq; virtus,
Atq; Dei nostri regnum, Christiq; potestas
Illius, quando accusator *qui fuit* ille
Fratrum nostrorum, (dic eos, qui nocte simulq;,
Ante Dei vultum nostri accusaverat vsque)
Est nunc dejectus. 11 Quem devicêre sed ipsi
Propter *virtutem nimirum* sanguinis Agni
Propter sermonem simul ipsi testificantem:
* Prodigi erant animæq; suæ mortem vel adusq;.
12 Propterea cœli lætati sitis ovantes,
Atq; habitatores quicunq; manetis in illis.
Væ vobis habitantibus in tellure, mariq;;
Ad vos descendit quoniam convitia spargens
Dæmon, habens iram magnam, quia tempus habere
Se modicum noscit. 13 Draco quando idcirco videbat
Esse in terram se projectum; tunc mulierem
Insectabatur (quæ enixa marem fuit) illam.
14 Atq; duæ datæ erant aquilæ magnæ mulieri
Alæ, (à serpentis conspectu) posse volare
In desertum, in eum locum, vbi provisio facta
(Vnde aleretur) erat, per tempus, tempora perq;,
Temporis & per dimidium. 15 Serpens & ab ore
Post mulierem misit aquam, (ceu fluminis instar,)
Vt rapi eam faceret per flumen 16 Terra erat autem
Huic adjumento mulieri, aperiebat & illa
Os suum, & absorbebat flumen, quod draco misit

**Dilexere suamq; animam mortem nec adusque.*

Eius

Eius ab ore. 17 Draco mulierem denique contra
Irâ inflammatus, discessit bella movere
Cum reliquis ex eius semine, qui recolentes
Sunt mandata Dei, qui & habentes testificatum
Sunt Iesû Christi. 11 Stetit atq; maris supra arénam.

Cap. XIII.

Bestia multorum capitum seducit vt orbem
Ascendente (ea confirmatur) bestia ab altera.

BEstiam & aspexi ascendentem de mari, habebat
Quæ septem capita, atq; decem *qua* cornua *habebat*,
Cornibus imposita atq; decem diademata, nomen
Impositum capita ista super blasphemiæ eratq;.
2 Et similis fuit hæc quam vidi bestia pardo,
Porrò pedes pedibus similes ipsius & vrsi
Os *erat* ipsius velut os *est* atque leonis:
Virtutemq; suam draco contribuebat eidem,
Atque tronum, *tum deinde* potestatem quoq; magnam.
3 Et caput ex reliquis vidi insuper illius vnum,
Vulnere quòd cæsum tanquam læthaliter esset;
Plaga sed eius erat læthalis, reddita sana:
Bestiam & admirans, est omnis terra sequuta.
4 Atq; draconem sunt venerati, qui dedit isti
Bestiæ habere potestatem, proniq; colebant
Bestiam, & aiebant; Similis quis bestiæ *habendus?*
Quis cum illa pugnare potest? 6 Os atq; dabatur
Illi magna loquens, blasphemaq; verba; potestas
Mensibus est illi quadragintàq; duobus
Concessa, hæc vt agat. 6 Tunc os aperibat & eius
Ad blasphemandum contra Deum, ad afficiendum
Opprobrijs eius probrosis nomen & eius
Blasphemando Tabernaclum probro afficiendum,

Insimul atque illos, qui in cœlô sunt habitantes
7 In Sanctos illiq; datum est, vt belligeraret,
Et debellet eos, data ei fuit atque potestas
In quamcunq; tribum, linguam simul, & quoque gentem.
8 Ergo colent illam terræ quotcunque coloni,
Existunt quorum nequaquam nomina scripta
In librô vitæ (mactatus qui fuit) agni,
A fundamentis projectis primitus orbis.
9 Audiat, aurem si quis habet. 10 Quòd si quis abactos
Captivos faciet; *simul* is captivus abactus
Ductus erit; gladiô si verò occiderit ecquis,
Ille *etiam* gladiô *simul* occidatur oportet.
Isthic est patientia, & *est* fiducia Sanctis.
11 Bestiam itemq; aliam de terrâ ascendere vidi,
Cornua cui fuerant duo, sicut habebat & Agnus,
Vt draco at immò loquuta fuit 12 Sed & omnia fecit,
Bestia quæ facere illa prior potis esset in eius
Conspectû, sed & efficiebat, terra vt & eius
Indigenæ primam venerantes bestiam adorent
Illam, lætalis fuerat cui reddita sana
Plaga. 13 Et signa edebat magna, adeo vsq; quòd ignem
De cœlô in terram descendere redderet, ante
Conspectus hominûm. 14 Seduxit terrigenasq;,
Propter signa isthæc, quæ edendi tanta facultas
Huic permissa fuit, conspectû bestiæ in eius:
Indigenis terræ dicens, vt bestiæ Imago
Formaretur ab his eius quæ vulnus habebat
Inflictum gladiô, & vixit. 15 Datur insuper illi
Vitam bestiæ imagini vt inderet ipsa animalem,
Bestiæ vt hæc etiam simul & loqueretur imago,
Et faciat quòd qui non bestiæ imaginem adorant
Occidantur. 16 Fecit & omnes tumq; pusilli,
Tumquoque magni; tum locupletes, deinde & egenij
Liberi, item servi; manû ab his acceptus vt esset
In dextrâ, aut in frontibus *ipse*, character eorum.
17 Et ne quis vel emat, vel quicquam vendere posset,
Ipse charactere sit nisi præsignatus; haberet

Be-

Bestiæ is aut nomen; numerum vel nominis eius:
18 Isthìc est sapientia: quòd si intelligit ecquis;
Est hominis numerus; numeri quoque computus huius,
Sexcenta, sexaginta, sex iste *futurus*.

Cap. XIIII.

Monte super stante Agno, Evangelium sonat unus,
Angelus alter, ternus, quartus, quintus & alter.

TVnc vidi, super & montem stet't (ecce) Sionis
Agnus. cumq; illô *fuerant* qui nomen habebant
Ipsius Patris conscriptum in frontibus horum,
Millia centum quadraginta quattuor. 2 Atque
Audivi vocem de cœlô, sicut aquarum
Multarum sonitum, tonitrûs sonitum quoque magni:
Audivi cytharœdorum vocemq; *sonantem*,
Qui cytharis pulsando suis modulamen habebant:
3 Canticulum qui cantavere, novum velut esset,
Insimul ante thronum, simul & quoq; quattuor ante
Illa animalia, denique & ante illos Seniores:
Illud canticulum potuit neque discere quisquam,
Præter centum quadraginta quattuor illa
Millia, qui sunt è tellure *videlicet* empti.
4 Hi sunt, qui polluti cum mulieribus haud sunt,
Sunt in virginitate quòd hi: sectantur ijdem
Agnum, iërit quocunq;: Ijdem ex hominum *genere* empti,
Isti primitiæ Deo & Agno etiamq; fuére.
4 Et dolus illorum non est inventus in ore,
Quippe Dei ante thronum sunt hi sine crimine culpæ.
6 Angelum itemq; alium conspexi *deinde* volantem
Per mediam cœli partem, qui perpetis ævi
Hic Evangelium tenuit, quò nuncia læta
Indigenis terræ narret, genti simul omni,

Et

Et tribui, & linguæ. & populô; 7 Cum voce sonora
His dicendo; Timete Deum, tribuati honorem
Gloriæ eiq;, quòd hora advénit judicij eius:
Hunc & adorantes istis qui condidit ipsum
Cœlum, terram etiam, mare item, fontes & aquarum.
8 Angelus est aliusq; sequutus, qui simul inquit;
Vrbs cecidit, cecidit Babylon, magna ipsamet illa,
Quippe quòd irascens *Deus* excandescuit irâ)
Vinum quandoquidem scortandi præbuit illa,
Gentibus omnibus epotare, *vt imbriet ipsas*.
9 Tertius Angelus illos est etiamq; sequutus,
Magnâ voce aiens; Si quisquam bestiam adorat;
Eius si vel imaginem adorat, & accipit idem
Sive characterem vel fronte, manû vel in eius.
10 Vindicis iste Dei de vinô combibet iræ,
Ex etiamq; mero in poc'lo mixto illius iræ:
Atq; etiam cruciabitur igne & sulphure, coram
Angelicis *genijs* sanctis spectantibus *illum*,
Et coram conspectû Agni 11 Tunc fumus eorum
Tormentorum, ævorum est ascensurus in æva;
Atq; diù nullam requiem, noctû vel habebunt:
Hi qui bestiam, & ipsius *vel* imaginem adorant,
Si characterem accipiat *vel* nominis eius.
12 Hìc patientia Sanctorum est, mandata, fidemq;
Hic Dei, & *hic* Iesû, qui custodire studebunt,
13 Cœlitus audivi tunc vocem quæ mihi dixit,
Scribe, Beati *sunt* hi tempore mortui ab istô,
Qui in Dominô moriuntur. Sic est, Spiritus inquit,
Omnibus inde laboribus vt requiete fruentur
Abs illorum; quos opera atque sequuntur eorum.
14 *Et vidi, simul ecce, *micabat* candida nubes,
Deinde super nubem quidam similisq; sedebat
Natu hominis, capiti suo habebat & ille coronam
Ex aurô impositam, & falcem manû in eius acutam.
Prodijt è templô tunc Angelus insuper alter,
Qui magnâ clamavit ad illum voce, sedentem
Supra nubem, Mitte tuam falcem, metitoq;:

**Insuper aspexi, simul en et candida nubes.*

Hora